BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 E
41

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13_29.a.93

35.3.26

35
e
26

35
d
22

Digitized by Google

Digitized by Google

REPETITIONES FEVDALES

Clariſsimi Viri


D. IOAN. ANTONII LANARII PATRITII NEAPOLITANI.

OLIM PATRONI CAVSARVM PRIMARII,
Feudorum interpretis acutiſsimi, Conſiliarij Sacri Regij Conſilij,
Annonæ Præfecti, in Conſilio Italico apud Catholicum.
& potentiſsimum

PHILIPPVM, HISPANIARVM,
NEAPOLISQ. REGEM, REGENTIS DIGNISSIMI,
Sacriq; Conſilii demum Prȩſidis, Viceprothonotarij,
& Comitis Caſtri Sacci.

CVM ADDITIONIBVS, AD INSTAR REPETITIONVM,
illuſtratis nouiſsimis Quæſtionibus, Deciſionibus Sacri Conſilij,
aliorumque Supremorum Tribunalium, Summarijs,
& Indice locupletiſſimo
Per

FVLVIVM LANARIVM
Aduocatum Primarium, Auctoris Nepotem.



S. J. IESV BIBL. COLL. ROM.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI, Apud Lazarum Scorigium. M. DC. XXX.

Digitized by Google

ILL.^mo ATQ. EXC.^mo DOMINO

D. FERDINANDO AFAN
DE RIBERA, ET ENRIQVEZ

DVCI DE ALCALA DE LOS GAZVLES,

MARCHIONI DE TARIFFA, COMITI DE LOS MOLARES,

DOMINO DOMVS DE RIBERA,

Prouinciæ Bethicæ Præfecto maiori, eiuſdem Prouinciæ maiori Notario, Hiſpalis, eiuſque territorij Alguazerio maiori, S.C.M. clauis aureæ cubiculario, ac ordinis Alcantaræ Equiti, Commendæ vulgo de Beluis della Sierra Commēdatario, rerum ſtatus Conſiliario, & in præſenti Regno Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

FVLVIVS LANARIVS.

QVæ vis illa fuit P.E. quæ Io. Antonij Lanarij lucubrationes diù ſepultas, appetente te, propè animauit, ac formauit? iacebat ſepoſitus in angulo muſæi, Lanarij Patrui mei labor, nullaque nec mihi, nec alijs concinnandi, vulgandi operis cogitatio; mirum dictu; vix de tuo ad nos aduentu, clauoque delato imperij, allatus Nuncius eſt; cum ad fulgo-

Digitized by Google

ſulgorem nominis tui, ardere cœpi cupiditate eruendi propalandi latentis,abditique codicis: an ad occurſum Appollinis muſæ exiliunt?an ad lucem eruditionis reuiuiſcunt? auguror, nec vana fides, expeditiores, alacrioreſque fore, poſt hac muſas, opibus illectas ingenij tui; ſi tamen fulgorem iſtum omnigenæ eruditionis, Regij Maieſtatem ſanguinis, rerum à te geſtarum, ac gerendarum gloriam;vim,poteſtatemque æquiſſimi Imperij; adducto velo ingenitæ tibi ſuauitatis, & humanitatis, ita oculis, mentibuſque noſtris attemperes; vt ignoſcas ſi de amplitudine rerum tuarum,pro tenuitate noſtra,non pro illarum magnitudine diſſerimus: quo ſe ſublimius ſubſtulit cœlum, eo minora apparent ſidera intuentibus; fulgurat in Cœloiſto ingenij tui,ſolis inſtar,eruditio, qui non vno delectatus doctrinæ genere, ſed omnes mente complexus,lucem impertis omnibus, itaque illis vacas, vt totus etiam vaces Reipublicæ, retineaſque in ſcientia modum,vt illa tibi ſeruiat,non tu illi:ſublatoque apud te armorum, & literarum diſſidio, vtrorumque ſtudium ſic concilias,vt nec gladium diſtringas,donec ab his vexillum ſubſtollatur æquitatis, nec hæ armorum aciem hebetent, vbi res, & ſalus iure poſtulauerint: Auguſtos imitatus, & Iulios, qui eadem manu gladium regebant,& calamum;& ne externa quæramus, vtrunque imitatus Alphonſum, ſcientiæ, & armorum laurea decoros,nec poteras, quin ingenita vi ſanguinis,Reges imitarere Alphonſos.Te hic appello Diue Rodeſinde auctor generis, auctor Excellentiſſimæ Domus, ac familiæ Riberæ,ſtirps,ac Princeps Ducum Alcalanorum, Dominus Caſtri Riberæ, cuius pater Guterius Comes, Hiſpaniarum Regi,genere coniunctiſſimus, cuius Patruus Comes, ac Dux, Hermenegildus, Alphonſi Magni conſanguineus, Catholicorum,& ipſe Regum patruus; non potes quin ſimul regiam,

giam, ſimul piam, ac diuinam quãdam indolem tranſmittas nepotibus. Te hic appello Petre Henriquez, qui, & ipſe ſoboles regum, regium ſplendorem in domum, familiamque Riberam redintegraſti; ſed reprimam me, ne ſi in oceanum prouehar purpuraſcentium natalium tuorum, modum excedam epiſtolæ: cum ſatis conſtet ab Regibus maioribus tuis, haberete, vt armorum impetum æquitate regas, religionis, ac pietatis ductu modereris, quid igitur mirum ſi Don Perefandus de Ribera magnus Patruus tuus, ita Barcinonæ, ac Neapoli clauum tractauit Imperij; vt vnus ipſe ſit, quem Hiſpaniarum Reges Prætoribus, ac Proregibus proponant ad imitandum, forma factus Imperij: vt neque rem publicam, neque Regiam, ſed rem ſuam agere videatur; qui ad illius inſtar non rexerit, cuius tu prudentiam, æquitatem, dexteritatem, artem denique regendi æquis paſſibus aſſecutus, Barcinonæ: tantam tui opinionem concitaſti, quãtam nemo alius. Prouincia hæc tibi, non iam merito maiorum, ſed merito tuo, qui in legationibus, magiſtratibuſque illuſtria documenta dediſti, optimi, ac ſummi Principatus demandata eſt, non te gratia aulicorum, ſed excellẽs virtus tua, induſtriaque adminiſtrandi rempublicam, ſatis ſuperque ſpectata, ac probata, ad hunc te honorem euexit, in maximo belli apparatu, ac propè iam, quod Deus Omen auertat, totius Europæ incendio. Hanc faſcium dignitatem, maieſtatem natalium, lucem eruditionis celebraturæ Muſę, ad nuncium aduentus tui, ſe ſe ad chorum excitarunt, & cineres ipſi, hominum eruditorum, neſcio, quo acti numine exultarunt, tuoque prodire in lucem auſpicio geſtiunt: ſanè hæc Lanarij mei monumenta, quod ab interitu vindicata renaſcuntur, non tám ſolertiæ noſtræ, quàm fato fęlicitatis tuæ debemus. Scripſit hæc, quæ edimus, in ipſo flore iuuentutis Lanarius, tùm cum cauſas propè

Ephe-

Ephebus ageret, publicèque feuda in Gymnaſio Neapolitano interpretaretur: quo in munere tantam aſſecutus eſt laudem doctrinæ, & ingenij, vt annos natus quinque & triginta, inter Regios Conſiliarios lectus, mox etiam deſtinatus ad Regiam in Hiſpania Regens quadriennio Ducis Oſſunæ ab latere Proregens ſic induſtriam, ſcientiam, probitatem, ſolertiamque ſuam probauit omnibus, vt in ſeuero illo Lopes de Guſman Regij Cenſoris examine, vnus ipſe inter maiores magiſtratus labis, ac notæ immunis in maxima frumenti, frugumque inopia, quo tempore irata plebs, Tribunum ſuum in fruſta diſcerpſit, Præfectus Annonæ tantum conſilio, virtute, auctoritate, diligentia perfecit, vt cariſſimam Annonam, nec opinata vtilitas conſecuta ſit: cuius beneficij Vrbs hæc memoriam retinet ſempiternam.

Nec minor fuit eius in Hiſpanijs obſequij laus, & gratia, vbi Regi potentiſſimo, ſapientiſſimoque Philippo huius nominis ſecundo, opera, & conſilio præſto fuit, meruitque ab eo (quippe qui omnium merita, & acerrimè perpendebat, & munificentiſſimè rependebat) creari Regij Conſilij Neapoli Præſidens, & cumulata etiam gratia, primus Togatorum, quorum meminiſſe poſſumus, decorari titulo Comitis Opidi Sacci, atque vtinam tantis frui beneficijs domi ſuæ licuiſſet, vtinam redditus Penatibus referre Patrię, ac Ciuibus gratiam magnoperè potuiſſet; ſed ò vitæ curriculum incertum, ac breue: correptus morbo Genuæ cum rediret ad ſuos, acerbo quamquam annorum quinque, & quinquaginta, ereptus fato, multa reliquit ingenij ſui monumenta, vt ſibi videbantur inchoata, ac rudia: In his lucubrationes, Repetitioneſque feudales, quas dum Octauius Lanarius eius filius, qui nuper vita ceſſit, Iudex criminalis, diutius ſuppreſſit, & humanius, quam par erat legendas alijs præbuit; parum abfuit,

ſuit, quin perpetuo obrueret, anſam certè dedit, quibuſdam Lanarium cupidius laniandi, neminem hic appello; ſed eius quæſtiones integras in ſuos commentarios tranſtulerunt: perquire lector, confer, agnoſces: Ac mihi quidem pietate in patruum, humanitate in omnes omnino faciendum putaui, vt ab patrocinio cauſarum, quibus dies, noctéſque vaco, tantum temporis exprimerem, quantum huic operi vulgãdo ſatis eſſet, ne diutius Lanarius meus delitéſceret, quem etiam, vt abſolutius publicarem addidi breuiarium, & indicem; adiectis etiam de meo repetitiunculis, & additionibus inſtar appendicis nauiter, an ſecus aliorum eſto iudicium, tuum imprimis P. E. cuius eximia virtus, ac ſciëntia monumenta hæc è tenebris eruta luce patrocinij perpetuò illuſtrabit, exemplo Regis inuictiſſimi, qui benignitate ſingulari, ac planè Regia Io. Antonii Lanarij filios, nepotes, ad vnum omnes maximis muneribus, honoribuſque domi, foriſque extulit nobiliſſimis Equeſtris ordinis inſignibus decorauit Don Franciſcum Lanarium nepotem titulo Principis Carpiniani honeſtauit, & nuper Præſidem Prouinciæ Principatus conſtituit, ac placuit etiam me, domumque meam agnoſcere, & ornare. cum crucis inſigne equeſtris ordinis ſancti Iacobi, Bullam ſcilicet Religionis, ac fidelitatis filium meum primogenitum habere, ac geſtare voluit, appellationemq; addidit Marchionis; nimirum non ignorat quanta fide, ac conſtantia pro Religione, pro Imperio Hiſpano vitam, & ſanguinem fuderint maiores noſtri, idemque eſſe in poſteris ſtudium ſi detur occaſio. At ſecundum Regem hoc idem pro te, pro domo tua, nos eſſe facturos P. E. pro me, pro filijs meis promitto, ac ſpondeo, & in hoc quaſi veſtibulo publici operis palam eſſe volui, quod cum tibi nuncupo, me quoque, poſteroſq; meos in omne æuum formula illa Romani Prætoris, do, dico, addico. Vale Neapoli, &c.

Index Capitulorum omnium, quæ in hoc Volumine explicantur.

Cap. 1. De his qui feud dar.poſſ.fol. 5.
Cap. 1. de ſucceſſ.feud.fol. 186.
§. Sed etiam res, per quos fiat inueſt.fol. 283.
Cap. 1. de vaſſall.decrep.ætat. fol. 342.
§. huius autem generis, in quib.cauſ.feud.amitt.fol. 377.
Cap. 1. Quibus modis feudum conſt.poteſt. fol. 424.
Cap. 1. Qui ſucc.feud.dar.ten.fol. 453.
§. ſi quis per triginta, ſi de feud.defunct.mil.fol. 472.
Cap. 1. ſi vaſſall.feud.priuet.fol. 539.

Imprimatur. Alex.Ruffus Can.Locumtenens.
Io.Vincentius Iuuenis Can.Dep.

Illuſtriſsimo, & Eccellentiſsimo Signore.

FVluio Lanario eſpone à V.E. come deſidera dar in luce, e ſtampare le Repetitioni feudali del quond. Regente Lanario ſuo Zio, con molte ſue Additioni; la ſupplica ſi degni commetterle ad alcuno Dottore, che le riuegga, acciò poſſa ottenere dall'Eccellenza Sua la licenza per ſtamparle, che lo riceuerà à gratia.

Magn.V.I.D.Io.Baptiſta Thoro videat, & in ſcriptis referat.

Tapia Reg.

Prouiſum per S.E.Neap.die vigeſimoquarto Aprelis 1630.

De Ligorio.

Illuſtriſsime, & Excellentiſſime Domine.

DE Mandato V.E. accuratè perlegi loculentiſſimas Repetitiones Feudales Celeberrimi I.C.Io.Antonij Lanarij, olim Regentis in Supremo Conſilio Italiæ, poſtmodum *Præſidis* S.R.C. In almo Gymnaſio Neapolitano Feudorum Interpretis acutiſſimi, ac etiam Comitis Sacci, Vna cum locupletiſſimis adnotationibus in formam Repetitionum, ſuperadditis Deciſionibus quoque Supremorum Regni huius Tribunalium, illuſtratis, atque compactis ab erudito Iuriſconſulto Fuluio Lanario, Patritio Neapolitano, primario Aduocato, eiuſdem nepote benemerito, mihi perſcrutandas commiſſas: quocirca cum nihil in eis abſonum aliquod repertum ſit, vt animaduerſione aliqua opus eſſet, ſed potius commendatione condigna comperio, ex illarum perlectione, maximam Reipublicę profuturam vtilitatem afferre, quinimmo ad ſingulorũ Iuris profitentium commodũ, exiſtimo, illas typis tradi poſſe, ita tamen concurrente beneplacito V.E. cui cum omni qua decet reuerentia, ex corde ſubmitto. Neap. ex ædibus noſtris, die 24. menſis Aprelis 1630.

V.E. Dediciſſimus ſeruulus

Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Imprimatur. *Tapia Reg.* *Enriquez Reg.* *Lopez Reg.*

IO. ANTONII LANARII
REGENTIS IN SVPREMO CONSILIO ITALIÆ, ET PRAESIDIS SACRI CONSILII,
Ac in Gymnaſio Neapolitano Iuris Feudorum publici Interpretis.

ORATIO. ET PRAELVDIA
habita in prima lectione.

SI quis veſtrum , Illuſtres Senatores , ampliſſimi viri , aut eorum , qui adſunt , fortè miratur quid ſit, quòd inter tot ſummos , diſertiſſimoſque viros ego potiùs , qui tot forenſibus negotijs implicitus ſum, ſurrexerim in hunc locum aſcendendum : Is,ſi mei conſilij cauſam , rationemq́; cognouerit , id , quod facio, quidem probabit . Vertant huc (quæſo) oculos , & altero perſonas , quæ hanc cathedram aſcenderunt , intueantur : altero verò rei magnitudinem , atque excellentiam . Hic aditus laudis ſemper optimo cuique maximè patuit : Fuerunt namque qui hunc locum conſcenderunt ampliſſimi, atque doctiſſimi viri , optimè de Republica meriti ; quibus ego neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate ſim comparandus . Res (de qua agendum erit) aut ab animi gratitudine ſumpſit exordium , aut à liberalitate . Illa quantis efferenda ſit laudibus docere vnum illud poteſt , quòd ingratitudinem omnes mirum in modum deteſtantur ; hac autem nihil eſt naturæ hominis accomodatius . Eſt namque beneficentia (quæ benignitas , vel liberalitas etiam appellatur) coniuncta iuſtitiæ , quæ quidem vſque adeo mundi machinæ neceſſaria eſt , vt hac ſublata , mundus ſit protinus ruiturus : ò ſaluberrima noſtrorum medicina malorum . Sed rei

magnitudinem ab effectu pendamus. De feudis agitur, & feudatarijs; feudatarij militare munus ſumptibus proprijs ſubeunt, Regnum tuentur, exactum Regem reuocant: Ij ſi deficiunt, in quo ſalus ipſius Regni ſita eſſe debeat? in quo defenſio? qui inimicis timorem, piratis, ac deprædatoribus metum ingerent? forſan dearmata plebs? an miles mercẽnarius? Darius, Perſarum Rex potentiſſimus (qui feudatarios, aut his ſimiles non habuit) vna clade ab Alexandro accepta, Regnum, & ſpem omnem illius recuperandi amiſit. Pompeius vna tantum victoria ferè totam Aſiam deuicit. Contra verò Galliam, ac Hiſpaniam, tam longa militia populus Romanus nunquam tutò poſſedit (etiam crebris rebellationibus ſuperatis) niſi Regulis illis extinctis, qui vt feudatarij tunc temporis habebantur. Sed quid exempla tam remotiora perquiram? Habemus Hiſpaniã quid feudatarij poſſint ſæpè expertam: Habemus Galliam, quæ regiones non propter aliud inſuperabiles exiſtimantur, quàm propter feudatariorum robur. Dux Ferrariæ bis dominatu pulſus, à ſuis reuocatur benemeritis. Ludouicus Sfortia Mediolanum deſerere coactus, ſubitò aſcitus eſt à ſuis: Ferdinandum Secundum (vt ad hoc Regnum deueniam) Carolo Octauo poſthabito, in dominatum reuocatum, quiſque veſtrum bene ſcit. Sed his ferè diebus elapſis quis non vidit quanta fides, quantus labor, quæ virtus bellica in huius Regni fidelibus, impetum Gallicum Regni finibus arcendo, fuerit? Oſtendit hoc Regis noſtri in quamplurimos collata munificentia. Nec ſunt audiendi, qui feudatarios in principatu pernicioſos exiſtimant, vt Græciæ Reguli Imperatoribus ſemper infeſti, donec totum proſternerent Imperium; & Siculi Barones Guglielmo Rege, & in hoc Regno Ferdinandi Primi temporibus: quoniam idcirco Rex prudentiſſimus adhibuit peritiſſimos medicos: Vos grauiſſimi Conſiliarij huic morbo medemini, res enim magnas magna ſimiliter virtute geritis: poſito namque inflato, tumidoque vultu, non vt legis Domini, ſed vt fidi interpretes, diligentesq; miniſtri exiſtimamini, delicta æquitate quadam, & ſine perturbatione punitis, & quaſi in olimpi vertice conſtituti, perturbationem nebulæ non attingitis, & ſic non inuitis, ſed volentibus dominamini; virtutibus abſque inuidia (pro dignitate) præmia redditis, vt cum alijs faciatis quod & ipſi accepiſtis (non enim honore digna nacti fuiſtis priùs quàm illa promeruiſtis) ita vt meritò à Lethęa caligine, ſtygiaque procella longè ſemoti, ad æthereum prouehi lumen, ad eliſiam tranquillitatem, ad immortale ambroſiæ pabulum, ſuauitatemque

ne-

nectaream euehi mereamini. Iſte numerus ne deſit huius inſtitutæ ſcholæ, tam magna ſuſtinetis cura, vt inde Senatores diſertiſſimos, velut è quodam ſeminario, ad ipſius Regni tutelam, atque regimen transferri facillimè valeatis. Vidiſtis nunc, & cognouiſtis cauſas, quibus adductus ſum ad hanc ingrediendam prouinciam; etſi debebam onus hoc mihi iniunctum alacri, atque libenti animo ſuſcipere. Vnum tamen obſecro, atque obteſtor, vt meam opinionem (ſaltem hodie) memoria deponatis; Ita enim ſi quid non perfectum ingenio, elaboratum induſtria huc afferam, mediocriter tamen dictum videbitur.

OMNE ius noſtrum circa tres partes principales verſatur; aut circa perſonas, aut circa res, aut circa actiones, l. 1. ff. de ſtat. homin. In 3. parte principaliter ſunt contractus, inter quos conſuetudo, vſusque longæuus feudi contractum introducit; eſt namque contractus de per ſe, Iſern. in prælud. quæſt. 5. & contractus nominatus, Bart. in l. iuriſgentium, §. quinimmò. ff. de pact. hunc itaque contractum feudi explicaturis, eſſet videndum pro generali introductione poſt feudorum originem, ipſiuſque feudi diffinitionem, ſeu deſcriptionem, diuiſionemque feudorum, & vnde feudum dictum ſit, de pluribus attinentibus aut circa ipſius feudi erectionem, conſtitutionem, acquiſitionem, vel natiuitatem: aut, feudo erecto, nato, acquiſito, vel conſtituto, circa ipſius feudi conſeruationem, vel vitam; aut cum amplius feudum ipſum viuere nequit, circa ipſius feudi amiſſionem, extinctionem, vel mortem: verſatur namque ius nobis competens aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut in amittendo, l. fin. ff. de legibus, & feudum ipſum tanquàm homo, licet mutus, Gloſ. in conſtit. Regn. conſuetudinem, naſcitur, viuit, & moritur: & propterea quia in feudi natiuitate, ſicut in quolibet contractu, concurrit perſona ſcilicet tam dantis, quàm recipientis, res, quæ datur in feudum, & forma; Circa perſonas, & res eſſet videndum de his, qui poſſunt infeudare de nouo, vel ſubinfeudare; de his, qui ſunt capaces feudorum; de rebus, quæ poſſunt in feudum, vel ſubfeudum dari, & hic quæ ſint communia inter iſtos, & alios contractus; de differentia inter Prælatos, & perſonas Eccleſiaſticas infeudantes, & laicos: Item de differentia inter legem Regni, & ius commune feudorum; Circa formam, quæ conſiſtit in inueſtitura, & iuramento fidelitatis, eſſet videndum de inueſtitura verbali, vel abuſiua, per anulum, vel haſtam, de inueſtitura reali, de inueſtitura vera, de præſcripta, vel præſumpta, de inueſtitura pura,

& de inueſtitura conditionali, & de diuerſis effectibus ipſarum. Circa iuramentum fidelitatis eſſet videndum quæ contineat, quotuplex ſit, quod ſit ligium,& non ligium; & de differentia inter iuramentum fidelitatis, & fidelitatem ipſam. Itaque nato, & conſtituto feudo, quia alia incidunt in vita feudatarij, alia ſequuta morte; eſſet videndum de his, quæ eueniunt in vita, vt ſunt aſſecurationes vaſſallorum, adiutoria, collectæ, immunitates, iudicia, & ſeruitia; Item de his,quæ accidunt poſt mortem, vt ſunt ſucceſſiones, releuia, inueſtituræ confirmantes, vita militia, paragium, baliatus, & æs alienum. Cum amplius feudum viuere nequit, eſſet videndum de cauſis;quæ producunt ad mortem; quæ oriuntur aut ex culpa feudatarij in committendo, directè, vt puta delinquendo; indirectè, vt puta alienando; aut voluntate feudatarij, vt puta refutando: caſu, vel natura, vt puta per mortem ſine hærede legitimo. Feudo mortuo, atque finito, eſſet videndum de diuiſione fructuum inter hæredes feudatarij, & dominum: de augmentis in feudo factis, & de oneribus, quæ tranſeunt, vel non, inſimul cum feudo ad dominum. Sed mitto omnia iſta,quæ, ſi ſummatim explicentur, parum vtilitatis afferent; illa ſuo tempore (Deo dante) tractabimus, vbi erit propria ſedes iſtarum materiarum: Quia, & tot peritiſſimi viri tanquam periti huc acceſſerunt mei honorandi cauſa; quæſtionem Iſern.in §.1.de his qui feudum dar.poſſ.explicabo. Et primo theoricam Iſern. ad literam, ordinatè tamen, non confusè, prout ipſe loquitur, recitabo, poſtea quæ circa ipſius declarationem neceſſaria videntur tractabo.

Digitized by Google

SVMMARIVM

In repetitione §.1.de his qui feu.dar.poſſ.

1 *Conſuetudines feudales an ſint pro lege extra Regnum obſeruandæ; & duæ recitantur opiniones.*

2 *Leges Imperatorum, quæ ſunt in libro feudorum, obſeruari debent vbique.*

3 *Conſuetudines feudales fuerunt expreſſè approbatæ ab Imperatoribus, & tacitè multis modis, & num.15.23.& 25.*

4 *Imperator cum diſponit circa actum inualidum, vel perſonam inhabilem, approbare videtur.*

5 *Feudum in dubio videtur datum ſecũdùm naturam feudi contentam in libro feudorum.*

6 *Iſernia licet vt varius allegetur in articulo, an conſuetudines feudales ſint pro lege ſeruandæ; tamen verè tenuit quòd non ſint obſeruandæ, niſi quatenus ſint rationabiles: & hoc optimè probatur per Auctorem.*

7 *Conſuetudines feudales quæ ſint irrationabiles ſecundùm Iſer.*

8 *Iaſon, & Curtius reprehenduntur, dũ allegant Iſer. tenentem, quòd conſuetudines feudales ſint vbique ſeruandæ.*

9 *Liparulus reprehẽditur, quia malè Iſer. allegat.*

10 *Intellectus c.1.de filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto, & quòd illa conſuetudo ſit recitata tantum, & non approbata.*

11 *Conſuetudo Mediolanenſis in libro feudorum nunc recipitur, nunc reijcitur.*

12 *Iſerniæ varietas in articulo an liber feudorum ſit vbique obſeruandus, vnde oritur, & quomodo concordatur.*

13 *Iſer. in cap.1. de feudo guardiæ declaratur.*

14 *Camerarius dum intelligit Iſer. tenuiſſe, quòd ius feudorum eſt obſeruandum licet ſit irrationabile, reprehenditur.*

15 *Iſer. varietas in articulo an ius feudorũ ſit pro lege ſeruandum, aliter per Auctorẽ conſideratur, & cõcordatur.*

16 *Gloſ... quæ negat approbationem conſuetudinum feudalium à Federico Imperatore, reprehenditur.*

17 *Iſernia tenens, quòd conſtitutio de conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ, ſit Imperatoris Federici Primi, reprehenditur.*

18 *Contrahentes licet non ligentur conſuetudine alicuius Ciuitatis, poſſunt ex pacto ſe ſubmittere.*

19 *Matrimonium ab extero contrahi poteſt ſecundum morem Magnatum Regni Neapolis.*

20 *Antefatum ſi exterus promitteret in contractu matrimonij, omnia, quæ de antefato diſponuntur Neapoli obſeruantur.*

21 *Conſuetudines feudales obſeruantur etiam in feudis Eccleſiaſticis.*

22 *Conſuetudines feudales an ſint pro lege obſeruandæ in Regno Neapolis.*

23 *Rex Regni Neapolis exemptus eſt ab Imperio, & Monarca appellatur; & ponuntur duæ opiniones.*

24 *Ius Regni non diſtinguitur per ius feudorum ſecundùm Iſerniam.*

25 *Iſernia dum tenet, quòd ius feudorum non obſeruatur in Regno, reprehenditur.*

26 *Cauſa in Regno quomodo deciduntur.*

27 *Iſer. ſibi contrarius quodammodo in articulo, an ius feudorum ſit obſeruandum in Regno.*

28 *Feuda Romanis Iuriſconſultis, & antiquis Romanorum Imperatoribus*

incognita, ſecundùm communem opinionem.
29 Libri feudorum qui fuerint Auctores.
30 Feudatariorum plura nomina.
31 Duces, Marchiones, & Comites qui dicantur, & quomodo aliàs ſub diuerſis nominibus nuncupentur.
32 Valuaſores maiores qui dicantur; & quomodo aliàs ſub diuerſis nominibus nuncupentur.
33 Valuaſores minimi qui dicantur; & quomodo aliàs ſub diuerſo nomine vocentur.
34 Valuaſoris nomen promiſcuè quibus detur.
35 Valuaſoris minoris nomen promiſcuè quibus detur in vſibus feudorum.
36 Principis dignitas incognita de iure communi feudorum.
37 Duces, Marchiones, & Comites Regni Neapolis differunt à Ducibus Italiæ.
38 Baro quis dicatur.
39 Titulus de his qui feud. dar. poſſ. an loquatur de infeudatione feudi, vel de infeudatiône burgenſaticorum.
40 Dare feudum, dare in feudum, & dare per feudum an differant.
41 Dare in feudum, & dare per feudum denotat feudi infeudationem.
42 Dare feudum videtur denotare infeudationem rei burgenſaticæ.
43 Intellectus S. notandum, de his qui feudum dar poſſ.
44 Lex recipit reſtrictionem, & habilitationem de habilitate.
45 Intellectus c. 1. de capita. qui cur. vẽdi.
46 Feudatarius eſt vtilis Dominus.
47 Baro poteſt infeudare burgenſatica de iure communi feudorum.
48 Titulus qui ſucceſſores teneantur, in fine illius capituli, loquitur in feudo hereditario, ſecundùm Iſerniam.
49 Intellectus primæ rubricę de his qui feud. dar. poſſ.
50 Infeudandi licentia in perſonis enumeratis in tit. de his, qui feud. dare poſſ.
51 Intellectus cap. Imperialem, de probib. feud. alien. per Feder. & c. 1. de probib. feu. alien. per Lothar. quod non includant Comites, & Marchiones, de quibus in vſibus feudorum.
52 Duces, Marchiones, & Comites, de quibus in prima rubrica feudorum, differunt ab alijs feudatarijs circa licentiam infeudandi.
53 Duces, Marchiones, & Comites, de quibus in vſibus feudorum, aſſimilantur Principi, & quæ poſſint.
54 Marchiones, & Comites, de quibus in vſibus feudorum, licèt recognoſcant Marchiam, & Comitatum in vniuerſo; tamen res particulares habent quoad directum dominium.
55 Rex Regni Neapolis, licèt recognoſcat Regnum ab Eccleſia; tamen habet directum dominium in rebus ſingularibus.
56 Marchiones, Duces, & Comites, de quibus in prima rubrica feudorum, non poſſunt alienare in magnam diminutionem, ſicut dicitur de Imperatore.
57 Infeudandi licentia maioribus valuaſoribus vnde oritur.
58 Rubrica prima feudorum. de his qui feud. dar. poſſunt, loquitur de his, in quorum eſt poteſtate conſtituere feuda: & ſic loquitur de rebus ſingularibus Marchiæ, & de rebus allodialibus.
59 Feuda poſt deuolutionem deſinunt eſſe feuda.
60 Marchiones, & Comites, de quibus in vtibus feudorum, poſſunt infeudare res ſingulares, cum pacto, vt poſſint transferri in allodium.
61 Maiores valuaſores non poſſunt infeudare, ita vt poſſit alienari in allodiũ.
62 Iſer. in c. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. reprehenditur.
63 Iaſ. in prælud. feudorũ reprehenditur.
64 Infeudatio propria allodij, & infeudatio feudi differunt.
65 Hæres extraneus ſuccedit in iure vaſſallagij quando eſt infeudatum proprium

Digitized by Google

prium allodium.

66 Intellectus c. 1. Epiſcopum, vel Abbatem, nouus per Auctorem.

67 Intellectus d. c. varius inter Doctores in tribus.

68 Clericus quis ordinari non poteſt ſine Eccleſia tanti redditus, quòd ſufficiat pro alimentis.

69 Infeudare burgenſatica an liceat minoribus valuaſoribus, & alijs etiam ruſticis.

70 Iuriſdictio eſt habere vaſsallos ſub ſe per infeudationem.

71 Nobilitas contrahitur per infeudationem.

72 Intellectus c. 1. de natur. feud.

73 Iſerniæ contrarietas inſaluabilis.

74 Conſuetudines diuerſarum Curiarum enunciantur in libro feudorum; & nunc recipiuntur, nunc reprobantur.

75 Minores valuaſores ſecundùm conſuetudinem Mediolanenſem poterant infeudare.

76 Intellectus §. noui vero, per quos fiat inueſtitura.

77 Argumentum à contrario ſenſu non est ſumendum, vbi reſultat alterius legis correctio.

78 Lex ſemper recipit restrictionem de habilitate.

79 Feudum constituitur si quis recognoscit res proprias ab alio in feudum.

80 Ruſticus potest emere feuda, dignitates, & iurisdictiones.

81 Aſsenſus Regis requiritur in alienatione regalium, quę quis tenet, licèt non in feudum, ex conceſſione Regis.

82 Excadentialia per quantum tempus fiant, & quot actus requirantur.

83 Bona de menſa Eccleſiæ, vt efficiantur ſolita infeudari, quantum tempus requiratur; in quo plures recitantur opiniones.

84 Iuriſdictio acquiritur Eccleſię per vsũ infeudationis.

85 Correlatiuorum si ponitur vnum, ponitur alterum.

86 Conſuetudo præſcribitur ſpatio quadraginta annorum, ſecundùm Iſerniam.

87 Conſuetudo non potest diminuere ſolemnitates requiſitas in alienatione rei Eccleſiæ, niſi ſit tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit.

88 Conſuetudo quid ſit.

89 Poſseſſio acquiritur per vnicum actum.

90 Res demanialis Baroniæ quomodo efficitur excadentialis.

91 Bona fides requiritur in præſcriptione conſuetudinis infeudandi.

92 Feudum dicitur de menſa Eccleſiæ.

93 Interrupta pręscriptione oportet iterũ illam incboare.

94 Poſſeſſio ciuilis, & naturalis reperitur in iuribus.

95 Poſſeſſio ciuilis duplex.

96 Poſseſſio ciuilis ſola facit continuare præſcriptionem.

97 Pręſcriptio non currit contra Eccleſiã, quæ caret Prælato.

98 Aſſlict. reprehenditur in articulo quantum tempus requiritur, vt res demanialis Baroniæ efficiatur excadentialis, in quo noua opinio Auctoris.

99 Conſuetudo infeudandi rem Eccleſię, quę habet priuilegium pręſcriptionis centenarię.

100 Excadentialia an dicãtur demanialia Baronię infeudata cum Regis aſsensu.

101 Solemnitas non requiritur in conceſsione rei Eccleſiæ deuolutę si interuenit in prima infeudatione.

102 Feudum planum, & de tabula per primam conceſſionem factam ſormiter cum aſſensu, an efficiatur alienabile in quemcunque cum ſolo aſſensu Baronis.

103 Aſſenſus interueniens Regis in prima infeudatione cum clausula, vt à Barone teneatur, an faciat feudũ quaternatum.

104 Baro quis dicatur; & consilium Iser. vt quis Baro efficiatur.

105 Feudi quaternati vox vnde sumpsit originem.

Feuda

106 *Feuda quaternata quæ dicantur.*
107 *Cedulartum adoha,& quinterniones Regiæ Cameræ differunt.*
108 *Aſſenſus regiſtrantur in quinternionibus,ſed non omnes.*
109 *Regiſtratio aſſenſus in quinternionibus quare fiat.*
110 *Feuda quaternata ſecundum quid, quæ dicantur,& quare.*
111 *Caſtrum ſi tenetur in capite à Comite,eſt feudum quaternatum ſecundùm quid.*
112 *Caſtra omnia in Regno ſunt quaternata.*
113 *Feudum quaternatum,quod Rex habebat in baronia,ſi conceditur ſimul cum Baronia,erit feudum quaternatum ſecundùm quid.*
114 *Rex poteſt ſubijcere ſuum ſubfeudatarium alteri,contra Baldum.*
115 *Feudum quaternatũ ſecundùm quid eſt ſi conceditur res demanialis per Baronem cum conſenſu Regis,vt teneatur in capite ab eo.*
116 *Feuda quaternata ſecundum quid, cui aperiuntur cum deuoluuntur,Regi,an Baroni.*
117 *Barones,& Prælati in facultate infeudandi æquiparantur per Iſerniam.*
118 *Baro non poteſt ſolus concedere feudum deuolutum per priùs conceſſum cum aſſenſu Regis,licèt vt ſub eo teneatur,& nu.119.*
119 *Baronia eſt caſtrum babens ſub ſe feudum quaternatum.*
120 *Feudum planum, & de tabula poteſt ſub Rege conſiderari.*
121 *Rex poteſt infeudare vt Comes, ſi tenet Comitatum ſibi apertum.*
122 *Excadentia dicuntur res conſuetæ alijs cõcedi per Comites,& Barones.*
123 *Feudi pars diuiſa eſt feudum de per ſe.*
124 *Caſale ſi eximitur, & ſeparatur à Ciuitate,retinet priuilegia.*
125 *Natura feudi ſi alteratur in vno remanet in alijs.*
126 *Aſſenſus generalis ſuper alienatione feudi,prodeſt,vt poſſit alienari cuicunque.*
127 *Aſſenſus alienandi in vnam perſonã non extenditur ad aliam.*
128 *Aſſenſus cauſa finita finitur aſſenſus.*
129 *Afflictus reprehenditur de contrarietate in articulo an requiratur aſſenſus vtriuſque in alienatione feudi plani, & de tabula.*
130 *Aſſenſus interueniens in alienatione feudi habet vim inueſtituræ.*
131 *Excadentialia quomodo efficiantur demanialia Baroniæ.*
132 *Res Eccleſiæ conſueta concedi, vt efficiatur de menſa quid requiratur; in quo plures opiniones recitantur.*
133 *Epiſcopus ſi iurat non infeudare niſi feudum nouum, an poſſit infeudare feudum deuolutum poſt annum.*
134 *Deſcriptio inter alia bona Eccleſiæ de menſa ſufficit, vt res ſolita concedi efficiatur de menſa.*
135 *Præſcriptio quadraginta annorum requiritur ad inducendum certum ſtatum in Eccleſia.*
136 *Vaſſallagium quanto tempore acquiratur, ſecundum Iſerniam, & ius commune.*
137 *Deſcriptio expreſſa, vel tacita inter alia bona menſæ requiritur vt res efficiatur de menſa Eccleſiæ.*
138 *Eccleſia habet fiſcum.*
139 *Intellectus l. ſi vacantia. C. de bon. vacan.vt non loquatur in rebus quæ aliàs fuerunt fiſci.*
140 *Res de facili redeunt ad ſuam naturam.*
141 *Barbatia reprehenditur.*
142 *Emphyteuſis ſi non renouatur conſanguineis, an & quando fiat iniuria.*
143 *Baro an poſſit feudum planum, & de tabula ſibi deuolutum per ſe retinere in demanio, vel teneatur præcisè illud alij concedere; in quo duæ opiniones recitantur.*

Fundi

144 *Fundi conſtituuntur deſtinatione patrisfamilias.*

145 *Vnio prædiorum ſeparatorum quomodo inducatur; & quomodo ſeparatio.*

146 *Baro ſi in pluribus caſtris deputauerit vnum Capitaneum, & vnũ Aerarium; vel ſi in vna Baronia vnita plures officiales, aut Aerarios à tempore immemorabili, non præſcribit vnionem, aut ſegregationem.*

147 *Voluntas facto declaratur.*

148 *Baro ſi facit deſcribi excadentialia in inuentario aliarum rerum demanialium tempore reintegrationis, ex hoc demanialia fiunt.*

149 *Libri principium oſtendit id, de quo liber loquitur.*

150 *Feudum ſi reperitur deſcriptum in libro feudorum quaternatorum, eſt quaternatum.*

151 *Baro ſi vult conſeruare facultatem concedendi excadentialia poſt deuolutionem, debet proteſtari, quòd non vult vnire.*

152 *Proteſtatio in actibus dependentibus ex voluntate vnius, tollit conſenſum ab actu ſequenti.*

153 *Clauſula in priuilegijs, quæ de demanio in demanium, quæ de ſeruitio in ſeruitium, quid operetur.*

154 *Rex tenetur alteri concedere Baroniam ſibi deuolutam, & non ſibi appropriare.*

155 *Clauſula, quæ de ſeruitio in ſeruitiũ, quid operetur.*

156 *Verbum,* poteſt, *non importat neceſſitatem.*

157 *Iſer. in c. 1. de controu. feu. apud pares terminan. declaratur contra Capicium.*

158 *Seruitij quantitas in feudo plano, & de tabula.*

159 *Rex habet intereſſe, vt ſui feudatarij vadant magis aſſociati.*

160 *Incorporatio feudorum deuolutorum cum Baronia eſt vtilis Regi.*

161 *Aſſenſus non requiritur quando fit aliquid in augmentum Baroniæ, & non fit commutatio de perſona ad perſonam.*

162 *Feudum planum, & de tabula poteſt refutari Baroni ſine aſſenſu Regis.*

163 *Paris de Puteo impugnatur.*

164 *Baronis aſſertioni an ſtetur, quòd res ſit excadentialis, & nu. 172.*

165 *Aſſertioni Epiſcopi, quòd feudum eſt antiquum, an ſtetur.*

166 *Aßertio non probat inter perſonas prohibitas.*

167 *Feudum in dubio præſumitur antiquum vaſſallo poſſidente.*

168 *Confeſſio Prælati præiudicat Eccleſiæ quando habet pro ſe iuris præſumptionem.*

169 *Feudum præſumitur nouum, ſi poſſidetur ab Epiſcopo.*

170 *Epiſcopus tenetur inueſtire vaßallum de feudo, ſi producit duas, vel plures inueſtituras, immò vnam, ſecundùm Gloſ. . .*

171 *Fiſcus ſi detinet in ſequeſtrum vigore c. regni ex præſumptuosæ feudum, non eſt ſucceßor onerandus strictioribus probationibus.*

172 *Aſſertio, quòd feudum eſt antiquum, facta per Prælatum in inueſtitura antiqua.*

173 *Feudum præſumitur antiquum in iudicio poßeſſorio.*

174 *Confeſſio Prælati admittit probationem in contrarium.*

175 *Gloſ. . . reprehenditur.*

176 *Inueſtitura dum ſit non inquiritur de titulo; ſecus hodie in Regno.*

177 *Inueſtitura vt dicatur antiqua, eſt neceſſe, vt excedat centum annos.*

178 *Baro habet intentionem fundatam, ſi conuentus poſſidens infra fines, fatetur rem feudalem.*

179 *Rex habet intentionem fundatam cum quis confitetur rem feudalem.*

180 *Baro dicitur procurator fiſci in rem propriam.*

181 *Baro habet intentionem fundatam in his, quæ ſunt infra fines feudi, alio non*

non poſſidente.

182 *Allodiale præſumitur territorium intra fines feudi alio poſſidente.*

183 *Barones in montibus, nemoribus, aquis, an habeant intentionem fundatam de iure communi.*

184 *Baro vtrum poſſit concedere rem excadentialem alterãdo naturam primæ inueſtituræ.*

185 *Prælatus an poſſit infeudare ſolita pro maſculis, ita vt ſuccedant maſculi, & fœminæ.*

186 *Conſuetudo tantum habet de effectu, & potentia, quantum de vſu.*

187 *Infeudatio ſolita fieri per Prælatos pro maſculis, ſi fiat pro maſculis, & fœminis, an corruat in totum.*

188 *Emphyteuſis, ſi eſt ſolita concedi vſque in tertiam generationem, ſi concedatur in quartam, vel in perpetuum, an corruat in totum.*

189 *Dictio,* penitus, *quid ſignificet.*

190 *Vtile non vitiatur per inutile in ſeparabilibus.*

191 *Intellectus* S.profecto de l.Corrad.*ſecundùm Doctores, quos Auctor reprehendit, cum nouis conſiderationibus.*

192 *Baro ſi infeudat aliter, quàm ſit conſuetum, an in totum infeudatio ſit nulla.*

193 *Feudum totum amittitur; licèt alienetur pars in contemptum domini.*

194 *Baro an poſſit rem excadentialem, ſolitam concedi laicis, infeudare Eccleſiam, vel vniuerſitatem.*

195 *Prælatus an poſſit ſolita concedi certis perſonis, alijs concedere, puta Vniuerſitati, aut Eccleſiæ.*

196 *Baro poteſt ſine aſſenſu concedere terras parum vtiles, ſub certa annua perceptione fructuum.*

197 *Baro an poſſit rem ſterilem, reductam ad culturam, poſtea deuolutam, concedere ſine aſſenſu Regis.*

198 *Prælatus an poſſit rem incultam conceſſam, melioratam deuolutam, concedere ſine ſolemnitate.*

199 *Verbum,* Videtur, *denotat arbitrium boni viri.*

200 *Prælatus tenetur acquirere Eccleſiæ data opportunitate.*

201 *Tutor tenetur acquirere pupillo data opportunitate.*

202 *Effectus conſummatus non ceſſat ceſſante cauſa.*

203 *Verbum,* liberè, *quid impartet.*

204 *Conſtitutio Regni eſt interpretanda, vt deroget iuri communi quantum minus fieri poteſt.*

205 *Barones in Regno non poſſunt infeudare feudum.*

206 *Barones in Regno an infeudent burgenſatica.*

207 *Aſſictus non intelligit Iſerniam.*

208 *Exceptio debet eſſe de regula.*

209 *Intellectus conſtit. Regni quoniam frequenter.*

210 *Vaſſalli demanij Regis non poſſunt tranſire ad caſtra Baronis.*

211 *Baro non poteſt recipere iuramentum fidelitatis ſine aſſenſu Regis.*

212 *Iuramentum fidelitatis eſt præſtandum antequam habeat feudi poſſeſſionem.*

213 *Barones prohibentur vſurpare Regiã iuriſdictionem.*

214 *Burgenſatica an poſſint fieri feudalia in præiudicium vniuerſitatis.*

215 Rex *debet prouidere ne vaſſalli deueniant in paupertatem.*

216 *Seruitium pro incremento feudi quando debeatur.*

217 *Feudum conceſſum ſub annuo redditu in pecunia, vel fructibus non eſt propriè feudum, ſed intelligitur quan do non in feudum.*

218 *Feudum cohæret magis perſonæ, quã patrimonio.*

219 *Pater an habeat vſumfructum in feudo filij, explicatum optimè per Auctorem cum nouis conſiderationibus.*

220 *Feudum an ſit peculium caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, vel aduentitium.*

221 *Filiofamilias poteſt dari aliquid, nè patri*

patri vſusfructus acquiratur.
222 Fructus feudi aduentitij an ſint communes patris, & filij ſimul habitantium, & nu. 243.
223 Pater an habeat vſumfructum in feudo filij plano, & de ſabula, & in fructibus à feudo ſeparatis.
224 Feudum eſt ſeruitus.
225 Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.
226 Patri an ſaltem acquiratur commoditas in feudo filij, ſi non vſusfructus, & nu. 244.
227 Fructus feudi poſtquam ſunt ſeparati, non dicuntur feudales.
228 Pater an habeat vſumfructum in vſufructu filio legato.
229 Feudum magis cohæret perſonæ, quàm patrimonio, optimè probatur, & maximè quando eſt ligium.
230 Hypotheca tacita non comprehendit feudalia, tam illa, quæ cõpetit vxori, quàm illa, quæ competit pro legato.
231 Filius non poteſt alienare bona, in quibus pater habet vſumfructum.
232 Bona aduentitia filij an veniant in publicatione bonorum.
233 Feudum hæreditarium dicitur etiam ex pacto, & prouidentia, & in ſucceſſore dicuntur tot donationes.
234 Aſſecuratio vaſſallorum ſucceſſit in Regno loco inueſtituræ.
235 Pater non habens vſumfructum in feudo filij, an procedat ex diſpoſitione hominis, vel ex diſpoſitione legis.
236 Afflict. non intelligit Iſer. in conſtit. Regni minoribus.
237 Iſer. in conſtit. Regni minoribus declaratur.
238 Pater, qui non habet vſumfructum, quando poſſit adminiſtrare, vel non.
239 Pater an poſſit impedire adminiſtratorem feudi materni, relictum per matrem filio.
240 Pater, qui non habet vſumfructum in feudo filij, an ſit legitimus adminiſtrator.
241 Mater an poſſit relinquere adminiſtratorem in feudo filij; & quid in auo materno.
242 Balius an poſſit feudum adminiſtrare ſine Regis licentia; & quid in adminiſtratore relicto per matrem.
243 Filiofamilias feudatario an ſit dandus balius, curator, vel adminiſtrator.
244 Intellectus c. 2. de fratrib. de nou. benefic. inueſti.
245 Aluarot. in d. c. 2. de fratrib. de nou. benef. inueſt. reprehenditur.
246 Pater an habeat commoditatem, quãdo eſt relictus vſus, vel vſusfructus filio, finito vſu, vel vſufructu.
247 Pater, vbi habet commoditatem in bonis aduentitijs filij, eſt legitimus adminiſtrator.
248 Filius tenetur alere patrem de fructibus feudi, deducto ſeruitio, de fructibus peculij caſtrenſis, & de fructibus beneficij.
249 Conſuetudo Neapolis, quæ in alimentis diuidit fructus bonorum inter patrem, & filium, an comprehendat bona feudalia intus diſtrictum.

Repe-

Repetitio c.1.de his,qui feudum dare poſſunt.

IN principio explicationis huius libri feudorũ non inutile erit differere vim eorum, quæ in hoc opere continentur; an ſint locales conſuetudines, vel potiùs pro legibus vbique ab omnibus obſeruandæ in feudalibus quæſtionibus: & præcipuè vtrum in hoc Regno,deficiente in cauſis feudalibus lege ſcripta, aut con ſuetudine præſcripta, ſit neceſſariò ſecundùm deciſa in hoc
1 libro iudicandum.Et exordiendo primo ab articulo generali quid alibi quam in Regno;duæ ſunt in hoc articulo opiniones; vna negatiua, altera verò affirmatiua.

Opinionem negatiuam,quòd
2 liber iſte, quatenus non continet leges Imperatorum, quia illæ communiter excipiuntur; non debeat pro lege ſeruari,tãquã continens vel locales conſuetudines,vel dicta Oberti de Orto, & Gerardi Capagiſti, aut aliorum iuris peritorũ; & quòd cauſæ feudales ſint, deficiente conſuetudine Regni,iudicandę ſecundùm ius commune Romanum,tenent Hoſtiẽ. in rub. de immunitate Eccleſiarum. §. in quantum, verſ. ſi verò paternum, Oldr.in conſ. 159. in 2. dubio,quem refert, & ſequitur Alb.in rub.C.de dona.Anto.de Butr.in cap.2.extra de feud.vbi Imo. Petr. Iaco. in practica, ex quibus cauſis debet vaſſallus amittere feudum, de ſucceſſione feudi nu.6. & 7. Bellame. in conſ.48.col.2. Anto. de Pratouet.in prooemio lib. feudorum in 7.col.vt refert Curt.in tract. feud.in 1.quæſt.principali, Martinus de Sylla, vt refert Zabar. in d. cap. 2. & in hanc partem inclinat etiam Didac.Couar.variarum reſolutionum lib.1.cap. 15.num.14.

Rationes præcipuæ, in quibus iſti fundantur; ſunt primò, quia non habent dicta iſtius libri formam legis, de qua in l. humanum.ff.de legib.ex forma namque partium concluditur eſſe totius, l.adeo. §.cum quis. ff.de acquir.rer.dom. Secundò, quia vel Auctores iſtius libri fuerint Ober. & Gerar.ſecundũ vnam opinionẽ;vel ſolus Obertus,ſecundùm aliam; iſti non habuerunt poteſtatẽ legis condendæ,quæ debet per publica documenta oſtendi, in l.vnica.

C.de

C. de manda. prin. & idem eſt non eſſe,& non apparere. l. in lege.ff.de contrahen.emp.Tertio dicunt,quòd liber iſte continet cõſuetudines locales,Mediolanenſes ſcilicet,Cremonẽſes,& alias: ſed conſuetudo localis non ſeruatur in vniuerſo, §.ius autem ciuile,Inſtit. de iure nat.gent.& ciui.ergo,&c.

Contrariam opinionem, ꝙ omnia dicta in hoc libro ſint pro lege ſeruanda, tenet Iacob. de Belu. qui latiùs hunc articulum tractat in c.1.§.notandum, de his qui feud.dar.poſſ. Odoffred.in præludijs feud. vbi Bal. quæſt.2.Aluarot.quæſt.3.Iaſ.& Præpoſitus in principio, Zabar. in c.2.extra de feud.vbi Abb.n. 21.Bal.in c. 1. de feudi cognitione,vbi Affl.Alb.in l. de quibus nu.8.ff.de legib.Feli.in c.2. col.antepenult.de reſcriptis,Io. Rai.in cap.Imperialem, in rub. nu.25.de prohib.feud.alien.per Feder.Caccialupus de feud.cogni.in c.1. de modo ſtudendi, verſus finem; Claudius Seyſel. in ſpeculo feud.in princ. col. 3. Curtius latiſſimè in tract. feud. prima parte, prima quæſtione, Gugliel.Bened.in c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, prima parte fo. 50. nu.91.Guido Pap. in ſing. 450. Eguinarius Baro de iure beneficiorum lib.1.tit.2. Zaſius,Petrus de Rauenna, Petrus Lorio, Petrus Rebuff.in tract. feud.in princ.& Ioan.Ferrarius de feud. lib.1.tit.2.

Rationes iſtius communis opinionis aliæ concludunt aut tacitam approbationẽ eorum, quæ in hoc libro continentur, per Romanos Imperatores, aut expreſſam, aliæ verò, citra approbationem, concludunt obſeruantiam de expreſſa appro-
3 batione. Fidem facit Odoffred. in auth. caſſa,& irrita. C. de ſacroſan.eccleſ.vbi dicit,quòd cũ Imperator Federicus Secundus tranſmiſiſſet cõſtitutiones omnes, Authen. ad ciuitatem Bononię Doctoribus legum,vt eas aptarent ſub titulis, Hugolinus de Fratis poſt Authenticam poſuit feudales conſuetudines, & liber ille fuit vocatus decima collatio: Odoffredum ſequũtur Claudius Seyſel.Ioan.Ferrarius, Bal.Afflic.Io.Rayn.Præpo.Caccialup.vbi ſupra, & illam approbat Io.Andreas in d.c.2.

Tacita approbatio Imperatorum multis modis conſideratur.Primo, quia hic liber fuit lectus,& gloſſatus per Doctores ſolemniſſimos tempore Imperatorũ, potiſſimè in ſtudio Bononienſi. Secundò,quia ſciente Principe, ſaltem veriſimiliter, ſunt inſertæ inter cõſtitutiones Imperiales. Tertiò fuit appro-

batus in ſpecie per Imperatores in legitimationibus, in quibus derogatur cap.naturales, ſi de feudo defuncti milit.in 10.collatione, Imperator enim cum
4 diſponit circa actum inualidũ, vel perſonã inhabilem, approbare videtur. l. quidam conſulebat.ff.de re iud.

Aliæ rationes vltra expreſſã, & tacitam approbationem sũt; & primò conſuetudo generalis eſt attendenda, quando alia nõ inuenitur, l.de quibus. ff. de legibus: cum ergo non inueniantur aliæ conſuetudines, iſtę ſunt attendendæ. Secundò hic liber eſt approbatus per ius canonicum, vt in cap.ex tranſmiſſa, & in cap.verùm, de foro cõpetenti, vbi, quòd ius feudale ſit attendendum. Tertiò communiter hic liber fuit habitus pro authentico; quia allegatur per gloſſatores vtriuſque iuris: ergo facit ius, l.Barbarius.ff.de officio Prætor. Quartò dicunt, lites feudorum ſunt decidendę: ſed in iure Romano nihil de feudis, in iure Longobardo parũ: ergo per vim, ſecundùm feudales conſuetudines. Quintò ex eo, quòd eſt lectus, & gloſſatus ſciente Principe veriſimiliter, à tempore, cuius non extat memoria hominum in contrarium: vltra quod oritur approbatio tacitè, oritur priuilegium legis, l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quotid.& æſtiu. cap. ſuper quibuſdam.§.prætęrea de verb.ſignif. Sextò, quia non eſt abſurdum alias Prouincias ligari ex conſuetudinibus localibus, cum ius Romanorũ ſumpſit originem in partem à iure nõ ſcripto, quo vna Ciuitas vtebatur.§.& nõ ineleganter, Inſt. de iure nat.gent.& ciu.Septimò lex eſt omne, quod ratione cõſiſtit.§.quod verò, inſtit. de iur. natur.gent.& ciuil.ſed naturalis ratio dictat id, quod in vſibus feudorum eſt diffinitum: ergo, &c. Octauò Iacob. de Bel. vbi ſupra, quem refert Io.Andreas, & ſequitur Zabarella in dicto cap.2.extra de feudis, circumſcripta expreſſa, & tacita approbatione, & circumſcriptis alijs rationibus, conſiderat feudales conſuetudines eſſe obſeruandas vbique ratione taciti pacti, & conuentionis: cum
5. enim feudum datur, videtur dari ſecundùm naturam feudi, contentam in hoc iure conſuetudinario, argum.l.cum quid. ff. ſi certum petatur; & totum ius feudorum, ad quod refertur inueſtitura feudi, cenſetur in ipſa inueſtitura ineſſe, leg. aſſe toto. ff. de hæredibus inſtit.

Hæc ſunt in effectu, quæ Doctores dicunt in hoc articulo, vltra

vltra Iſer. licèt ſint in dicendo prolixiores. Quid dicemus nos? Videamus primò quænam fuerit opinio Iſer. in hoc articulo, poſtquam in Regno tantam
6 auctoritatem habet. Et quidem ſi veritatem amamus, licèt Iſer. vt varius in hoc articulo allegetur; tamen verè voluit, quòd liber iſte, quatenus non continet leges Imperatorum, non ſit pro lege allegandus, nec ſit ſeruandus, niſi quatenus deciſa ſint rationabilia: & iſta fuit in effectu eius opinio, ipſe namq; atticulum iſtum magis latè tractauit in prçludijs primæ quçſt. vbi etiam ſe remittit ad dicta per eum in cap. 1. de feud. cognit. & ſimul iungēdo vtrobiq; dicta per ipſum, ſine dubio ſatis apertè conſtat ita voluiſſe firmare: recitat namque Iſern. in præludijs in effectu argumēta, & rationes Iacob. de Bel. & Ioan. Andreæ, quibus affirmabant hunc librum auctorizabilem, & pro lege ſeruandum, paucis tamen additis: & quia inter alias rationes erat, quòd lex eſt omne quod ratione conſiſtit, & quod ciuilis, & naturalis ratio dictat, quod in vſibus feudorum diffinitum eſt; ipſe ex hoc infert, ergo ratio, quæ conſuetudines ſuaſit, intuenda eſt; remittens ſe ad exempla de vſu rationabili, & irrationabili, tradita in cap. 1. de feudi cognitione: & verſus finē quæſtionis iterum inferendo concludit, dicens: Non ergo ſeruātur dicta Oberti de Orto quia ipſe dixit, ſed quia ſunt rationabilia. Et licèt, dum poſtea ſubdit hoc argumentum, ſcilicet, quòd ſit conſuetudo feudorum obſeruanda quia rationabilis, non multùm vrgere, quia ſi ſeruatur vt rationabilis, non ſeruatur ideo quia ſcriptum eſt in libro feudorum; videatur innuere, quòd ex alijs rationibus ſit concludendum cōſuetudines feudales eſſe obſeruandas; tamen ſtatim ſubnectit rationes, quibus concludit non eſſe obſeruandas: dicit namque quomodo vſus vnius Prouinciæ ligabit aliam? & ſi in expreſſo conſenſu, quod eſt in pacto, ſi eſt præſtitus in vno, non trahitur ad aliud, vel ad aliam rem; multò minùs in conſuetudine, quæ habet tacitum conſenſum; trahetur tamen in alijs negotijs, vel alijs rebus, vel perſonis, inter quas inducta eſt: & ſic terminat verba ſua Iſern. in hac quæſtione. Addamus modo id, quod dicit in cap. 1. de feud. cognit. dicit namque in principio, quòd hic liber feudorum dicitur vſus & conſuetudines feudorum, quia non poſſunt hæc pro legibus

gibus Imperatorum allegari; quia hic Obertus non fuit Imperator, ſed Iuriſperitus, qui compilauit conſuetudines, quæ in tantùm ſunt authorizabiles, & allegabiles, in quantum ſunt rationabiles, vt plenè dictum eſt in præambulis: & paulo poſt dat exempla de vſu rationabili, & irrationabili: Exemplum vſus irrationabilis eſt, ſecundùm eum, in cap.
7 1. qui teſtes ſunt neceſſarij ad probandam nouam inueſtituram; vbi, licèt dominus confiteatur feciſſe inueſtituram, non valet niſi probetur inueſtiuiſſe coram paribus: & quòd fœmina non admittitur ad teſtimonium ferendum in hoc: dicit namque hunc vſum irrationabilem, & proinde ſeruandum vbi eſt. Exemplum de vſu rationabili in cap. ſi facta, ſi de feudo defun. milit. vbi facta inueſtitura, dominus cogetur poſſeſſionem tradere præciſè, nec liberatur præſtando intereſſe: immò dicit hunc vſum rationabiliorem eſſe lege ſcripta; quaſi quòd de iure communi ſecus eſſet, quòd liberetur quis præſtando intereſſe; in quo ſi Iſern. decipitur, alibi videbimus. Videtis ergo quomodo Iſern. in præludijs, vbi virtualiter dicta in cap. 1. de feud. cognit. ſunt inſerta propter vim relationis, manifeſte diſputando firmauit concluſionem iſtam in articulo generali, quòd conſuetudines feudales non ſint obſeruandæ vt leges, niſi quatenus ſint rationabiles.

8 Vnde decipiuntur Iaſon in præludijs, & Curtius in prima quæſt. qui allegant Iſern. in præludijs tenentem eſſe librum feudorum pro lege obſeruandum: & hanc opinionẽ tenuiſſe Iſern. & ita voluiſſe in præludijs ſatis conſtat ex eo, quòd dixit in cap. ſi vaſſallus in cap. Titius, ſi de feud. defun. mil. in c. 1. nu. 5. de nat. ſucc. feud. in cap. 1. quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, in cap. 1. nu. 94. quæ ſint regalia in cap. 1. ex quibus cauſ. feud. amitt. in rub. hic finitur lex, in c. 1, de Capitaneo, qui curiam vendidit in c. 1. in verſ. his enim cogentibus, ſi de inueſtitura inter dominum, & vaſſallum quæſtio oriatur in cap. 1. verſ. vbi autem, num. 2. de alienatione feud. paterni, in cap. ſancimus num. 10. quo tempore miles in c. 1. in fine, an mutus, vel imperfectus, in c. 1. an agna. in cap. 1. num. 3. de controuer. inter vaſſall. & alium in cap. 1. nu. 3. quibus mod. feud. conſtit. poteſt in c. 1. de feu. non haben. propriam naturam feud. in fine in verſ. hoc capitulum in c. 1. §.

ſed

ſed nec alia iuſtior nu. 41. quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi,in c.1.nu.3. quibus mod. feud.conſt.poteſt,in cap.1.verſ. & cum datur, in fine, de conſuet. recti feudi,in quibus omnibus locis Iſer.vel generaliter, vel in caſibus particularibus tenet iſtam opinionem, & declarat ita voluiſſe in præambulis. Conſtat etiam ſemper fuiſſe hanc eius opinionem; quia ita voluit in c.in generali,ſi de feudo defun.mil.in c.1.§. item eadem lege,de notis feudorum,in c.ſi facta,n.2. ſi de feud. defun. mil.in c.domino,eod.tit.in c.1. §. his conſequenter nu. 20.hic finitur lex,in c.1.§. ſi quis miles nu.3.Imp.Lothar. in c.1.n.4.de feud. guardiæ,in conſtit. Regni quadriennalem in fin. & in cõſtit.vt de ſucceſſionibus,in verbo fratres. Immo in tantũ Iſer. voluit,quòd iſtæ conſuetudines non ſint ſeruandæ, niſi quatenus rationabiles, quòd dum illas interpretatur, nititur rationi conſonas eas reddere,vt ſeruari debeant: & ita facit in cap. 1. verſ.his cogentibus, ſi de inueſtitura inter dominum, & vaſſallum,& in c.1.in fin.an mutus vel imperfec.Conſueuerũt prętereа moderni ſuper Iſern. alle-
9 gare Iſer. tenentem eandẽ opinionem in c.1.de fil.nat.ex matrim.ad morganica cõtracto,in c.mulier,& in c.filius, ſi de feu. defun.mil.ſed verè Andreas ibi loquitur in caſu particulari in terminis conſuetudinis, quæ
10 enunciatur in dict.cap.1.de fil. nat.quæ localis erat,ſcilicet Mediolanenſis;& fuit recitata tantùm, & non approbata, ſecundùm Bald.& Aluarot. in cap.1. de feud. cogni. ſunt enim in libro feudorum conſuetudines quædam particulares recitatæ tantùm, & non approbatæ; inter quas eſt illa,de qua loquitur dictum capitulum,& aliæ ſimiles, ſecundùm eos ſimiliter ad idem allegatur Iſer.in cap. 1. §. ex eadẽ lege de leg. Corrad. & in c. Imperialem, in §. nec dominus num.43.de prohib.feud. alien.per Federicum, & pariter non loquitur in conſuetudine generali,ſed Mediolanenſi,quæ
11 nunc in lib.feud.recipitur, nũc reijcitur,vt videbitis in c. 1. de his qui feud.dar.poſſ.
12 Varietas, quæ conſideratur in Iſern. & quòd alibi voluerit, quòd liber feudorum ſit vbiq; obſeruandus, oritur principaliter ex eo,quòd ſcribit in cap.1. nu.13.qui ſucc.ten.lo primo,ex cuius verbis, ſi rectè attendantur, non inſurgit contrarietas: tractat namque Iſer. ſimpliciter de validitate inueſtituræ, quæ fit de feudo viuentis: & dicit, quòd valida eſt, quia fulci-

tur iure feudorum, quod teſtificatur ſic eſſe in vſu, non obſtante, quòd ſupra conſideraſſet, quòd eſſet prauus vſus, cum pariebat triſtiſſimos euentus: & proinde, quòd non debuiſſet obſeruari tanquam ratione carens; tamen Iſer. non aperit an loquatur vbique, vel vbi vigebat generaliter illa cõſuetudo; & eius quæſtio de validitate inueſtituræ poteſt ita concludere in loco vbi generaliter moribus ſic receptum erat, ſicut alibi: immo rationes, quas adducit, concludunt in loco, vbi ita erat in vſu; quod ſatis indicant illa verba: Cum iſti vſus ſint praui, deberent cenſeri corruptela, & non ſeruari, tanquam ratione carentes: non enim loquitur per verba affirmatiua, ſed per verba perſuaſiua, non deberent ſeruari; quæ verba iam bene conueniunt, etiam dum tractatur an conſuetudo praua ſit obſeruanda in loco, vbi viget.

Ponderatur etiam Iſer. quòd voluerit eandem opinionem affirmare in c. 1. de feud. guar. ibi, ſed nõ eſt hic lis, prima col. ſed certè ibi multò minùs indicat fuiſſe huius opinionis: laborat namque Iſer. in ponendo exemplum in illo cap. vbi quòd feudũ guar. reuocatur poſt annum, & pretio dato non reſtituto, & inter alia exempla conſiderat, quòd forte erat officiũ, ſeu miniſterium, quòd durabat per annum, infra quem illa lex ſtatuit, quòd habeat feudum pro ſuo labore donec gerit officium, & facit ſeruitium illud: contra quod exemplum opponit quomodo poſt annum non poteſt habere, non videtur ratio pro ſuſtinẽdo exemplo; ſubdit: Nisi dicatur, ꝙ hæc pactio erat inhoneſta, vt cuſtodias caſtrum; vt habeas illud in feudũ; quaſi ſit nedum de quota parte litis, ſed de toto eo, quod guardandum committitur, hoc eſt contra bonos mores, l. ſalarium. ff. mand. Subnectit demum in exemplo ibi non eſſe litem, vt habeant locum illa iura, quæ talem improbant pactionem; ac poſtea alias rationes allegat, ex quibus etiam ſecundùm terminos iuris communis tollit oppoſitiones, & tranſit ad alia exempla; in quibus firmabat pedes. Videtis quomodo iſti intendunt Iſern. ponderare per partes, arguendo à contrario ſẽſu ex verbis ipſius, & inepte ſatis: dicit Andreas, quòd in illo c. non erat lis an iura Romana, quæ improbant pactionem de quota litis, habeant locum: ergo iura Romana non ſunt obſeruanda in feudis, ſed ius feu-
13 dorum; non aduertentes, quòd

Iſer.

Google

Iſer.hoc dicit in poſitione exẽpli ſuper illo cap. in quo non reſidet, & quòd poſtea etiã ſecundùm ius Romanum fundat deciſionem illius capituli; & quod poteſt Iſer.intelligi in loco, vbi ius feudorum obſeruatur; ita quod non concluditur, quod generaliter ſit vbique obſeruandum; Sed cur ita mendicare debemus voluntatem Iſer. si ſumus pluſquam omnino certi ſuæ opinionis tot vicibus declaratæ non obſcurè, non obiter, ſed diſputando articulum, ac demum in loco, vbi in ſpecie tractabatur de iure, quod erat obſeruandum in decidendis quęſtionibus feudalibus, ſci-
14 licet in cap. 1. de cogni.feud. & ſaltem ita eſt intelligẽdus Iſer. ad euitandam varietatem: vnde meo iudicio decipitur Camer.in repet. cap. imperialem, fol.81.lit. C. & fo.82. lit.B.de prohib.feud.alien. per Fed. qui tenuit, quòd ius feudorum debeat ſeruari, etiam quod non ſit rationabile, & dicit quod Iſer.ita tenuit,& rectiùs in locis proximè allegatis, licet alibi aliter dixerit.

Sed ſi varietatem Iſer. ponderare volumus, aliunde poteſt conſiderari; nam in articulo generali nunc excipit leges Imperatorum in hoc lib. inſertas, vt in d.cap.ſi vaſſallus,in d.cap. Imperialem nu.13.in c.1.nu.8. de cap.Conrad. in c.1.§. ſi quis miles nu. 3. Imperator Lotharius,in cap.1.hic finitur lex, in c.1. conſtitutiones Lotharij, & in conſtit. Regni quadriennalẽ, modo nec leges Imperatorum excipit, vt in cap.1. quòt teſtes sint neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem,vbi dicit, quod etsi probaretur illam legem editam ab Henrico Imperatore, non haberet locum,nisi ibi conſuetudines feudales ſeruentur. Sed hæc varietas ſaluari poteſt, quia pro concordia dicendum eſt, quòd dum excipit leges Imperatorum, loquatur extra Regnum; dum non excipit,loquatur in Regno.

15 Quid dicendum? duæ potiſſimum rationes me compellũt ad tenendum opinionem,quòd liber hic feudorum sit vt lex obſeruandus. Prima eſt expreſſa approbatio iſtius libri per Imperatorem Federicum Secundum,quæ approbatio non poteſt dici ſatis nõ conſtare,vt ſola ſua auctoritate contentus
16 dicit Auctor Gloſ. . . in rub. nu.45.Conſtat namque ſatis,atque ſatis:& vltra dicta aliorum, aduertatis, quòd Odoffred.fuit tempore dicti Imperatoris, & in Ciuitate Bononiæ,vbi de ordine Federici præſupponitur ẽt fuiſſe factam hanc approbationem

nem, præceptor nàmque Odoffredi fuit Iacob. Balduin. qui floruit in anno 1240. teſtatur namque Odoffredus in Authē. habita. C. ne filius pro patre, tēpore Azonis vidiſſe in Ciuitate Bononiæ decem millia ſcholarium, & ipſe Odoffred. floruit in anno 1260. vt teſtatur additio ſuper Odoffred. in principio trium librorum Cod. compoſuit comentum ſuper ff. & C. in anno 1252. vt teſtatur Cotta in memorabilibus, in tract. de iuriſperitis; Imperatorē Federicum Secundum fuiſſe coronatum in anno 1220. in feſto S. Martini in Ciuitate Bononiæ teſtatur Decius in Auth. caſſa, & irrita. C. de ſac. ſan. eccleſ. & tam coronationem dicto tempore, quàm mortem in anno 1259. in circa omnes Chroniſtæ teſtātur. Vnde cōſtat Odoffredum fuiſſe teſtem de viſu: & de hac approbatione fidē facit Chroniſta noſter Collenutius in compendio hiſtoriarum Regni Neapolitani lib. 4. dum loquitur de Federico Secūdo Imperatore, qui fuit etiā Rex huius Regni: & ſatis eſt veriſimilis hæc approbatio, quia videmus,
17 quòd poſt librum feudorum ſequitur conſtitutio de ſtatutis, & conſuetudinibus contra libertatē Eccleſiæ inductis, quæ fuit ædita à dicto Imperatore Federico Secundo, licèt Andreas illam aſcribat Federico Primo, qui mortuus fuit in Armenia, ſecundùm eum in rubr. dictæ conſtitutionis; quod eſt falſum, ſecundùm omnes, & ita dicit Decius in Authen. caſſa, & irrita, C. de ſac. ſan. eccleſ. quæ Authen. eſt ſumpta à dicta conſtit. de ſtatu, & conſuetudine contra libertatem Eccleſiæ, vt aduertit Gloſ. . . . in rub. nu. 43. Aluar. in cap. 1. 1. col. de pac. ten. & in d. rub. de ſtatu, & conſuetud. & teſtatur Collenutius vbi ſupra.

Secundum argumentum, quod ſatis vrget, ita formatur.
18 Contrahentes, licèt non ligentur conſuetudine municipali alicuius Ciuitatis, aut Prouinciæ; poſſunt tamen ex pacto illi conſuetudini ſe ſubmittere; Ant. de Butr. in cap. 1. nu. 3. de ſponſal. notat hoc ex illo tex. vbi fit mentio, quòd quidam Gallus contraxerat matrimoniū ſub lege Saxonum, Signor. de Amod. in conſt. 69. in fine, qui dicit, quòd conſuetudo illa ineſt, Dec. in conſ. 402. num. 2.
19 qui loquitur in eo, qui non eſt in Regno, & contraxerat matrimonium ſecundùm morem magnatum Regni. Ponamus modo conſuetudines iſtas feudales non approbatas non generales, ſed locales prouinciæ

Lom-

Lombardiæ, vnde contractus iſte feudalis ſumpſit originem, vt tenentes contrariam opinionem aſſeuerant, illi qui extra illam Prouinciam contractum hunc fecerunt in propria Prouincia incognitum, in his, in quibus ex pacto aliter non cōuenerunt, ſubmiſerunt ſe conſuetudinibus illis localibus, quę ſimul cum contractu feudi introductæ erant, & inoleuerant. Erant namque conſuetudines iſtæ, licet in illa Prouincia, localiter introductæ, proindè obſeruandæ vt pars illius contractus, argumento l. cum quæritur.ff.de admin.tut.vndè ex pacto eſſent conſuetudines iſtæ in omni Prouincia obſeruandæ; in his tamen, in quibus pacto iuxta contractum feudi aut lex, aut conſuetudo illius Prouincię non derogauit: ſicuti ſi hodie Gallus quidam, aut Hiſpanus in

20 contractu matrimonij antefatum promitteret, vt hic Neapoli vtimur; nonne etiam conſuetudo, quæ in hac patria obſeruatur, vt redeat ad liberos vt patris hæredes, obſeruanda eſt, & alia, quæ de antefato dicuntur?

21 Vnde videmus, quòd conſuetudines feudales ſunt etiam ſeruandæ in feudis Eccleſiaſticis, & inter perſonas Eccleſiaſticas, vbi aliter lex Canonica non ordinauit: quia illæ conſuetudines ſunt natura feudi, cū origini feudi ſint annexæ; & Eccleſia accipiens feudum, aſtringit ſe ad ſeruandum iura, quæ de feudis diſponunt. Probat tex. in cap. cæterum, de iudicijs, vbi Bal. in principio hoc dicit, tenet Aluarot. hic, Ancharan. in conſ. 174. incipiente, Dominus Lazarus, Felin. in cap. 2. colum. antepenult. de reſcript. Clau. Seyſel. in ſpeculo feud. 1. part. de feud. cogni. in fin. latè Iaſ. in præludio feud. colum. 2. in fine.

22 Deſcendo nunc ad quæſtionem in Regno; & in hoc, ſi tenemus opinionem affirmatiuā, quòd liber feudorum debeat pro lege vbique ſeruari, vt ſupra firmauimus, & ex dicendis etiam in hac quæſtione apertiùs demonſtrabimus; vnica tā-

23 tùm remanet difficultas, quia Regnum hoc exemptum eſt ab Imperio; vnde Rex huius Regni Monarca appellatur; concludit gloſ. in procemio conſtit. Regni, Iſern. in cap. 1. verſ. valuaſores nu. 11. de his qui feud. dar. poſſ. gloſ. autem in conſuetudine Regni, vt de ſucceſſ. in verbo iniuriam nullus, verſ. ex aduerſo, concludit, quòd liber de vſib. feud. obtinet in Regno Siciliæ: nam omnia, quæ per Regni conſtitutiones circa feuda,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

da,& vaſſallos dicuntur, vt de alienatione feudi, de aſſecurationibus, de fellonia, & alijs multis, ab vſibus feud. proceſſerunt, licèt ſuper his conſtitutiones Regni in multis articulis addant, & mutent. Conſiderat etiam, quòd conſuetudo ante conſtitutionem Regni in aliquibus, quòd fœminæ non ſuccedant, erat de vſib. feud.in cap.1.de ſucc.feud.& per l. in aliquibus, tollitur, & ſic conſuetudo, quòd feuda nullo tẽpore præſcriberentur, erat ſimiliter de vſib.feud.§. 1. de capit. Corrad. §. 1. de prohib. feud. alien.per Feder.tollitur per cõſtit.Regni conſuetudinem. Vnde dicit ipſe, quòd conſtitutio Regni non corrigeret illas conſuetudines feudales ſi non ſeruarentur in Regno: & propterea vbicunque aliquid conſtitutio Regni non immutat; ſeruari debet illud ius antiquum de vſibus feudorum, vtpote ius commune; quia illud Romani ſanxere Principes, quorum eſt proprium communem ſtatuere legem: quod notate ad primam quæſtionem, quia etiam hic affirmat ius feud. ab Imperatore confirmatum, contra auctoritatem Iſern.qui in 1.quæſt. excepit leges Imperatorum; in hac concludit, quòd tam vſus feudorum, quàm leges Imperatorum inſertæ in libro feudorum, non ligant in hoc Regno, niſi quatenus ſunt rationabiles; ea ratione attenta, quia Regnũ Siciliæ exemptum eſt ab Imperio, & quia eſt peculiare patrimonium Eccleſiæ Romanæ: ita voluit in præludijs feudorũ quæſt.3.in c.Imperialem. §.firmiter.nu.30.& nu.34.vbi dicit, quòd in tantum non habet lo-
24 cum, quòd ius Regni nec diſtinguitur per illa iura, & in §. nec dominus,nu.44. de prohib. feud. alien. per Feder.in cap. 1. quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem,& in conſtit. Regni vt in ſucceſſionibus,in verbo fratres.

Hic articulus non eſt a Doctoribus Regni diſcuſſus, vt videtis: ex vna parte concurrit auctoritas gloſ. ex alia auctori-
25 tas Iſer.vtraque quidem maxima eſt; ſed auctoritatibus, & ratione ſequor opinionem gloſ. cõtra Iſer.Ita igitur tenuit Bartholomęus de Capua in cõſtit. Regni foriudicatorum bona, dicens,quòd quicquid nõ mutatur de iure conſtitutionum Regni in conſuetudinibus feudalibus, remanet incorrectum. Item in conſtit. ſi quando, verſ.in alijs autem, idem tenet Afflict.ibi num.6.verſus finem, ita etiam ante iſtos tenuit Roffred.Beneuentanus in quæſtione

ne Sabbatina 53. in fine, qui tractans quæſtionem ſi vaſſallus habet duo caſtra ſub vno feudo, alienando vnum caſtrũ, an debeat priuari toto feudo;& dicit,quòd licèt de rigore iuris, quia quid indiuiduum, & ex alijs ita eſſet dicendum; tamen contrarium concludit, cum ita caueatur in vſibus feudorum, & vſus feudorum ſeruentur in Regno Apuleę.Et notate,quòd hic Roffred. fuit tẽpore Federici Secundi Imperatoris, qui præſupponitur approbaſſe librũ feudorũ,immo fuit eius Conſiliarius, vt ipſe [Roffred.dicit in opere ſuo de libellis,par. 5. ſub rubr. ſacramentum cuiuslibet vaſſalli,] quãdo dicit vidiſſe iurare Comites,& Barones,quando venit cum Imperatore Federico domino ſuo ad coronationem. Ex quo etiã ſatis optimè confirmatur concluſio ſupra in 1.quæſt.firmata,quòd Federicus Secundus librum feudorum approbauerit: & ſatis hanc opinionem probat cap. Regni apud Fogiam,vbi prouidetur de inueſtitura petenda infra annum, & diem, & iuramento ligio præſtando: & in principio dicitur, quòd in hoc fuerunt conſideratæ permixtim Conſtitutiones Regni, & Imperij.

Vlterius quòd ſit liber feudorum pro lege ſeruandus in Regno,quatenus conſtitutionibus ipſius Regni,aut conſuetudinibus approbatis nõn contradicit, ſatis bene probatur in conſtitutione Regni, vt vniuerſis: conſtat namque ibi, quòd ille idem Imperator Federicus Secundus, qui librum feudorũ approbauit;vt vidiſtis,& voluit, vt eſſet inſertus inter ius commune Romanorum, cum vel-
26 let dare formã in Regno, quomodo eſſent cauſæ decidendæ: voluit poſt Regni conſtitutiones; aut conſuetudines approbatas, ius etiam Romanorum obſeruari, quod etiam voluit in conſtitutione Cum circa, vt ſic habeamus in Regno legem mandantem librum feudorum pro lege obſeruandum: & ita
27 non obſcurè voluit Iſern. ſibi contrarius, in conſtitutione cõſtitutionem diuæ memoriæ, in verbo tranſactionis, vbi dicit, ꝙ in illa conſtitutione, vbi prohibetur tranſactio ſuper feudo,corrigitur expreſſim [tex. in cap.ſi vaſſallus, ſi de feudo defun.milit.] non enim eſſet tractandum de correctione legis, quæ non eſt obſeruanda in Regno: & ita etiam ſentit paulo poſt in fine dictæ conſtitutionis,dum quærit an illa conſtitutio corrigat illud, quod dicitur [in §.ſed & res,per quos fiat inue-

inueſtitura,] quòd eſt permiſſa refutatio feudi inter agnatos;in quo articulo tenet, quòd non: tum quia rationabile eſt, tum etiam quia quod non corrigitur expreſſim, remanet incorrectum. Sic etiam voluiſſe videtur in [cap.1.poſt num.8.in prima addit.in prin. de natura ſucceſſ.feud.] vbi tractans articulum,ſi in Regno debet frater eſſe coniunctus ex illo latere, vnde prouenit feudum, prout eſt de iure communi feudi, [vt in c.1.de gradib. ſucceſ. in feudo;] vel ſufficiat, quòd ſit coniunctus ex vno latere tantùm, ponderat ius feudorum,quærẽs ſupplere ius Regni per ius feudorum, quod ſatis eſſet extra propoſitum, ſi ius feudorum non eſſet in Regno ſeruandum: & paulò poſt ibidem num. 9. apertiùs hoc tenet; quia dicit, quòd tex.ille, qui excludit fœminas à feudi ſucceſſione, eſt correctus per conſtitutionem Regni in aliquibus.

Et demũ ſi omnis ratio ceſſaret in Regno, ſatis militat illa,quòd tam dans feudum, quã accipiens videntur ſe ſubmittere legibus de feudis loquentibus in defectum legis, aut conſuetudrnis Regni,vt ſupra fundaui in articulo præcedenti, an ligent extra Regnum.

Omitto tractare latius feudorum originem, in quo multum & ſatis bene laborauit Marinus Freccia in præludijs ſui operis, varias recitans opiniones an à Romanis legibus,an tempore Iuſtiniani Imperatoris, an tempore Longobardorum Imperatorum intro-
28 ducta,vel aliter, prout quiſque magis curioſus antiquitatis fuit: ſat eſt communem opinionem eſſe,quòd feuda fuerint Romanis Iuriſconſultis, & antiquis Romanorũ Imperatoribus incognita,oſtendunt [Iacob. de Ardizo.in principio 2.rub. Iſer. in præludijs 4. quæſt. Aluarott. in cap.1.col.3. de controuerſia inueſtit. inter domin. & vaſſall. & in præludijs quæſt.7.]

29 Quæro tamen pro intelligẽtia totius libri feudorum, qui fuerint Auctores eorum,quę in hoc libro continentur: In quo diuerſæ ſunt opiniones [Iſer.in præludijs 1.quęſt.n.23.]tenet, quòd Obert. fuerit compilator iſtius libri feudorum, ſequitur [Aluarot.in pręludijs,2.colum. Claudius Seyſel.in ſpeculo feudorum in princ.Caccialup. de feudi cognit. nu. 2. & 3.qui dicit, quòd eſt communis opinio Iaſ. autem in præludijs feudorum in principio tenet, quòd conſuetudines iſtæ fuerint ſcriptæ per Obertum de Orto, & Gerardum Capagiſtum, & Cur-

Digitized by Google

Curtius ſequitur in tractatu feudorum,prima part. 1.quæſt.principali in prin.] Alij dicunt, quòd primus liber iſtarum conſuetudinum ſit Gerardi; ſecundus, & tertius ſit Oberti; & volunt,quòd tertius liber duret vſque ad titulum, ſi de feudo vaſſallus ab aliquo interpellatus fuerit, vbi dicunt incipere quartum librum: & quòd primus liber ſit Gerardi, ponderāt [tex.in cap.1. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ,]vbi improbatur feudum datum ſub lege commiſſoria,ſituatum in primo libro:quæ ſententia Gerardo attribuitur [in cap.1. §. ſimiliter, de capi. qui cur.vendi.] quia ſecundùm Obertum, vt ibi dicitur, non improbatur pactum.

Vos autem pro neceſſaria intelligentia hoc tantùm aduertatis, quòd in hoc libro feudorum in illo titulo ſi de feudo vaſſallus interpellatus fuerit,recitatur ſententia Gerardi, & Oberti; idem in pluribus titulis ſequentibus, videlicet[in titulo hic finitur lex, in titulo de feudo fœminæ, in titulo qui teſtes ſint neceſſarij ad probandam nouam inueſtiturā, in titulo de l.Conradi. §.ex eadē. §.ſimiliter, in titulo de controuerſia inter dominum,& emptorem,in titulo de Capitaneo, qui cur.vend.per totum]& ex lectura eorum, quæ in illis continentur, ſatis conſtat, quòd non eſt ſcriptura nec Oberti, nec Gerardi, cum ibi referantur opiniones, & ſententiæ vtriuſque, ſeu alterius ipſorum,& nunc recitantur tanquam opiniones diuerſæ, nunc tanquam concordes in eadem ſententia: vnde ſine dubio illa eſt ſcriptura aliorum Iuriſperitorum, qui tunc cauſas feudales tractabant. Et pro opinione, quòd opus feudale Oberti incipiat in ſecundo libro, conſtat ex epiſtola dedicatoria,quæ ponitur in principio illius libri. Alia non ſatis conſtant, & non multū vtilitatis afferunt: ſat eſt notare, quòd tituli particulares,quos ſupra numeraui,nō ſunt nec Oberti,nec Gerardi,quod ſatis proderit pro intelligentia,vt inter legēdum videbitis.

Succeſſiuè pro intelligentia iſtius tex.& plurium iurium feudalium, præmitto, quòd in hoc
30 libro feudorum plura ſunt nomina feudatariorū,primò namq; habemus Duces, Marchiones,& Comites: & ſunt qui ab Imperatore ſunt inueſtiti de Ducatu, Marchia,aut Comitatu, c.1.quis dicatur Dux: iſti quandoque vocantur Capitanei Regij, vel Regni,[vt in cap.1. de his qui feud. dar. poſſ.] quandoq; ſimpliciter Capitanei, [vt in cap.1. an marit.ſucced.vxor.in beneficio, in cap.1.de l.Conrad.in cap.1.apud quem,vel quos in cap.1. conſtit. Lothar.]quandoq; Poteſtates ap-

pellantur vt [in cap. 1. quis dicatur Dux] aliquando Proceres vocantur, vt [in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar.] aliquãdo Principes Italiæ, vt [in c. Imperialē, de prohib. feud. alien. per Feder.] quandoque verò Seniores vocãtur, vt [in cap. 1. & 2. quibus modis feudum amitt. in cap. 1. apud quem, vel quos, in cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar.] & ſic Obertus, vel vterque, ſcilicet Obertus, & Gerardus promiſcuè vtitur iſtis nominibus in hoc lib. feudorum.

31 Habemus ſecundò Valuaſores maiores; & ſunt qui à Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, vel etiam ab Imperatore inueſtiti ſunt de aliqua plebe, aut plebis parte, vt in d. cap. 1. quis dicatur Dux: iſti vocantur Maiores Valuaſores, vt ibi in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. in cap. 1. de nat. feud. in c. 1. de feudo Marchiæ, in d. cap. 1. conſt. Lothar.] quandoq; Valuaſores Regis, vel Regni, vt [in cap. 1. in princ. & in §. notandum, de his qui feud. dar. poſſ.] quandoq; Valuaſores ſimpliciter dicuntur, vt [in cap. 1. de l. Conradi] & quandoq; Capitanei minores vocantur, vt [in d. c. 1. quibus mod. feud. amit.] quandoque etiam ſimpliciter Capitanei, vt [in d. c. 1. de his qui feud. dar. poſſ. in d. cap. 1. de nat. feud. & in d. cap. 1. de feudo Marchiæ, in cap. 1. an marit. ſucc. vxo. in cap. 1. de feud. dat. mini. val. & in cap. 1. apud quem, vel quos] quãdoq; Valuaſores ſimpliciter appellantur, vt [in c. 1. de pace tenen. & in cap. 1. quis dicatur dux] quandoque etiam minimi Valuaſores vocantur, vt [in cap. 1. de nat. feud.] vbi pro eodem ponũtur minores, & minimi Valuaſores.

33 Habemus etiam per accidens minimos Valuaſores: dico per accidens, quia iſti vel ſunt ſecũdùm Mediolanenſem conſuetudinem, vel in caſu particulari, vt videbitis in oppoſitionibus; iſti quandoque vocantur minimi Valuaſores, vt [in cap. 1. de feud. dat. mini. valua. & in cap. 1. an marit. ſuccedat vxor. in benefic.] quandoq; dicuntur minores valuaſores, quandoque valuaſini, vt [in cap. primo, quis dicatur Dux] & ſic nomen hoc Capitaneus promiſcuè datur Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, & valuaſoribus maioribus; Item

34 nomen hoc valuaſor promiſcuè etiam datur valuaſori maiori, & minori; & ſic etiam nomen hoc

35 Minores valuaſores quandoque datur valuaſoribus minimis, & minimi accipiuntur pro minoribus valuaſoribus: quæ omnia notate, nè decipiamini; cùm inuenitis hæc nomina promiſcua in vſibus feudorum, aduertatis ad ſubiectam materiam, & verba præcedentia, & ſequentia.

In

In Regno tamẽ habemus alia nomina Feudatariorũ, & primo Principes, qui inueſtiti sũt à Rege de vna, aut pluribus Ciuitatibus, ſiue Terris in titulum Prin-
36 cipatus: hæc dignitas de iure communi feudorum nõ eſt cognita in perſonam feudatariorũ, ſed Princeps pro Imperatore accipitur [vt in c. 1. de nat. feud.] licèt omnes iſti, ſcilicet Marchiones, Duces, & Comites Principes Italiæ quandoque vocentur. Habemus Duces, Marchiones, & Comites, & ſunt qui de Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu à Rege ſunt inueſtiti; ſicut etiam dicitur de iure communi
37 feudorũ; & longè in Regno differunt iſti à Ducibus, Comitibus, & Marchionibus, de quibus hæc prima rubrica loquitur: lex enim Regni, & conſuetudo præſcripta limitauit poteſtatem ipſorum, & in dies, nouis cauſis vrgentibus,
38 limitat. Habemus Barones, & Baro dicitur ille, à quo tenetur feudum quaternatum, vel caſtrum, ſecundùm [Iſer. in conſtit. poſt mortem, & in cap. 1. de Capitaneo, qui cur. vẽd.] Habemus feudatarios ſimplices, tenentes feuda quaternata immediatè, & in capite à Rege; item feudatarios Principum, Ducũ, Marchionũ, Comitum, & Baronum; alios tenentes ab eis feuda quaternata ſecundùm quid; alios verò feuda plana, & de tabula, quos vulgo ſubfeudatarios Baronum vocamus: quæ autem ſint feuda quaternata ſimpliciter, vel ſecũdùm quid; & quæ feuda plana, & de tabula, infra cum Iſern. latiùs videbimus.

39 Quæro vlterius pro intelligentia iſtius rubricæ, an hæc prima rubrica, dũ enumerat perſonas, quæ feudum dare poſſunt, loquatur de infeudatione burgenſaticorum, vel de infeudatione feudi. Hæc quæſtio non tangitur in ſpecie per Doct. hic, & magnam in ſe vtilitatem continet, vt videbitis: Primò quòd loquatur de infeudatione burgenſaticorum, pondero text. in principio, dum dicit feudum autem dare poſſunt, &c. in hoc enim libro feudorum nunc inuenitur hoc ver-
40 bum dare feudum, nunc inuenitur dare in feudum, vel dare per feudum, ſeu per beneficium: & vbi in hoc libro tex. vtitur hoc verbo in feudum dare, loqui videtur de infeudatione feudi, non autem de infeudatione
41 burgenſaticorum: Exemplum eſt enim in [cap. 1. §. ſimiliter, de leg. Conradi] vbi loquitur de infeudatione feudi; & vtitur hoc verbo in feudum dare; ibi ſimiliter nec vaſſallus feudum ſine voluntate domini alienabit; in feudum tamen recte dabit, idẽ in §. profectò, eodem titulo, ibi, profecto ille, qui ſuum beneficium alij dat in feudum, &c.

C 2 Idem

Idem in [cap. 1. §. ſed res , per quos fiat inueſtit.] vbi loquitur de iufeudatione feudi , & vtitur verbo per beneficium dare , & per feudum dare. Idem [in cap. 1.§.beneficium,ſi de feud.defun. milit.] ibi, beneficium à vaſſallo in feudum rectè dari poteſt : &

42 ſic etiam vbi textus vtitur hoc verbo , dare feudum, videtur loqui de infeudatione burgenſaticorum: exemplum [in cap.1.de feudo non habente propriã feudi naturam,]quod videtur loqui de infeudatione rei burgenſaticæ , quia aliter nõ videtur; quòd poſſit infeudare , vt ipſe , & ſui hæredes , & cui dederit , habeant , cum non ſub alia lege, quàm ipſe habeat , permittatur feudi infeudatio , vt in dicto §.profectò ; & tamen vtitur hoc verbo dare feudum ; vt ſic ex hac differentia in modo pronunciandi colligatur differentia in effectu, [argumento l. ſi idem, Cod. de codicill.]

43 Secundo , quòd loquatur de infeudatione burgenſaticorum , probat [text.in §.notandum,inſr. eadem rubrica] duobus modis, conſiderando primò dum textus facit differentiam inter perſonas infeudantes,loquitur tamen de infeudatione rei eiuſdem qualitatis , & dicit , quòd feudum , quod datur à minoribus Valuaſoribus , non iudicatur iure feudi regulariter , ſed tranſit iure feudi in caſu particulari,quando inueſtiti cum eis Romam cum exercitu perrexerint, ſi trãſit iure feudi : ergo non loquitur de infeudatione feudi , ſed de infeudatione rei burgenſaticæ.

Item & ſecundò textus in fine dicit , quòd ſi inueſtiti à minoribus Valuaſoribus pecuniam dederint per infeudationem , non poteſt res infeudata auferri pretio non reſtituto ; & ſic neuter punitur . Sed quando feudum infeudatur mediante pecunia , punitur vterque contrahens[cap. imperialem,§.callidis,de prohib. feud. alien. per Federicum : ergo non loquitur de infeudatione feudi .

Tertiò principaliter induco [tex. in cap.1.de feud. non hab. propr.feudi nat.] alio modo:Iura ſequentia poſt hanc 1.rubricam, quæ loquuntur de infeudatione, præſupponunt terminos habiles, ſcilicet,quòd ſit facta infeudatio ab illo,qui poteſt infeudare,poſtquam hic perſonę enumerantur, omnis em̃ lex recipit reſtrictio-
44 nem,& limitationem de habilitate. [l.1.vbi gloſ.in verbo vnuſquiſq;.C.de ſac.ſan.eccl.]ſed tex. in d.c.1.de feud.non hab. propr. feud.nat.loqui videtur de infeudatione rei burgẽſaticæ , vt ſupra fundaui : ergo hæc prima rub.relata ad illũ tex. loquitur de eod. Inſunt enim perſonæ hic enumeratæ in illo tex. ſub verbo ſi

quis

Digitized by Google

quis etiam. Ita eſt de mente Iſer. ibi dũ exponit verba illius tex.ſi quis dederit, ſcilicet, qui poteſt dare;& qui ſint iſti,dictum eſt in 1.rubrica.

45 Quarto ad idem pondero tex. in cap.1. de capit. qui cur.vend. qui loquitur de Capitaneo, qui poteſt dare feudum,vt in hac rubrica enumeratur; & tamen loquitur quando eſt infeudata res burgenſatica, cum tex.ibi ſecundum Iſerniam ibi prima colum. dubitet an ſi Capitaneus dederit feudum in Curia, & poſtea Curiam vendiderit; an cenſeatur vendita proprietas rei, quam retinuerat infeudando; quod non videtur fieri poſſe, niſi quando res burgẽſatica infeudatur, cum, ſi feudum infeudatur, non poteſt infeudans retinere proprietatem,quam non habet; cùm tā-

46 tùm ſit vtilis dominus.[§.rei autẽ,de inueſtit. de re alien. facta;] Ita vt tex.ille relatus ad hanc rubricam,probet, quòd hæc prima rubrica loquatur de infeudatione burgenſaticorum, & ita quòd hæc prima rubrica loquatur de infeudatione burgenſaticorum, tenet [Iſern. in cap. 1. §. ſi verò contigerit,num.50. de pac. iura. firm.] dum dicit,quòd Marchio, Capitaneus, & alij, qui dicuntur in prima rub.poſſunt infeudare burgenſatica de hoc iure feudorum; ita etiam tenuit hic num.2. dum dicit, ꝙ licèt Eccleſia non poſſit alienare ea, quæ habuit à domo Imperiali; tamen poterit infeudare, quia in infeudatione retinetur directum dominium, quod non cadit, niſi quando infeudatur res burgenſatica; ſic etiam [in cap. 1. de cleri. qui inueſtit.facit,] dum dicit,quòd nõ videtur, quòd clericus poſſit facere feudum de bonis ſuis burgenſaticis, quia non eſt Comes, Marchio,Capitaneus,maior Valuaſor;Iterum ita tenet [in cap.1. num. 11. de controu.feud. apud

47 par.ter.] dum dicit, quòd Baro poteſt bona burgenſatica in feudum dare de iure communi feudorum,& ita intelligatur prima rubr. quòd Comes, & Marchio dant feudum.

Còntra verò quòd hæc rubrica loquatur de infeudatione feudi, ponderatur primò tex. hic in verbo Marchio, vbi loquitur de infeudatione, quæ fit per Marchionem, vel Comitem; & Marchio vel Comes dicitur ille, qui eſt inueſtitus de Marchia, aut Comitatu, c. 1. quis dicatur Dux;ſi iſti infeudant, dicitur ſecunda infeudatio rei eiuſdem feudi: & reſtringere textum, vt loquatur quando Marchio, aut Comes facit inueſtituram de re allodiali, non autem rei de feudo Marchiæ,aut Comitatus,eſſet ſatis magna reſtrictio. Vlteriùs text. loquitur de infeudatione, quæ fit per iſtos infeudatos a

Marchione, vel Comite; & ſic tanto magis arguit, quòd loquatur de infeudatione feudi: & hoc ſatis apertè probat [tex.in d. cap. 1. quis dicatur Dux,] qui ponit diuerſa nomina vaſſallorum, de quibus in hac prima rubr. mentionem facit tex. ſcilicet quis dicatur Marchio, quis Comes, quis maior Valuaſor, quis minor, quis minimus; & clarè loquitur de infeudatione feudi, ibi, Qui autẽ à Valuaſoribus feudum, quod à Capitaneis habebatur, ſimiliter acceperunt, Valuaſini appellantur: & ibi; Valuaſore autem ſine filio mortuo, feudum, quod Valuaſori minori dederat, ad Capitaneum reuertebatur, vt ſic ille tex. ad hanc rubricã relatus, clarè probet, quòd loquatur de infeudatione feudi: & ita quòd loquatur de infeudatione feudi tenet Iſern. hic num. 6. dum vult repetere in infeudatione, quæ fit per Comites, & Marchiones, verbum in tex. poſitum, ſi ſint conſueti dare in feudum, dicit, quòd non eſt facienda repetitio, quia de iure illo feudorum in feudum habens poteſt alij infeudare, licèt alienare non poſſit; dummodo ſincerè, & bona fide; ſequitur [Aluarot. hic 2. col. & 1. col. poſt medium, idem Iſern. in cap. 1. in fine, qui ſucc. tene.] qui tex. continuatur cum hac prima rubrica: ponit namque hic text. infeudationem, quæ fit à perſonis Eccleſiaſticis, & illam, quæ fit à laicis, vt videtis; & ille tex. ponit differentiam inter vtramque inueſtituram; & tamen Iſer. dicit, quòd ille tex. loquitur in feudo hære-
48 ditario; ita etiam tenet [Iſer. in cap. 1. in fine, de cler. qui inueſt. facit, vbi tex. in effectu diſtinguit textum iſtum, dum loquitur de infeudatione, quæ fit per clericũ, & perſonas Eccleſiaſticas; & dicit, quòd ſi fiat de rebus Eccleſiæ, vno modo iudicatur; ſi fiat de rebus proprijs, alio modo iudicatur; & Iſern. ibi per viam oppoſitionis differit quomodo clericus, qui non poteſt habere feudum, dat in feudum: & dicit, quòd fortè fuit acquiſitum eo pacto, vt in feudo ſuccederet; vel dominus ei fecit gratiam de feudo, vel de nouo à Principe ei fuit feudum conceſſum, & ita etiam tenet Iaſ. hic col. 10. quia colligit notabile, quòd licèt ſit regula, quòd vaſſallus non poſſit de feudo ſuo partem aliquam alienare; tamen poteſt alteri infeudare ſine conſenſu domini. Et ita expreſſim, quòd loquatur de infeudatione feudi, voluit Eguinarius Baro hic, dum dicit Hortenſium ſignificare, fuiſſe ſequutum illos mores, quibus non licebat vltra tertiam perſonam infeudare, [vt in cap. 1. §. ſimiliter de l. Conrad. qui tex. de infeudatione feudi loquitur.]

Quid dicendum? hæc prima rubri-

rubrica quoad perſonas in facul-
49 tate infeudandi includit clericos,& laicos : Quoad laicos facit duos gradus,in primo ponit Marchiones,& Comites ; in ſecundo illos,qui ab iſtis feuda accipiunt, qui maiores Valuaſores vocantur : reſpectu rerum poteſt comprehendere infeudationem bonorum burgenſaticorum ; item infeudationem bonorum feudalium ; item & tertiò infeudationem rerum particularium ſiſtentium in Marchia, aut Comitatu. Si teneamus, quòd hæc prima rubrica loquatur de infeudatione allodij tantùm, eſſet magna reſtrictio,& ſubauditio ſimul ad textum iſtum,qui ſimpliciter loquitur de Marchionibus, & alijs infeudantibus. Si tenemus,quòd loquatur de infeudatione feudi tm̃,reſtringitur infeudandi feudũ licentia ad perſonas hic enumeratas tantùm ; hoc eſt contra [tex.in cap. 1.§.ſimiliter de lege Conradi, vbi permittitur feudi infeudatio in infinitum. Si verò teneamus, quòd loquatur de infeudatione rerum particularium feudi ; concludimus, quòd accipiens feudum à Comite, de iure communi feudorum poteſt infeudare res particulares feudi, cũ pacto,vt poſſit in alium transferre in allodium : quia ita probat [tex.in c. 1. de feud. non habente propriam feud.natur.]ad hanc primam rubricam relatus, vt ſupra dixi, hoc eſt contra tex. in c. 1.§.profecto de l. Conrad.]vbi in feudum habens non poteſt infeudare niſi ſub eadem lege, qua habet ; & iam feudatarij, qui tenent feudum à Ducibus, & Comitibus,comprehenduntur in l. Lotharij,& Federici.

50 Igitur videamus ex quo fonte oritur infeudandi licentia perſonis omnibus in hac prima rubrica enumeratis, tàm circa feudi, quàm circa allodij infeudationẽ. Et quidem donec de clericis agitur, facultas infeudandi oritur à conſuetudine præſcripta circa rem illam, vt in tex. dicitur, & omnes hic ita tenent ; ſi de laicis loquimur,licentia, quàm habent maiores Valuaſores, qui feuda accipiunt à Comitibus,Ducibus, & Marchionibus,procedit à lege feudali [cap. 1.qualiter olim poterat feud. alien. vbi permittitur feudi infeudatio, & hoc non fuit in ſpecie prohibitum per leges poſt editas,prohibentes alie-
51 nationem, immò etiam tacitè permiſſam in [d.cap.imperialem §.illud,ſecundùm gloſ. magiſtrã, quæ communiter approbatur in rubrica de alien.feud. paterni, licèt communiter allegetur in c. 1.§.præterea de capitulis Conradi,] & ex iſto fonte procedit facultas feudum infeudandi, quæ competit feudatarijs feuda tenentibus à Comitibus, & Marchionibus.

At

At facultas infeudãdi res particulares feudi Marchiæ,aut Comitatus non ex hoc fonte procedit,ſed ex quadam prærogatiua
52 particulari ; non enim habent iſti Marchiones, & Comites,qui hic enumeranrur, communem fortunam cum alijs feudatarijs; & vltra quod ſatis abſurdum eſſet dicere Duces,Marchiones, & Comites Italiæ, qui recognoſcebant Ducatum, Marchiam, ſeu Comitatum ab Imperio,tempore iſtarum conſuetudinum fuiſſe in eodem gradu circa licentiam infeudandi res particulares Marchiæ,Comitatus,aut Ducatus; in quo erant feudatarij ab eis feuda tenentes; ſatis apertè hoc proba-
53 tur, quia iſti in eorum Ducatu, Marchia,aut Comitatu aſſimilabantur Principi, & poterant in eorum territorio facere id, quod Imperator in toto orbe. [Ita Bal. loquens in Comite, vt aſſimiletur Principi, in l.receptitia. C.de conſtit. pecu. Paul. de Caſtro in conſ.34.incipiente, Super primo dubio videtur dicendum, quòd legitimatio, col. 3. verſ. Quartò principalıter,& col.fin. volum.2. Curt.ſenior in conſ.49.num. 50. verſ.Nono oſtenditur,Iaſ.in l. ex hoc iure,col.4.ff.de iuſtit.& iur.] loquentes in Duce Mediolani, [Alex.in conſ.1.num.29. vol.5.] loquens in Duce Ferrariæ, [Dec. in cap.paſtoralis, col.2.in princ. de appell.] loquens generaliter in Ducibus, Comitibus, & Marchionibus; ſic etiam [Felin. in c. cum nobis num.5.extra de præſcriptionibus, Romanus in conſ. 59. num.7.] loquens generaliter in dominis, vt in ſuis ciuitatibus vicem Principis obtineant, [latè Aymon,qui multos congerit in conſ.135.num.2.] Vnde plures quæſtiones emergunt;Vtrum iſti poſſint legitimare; An poſſint in reſcripto ponere clauſulam Non obſtante;An poſſint ſtatuta condere contra ius; An poſſint tollere appellationem; An ipſorum donatio ſubiaceat legibus quoad inſinuationem, vel incapacitatem perſonarum; & aliæ ſimiles,de quarum quæſtionum veritate nunc non eſt tempus tractandi : & ſi nunquam loco
54 Principis in eorum territorio haberentur iſti, licèt recognoſcant Marchiam,Comitatum,aut Ducatum in feudum ab Imperio,in rebus particularibus Marchiæ habent directum dominium, & liberam diſpoſitionem; vtile namque dominium,quod penes ipſos conſideratur, eſt reſpectu vniuerſi,non autem reſpectu re-
55 rum particularium. Probat hoc in ſpecie [Iacobin.in ſua inueſt. in verbo Dux, num.4. dicit in ſpecie, ꝙ Duces, Marchiones, & Comites quoad vniuerſitatẽ ipſius Ducatus, aut Marchionatus habent vtile dominium, quo verò ad ſingularia feuda, quę sũt

in

in Comitatu, habent directum dominium, allegat [Bal. in procemio ff. nu. 11.] vbi dicit, q. licèt vnus Rex teneat in feudũ Regnũ ſuum ab alio Rege, & per conſequens ius vtilitatis Regni vtiliter poſſideat; tamen in iuribus ſingulorum habet plenitudinẽ poteſtatis, & directè poſſidet iuriſdictionem in ſingulis genere, & nomine ſuo ſimplici eam exercet, & commodum iuriſdictionis acquiritur pleno iure. Probat hoc [Gloſ. in proœmio conſtit. Regni, colum. 6. circa medium, loquens in Rege iſtius Regni, vt habeat directum dominium ſingulorũ corporum, ſeu ſingularum partium, ex quibus Vniuerſitas Regni cõſtat, licèt recognoſcat Regnum in feudum ab Eccleſia; & ibi [Iſern. ſequitur col. fin. tenet idem Bald. in l. 1. in fin. vnde legitimi, & vnde cognati, quem ſequitur Alex. in conſ. 1. col. 11. nu. 4. volum. 5. Curt. iun. in conſ. 1. num. 3. Iaſ. in l. 3. §. econtrario, col. 21. verſ. ſed aduerte. ff. de acquiren. poſſeſſ.] qui ſaluat Bal. ab
56 impugnatione Romani; Non tamen propterea dico, quòd iſti Duces, Comites, aut Marchiones poterãt ex toto alienare res omnes, ſed moderatè tamen, dummodo non in magnam diminutionem, aut magnum præiudiciũ Ducatus Marchiæ; aut Comitatus, ſeu iuriſdictionis eorum, vt dicitur de Rege [in cap. intellecto, de iureiurando; per Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam.

57 Si vero loquimur de facultate, quam habent, ſine dubio allodiũ infeudandi maiores Valuaſores, iam videtis, quòd hoc à conſuetudine feudorum originem ducit: ſegregantur namque iſti feudatarij, circa facultatem dandi feudum, ab alijs: cum quod aliquibus ſpecialiter permittitur, alijs denegatũ videatur, [l. cum Prætor, vbi gloſ. ff. de iudicijs.]

Cognita diuerſitate principiorum iſtius facultatis infeudandi, quam habent perſonæ hic enumeratæ, quæſtio propoſita modicam habet dubitationem: loquitur enim hæc prima rubrica
58 de his, in quorum poteſtate eſt feuda conſtituere, dando rem in feudum, & transferendo vtile dominium, retẽto directo, prout feudum diffinitur in [cap. 1. §. huius autem generis, in quibus cauſis feudum amittatur] & quia hoc, ſcilicet dare rem in feudum retento directo dominio, poteſt fieri tam per clericos concurrente cõſuetudine circa rem illam, quàm per laicos; Ideo clericos, & laicos hic expreſſit: & quia poterat hoc fieri tam rerum particularium feudi Marchię, aut Comitatus, in quibus, vt vidiſtis, Marchiones, & Comites habent directum dominium, licet recognoſcant Marchiæ Vniuerſitatem

tem

tem ab Imperio;& poterat etiam fieri de proprio allodio, & hoc non omnibus licebat; ideo voluit perſonas dinumerare,quibus hoc ex conſuetudlne permittitur.

Vnde dicendum eſt in quæſtione propoſita, quòd hæc rubrica loquitur de infeudatione rerum, in quibus infeudans habet directum dominium; & ſic de rebus allodialibus, & de rebus ſingularibus feudi Marchiæ, aut Comitatus.Itē & tertio de infeudatione integri feudi,vel partis,ſingula tamen ſingulis referēdo, ideſt Marchiones,& Comites poſſunt feudum denouo cōſtituere, infeudando res ſingulares, in quibus retinent directum dominium,& proprium allodiū: Maiores Valuaſores, qui ab iſtis feuda accipiunt, infeudando vel proprium allodium, vel feudum integrum,aut partem: clerici autem infeudando feudum deuolutum, ſi concurrit conſuetudo præſcripta circa rem illam:& dicitur quoad clericos etiam noui feudi conſtitutio reſpectu recipientis, quia ex conſolidatione vtilis dominij cum directo pro-
59 pter deuolutionem feudum illud iam deſierat eſſe feudum, & iam penès inueſtitum de feudo deuoluto nouum feudum dicitur.[Iſern.in cap.1.§.ſi vaſſallus cap. 3. verſ. ex præmiſſis, ſi de feudo defuncti milit. & in cap. 1. col. 1. circa medium, verſ. item attende, de controuerſia inter vaſſallum, & alium, in cap. 1. §. huius autem generis, in additione in principio ex quibus cauſis feudum amittatur] voluit Obertus in principio operis, formando regulam,omnes cōplecti; qui vel poſſunt feudum infeudare totum,aut partem; vel proprium allodium, vel res particulares: quomodo autem inter iſtos cōprehenſos in facultate feudum dandi, non poterat eodem contextu exprimere,infra declarauit,
60 & propterea cum agitur de clericis,licentia non egreditur præſcriptam conſuetudinem, vt videbitis; dum de Marchionibus, & Comitibus agitur, iſti poſſunt infeudare etiam cum facultate transferendi in allodium, [vt in d.cap. 1. de feudo non habente propriam naturā feudi] quod in iſtis Ducibus, & Marchionibus loquitur,ſecundùm Iacobum de Beluiſio, & Bald. ibi; Donec autem agitur de maioribus Valuaſoribus, qui à Comitibus feuda
61 accipiunt,iſti dum infeudant totum feudum,vel partem,nō poſſunt cum hac facultate concedere rem alterando, quia non ſub alia lege, [vt in d.§.profectò] & ita tenet [Camerarius in repetitione cap. Imperialem, de prohibita feud. alien. per Feder. fol. 40.litera L.]bene tamen poſſunt proprium allodium, vt libet, infeu-

feudare, & licentia infeudandi protenditur in infinitum, vt in d.§.ſimiliter.

62 Ex præmiſſis etiam colligitur, quòd Iſern.hic dum negauit fieri repetitionem illorũ verborum, ſi antiquitùs conſuetudo eorum feudũ dare fuerit reſpectu Marchionum, Comitum, & aliorum, ea ratione, quia in feudũ habens de iure illo feudorum poteſt alij in feudum dare; non bene dixit, & aliter, vt videtis, poterat probare: quare non erat illa repetitio facienda: & ſic etiam malè

63 ex iſto textu colligit Iaſ. regulã, quòd vaſſallus, qui non poteſt alienare, poteſt alteri infeudare. Non tamen nego, quòd Comites, & alij hic enumerati, licèt hæc prima rubrica loquatur de infeudatione rerum particulariũ feudi Marchiæ, & Comitatus; poſſent multo magis etiã infeudare proprium allodium; & ita procedant deciſiones Ier.dicentis, quòd contenti in hac prima rubrica poſſunt infeudare burgenſatica; & ſic etiam fateor, ꝙ maiores Valuaſores poſſunt etiã feudum infeudare; Sed hoc non hic ſtatuitur, vbi de prima feudi conſtitutione tractatur. Eſt tamen differentia an fiat infeudatio proprij allodij, vel fiat de rebus particularibus feudi: quoniã in primo caſu, quando infeudatur proprium allodium, in iure

64 vaſſallagij ſuccedit etiam hæres extraneus, ſecundùm [Iacobum de Ardizo. in ſumma de ſucceſſ.

65 feudi 3.par.col.19.verſ.ſed quæritur, Ioan.Blancus in ſumma 3. lib.de ſucceſſ.feud. ſub rubr. qui poſsũt domini in iure feudi ſuccedere] & eſt tex.qui hoc probat in ſpecie [in c. 1. de eo, qui lib. & hæred.ſuis maſcu.& fœm.]vbi quòd fœmina ſuccedit in iure vaſſallagij, quando paternum allodium eſt infeudatum; ſecus ſi non eſt infeudatum paternum allodium.

Tranſeamus nunc ad oppoſitiones neceſſarias pro declaratione plurium iurium feudalium, & in Regno, omiſſis alijs, quas hic tractant Doctores; & primò dum hic in text. dicitur, quòd Archiepiſcopus, & alij Prælati, qui hic enumerantur, poſſunt feudum dare, ſtante conſuetudine dandi, oppono de textu in cap.1.Epiſcopum, vel Abbatem, quem tex.ita ponderate: Textus ille facit duos caſus de per ſe, in quibus iſti Prælati non poſſunt feudum dare. Secundus, qui in tex.ponitur, ibi idem iuris eſt, colligitur per argumentum à contrario ſenſu in hoc textu, quia dicit, quòd ſi iſti Prælati non ſint antiquitùs ſoliti dare, non valet infeudatio, quæ in hoc tex. probatur, & hæc pars non contradicit. Primus caſus eſt, quando iſti Prælati infeudant res Eccleſiarum, quę eis ſubiectę ſunt, & tituli vocantur; hic primus

mus caſus, nè contineat idem cũ ſecundo, neceſſe eſt, vt intelligatur etiam ſtante conſuetudine dandi; quia aliàs ſi intelligimus, quòd non poteſt dare ſi ceſſat conſuetudo, contineret idem, quod ſecundus caſus; & iam apertè videmus; quòd textus duos caſus diſtinctos facere voluit, vt dixi; vnde contradicit huic textui noſtro, vbi permittitur infeudatio ſtante conſuetudine.

Pro ſolutione iſtius oppoſitio-
66 nis diſcutiendus eſt neceſſariò intellectus illius textus, qui ſatis varius eſt; & Iſern. præcipuè & laborauit ſatis, & vacillauit: Do-
7 ctores namque in tribus principaliter variant circa intelligentiam illius textus. Primò quiſnã fuerit Vrbanus Papa, de quo in illo textu fit mentio, & quis text. in Decreto, vel Decretali, aut Sexto contineat ordinationem iſtius Vrbani; & an fuerit Synodus generalis, vel Prouincialis. Secundò circa illud verbum, quę eis ſubiectæ ſunt. Tertiò circa illud verbum; Et tituli vocantur.

Circa primum, alij attribuunt illam Vrbano V. alij Vrbano II. Item alij, vt Iſern. ibi modo hanc ordinationem dicit eſſe illam, de qua in cap. nulli, extra, de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non; modo quòd loquitur de illa, de qua fit mentio in cap. de laicis, 12. quæſt. 2. modo, quòd illam Synodum non habemus; modò allegat [tex. in cap. dudum, de rebus Eccleſijs non alienand. in 6.] Alij dicunt, quòd continetur in [cap. alienationes, in verſ. illud, 12. quæſt. 2.] & quòd eſt Concilium generale. Ita [Aluarot. ibi 1. col. in fine.] Alij autem dicunt eſſe Synodum Vrbani Secundi, Placentiæ habitam, cuius pars eſt in [cap. Sanctorum, 70. diſtinct.] & ſi ita eſt, fuit Synodus Prouincialis, quia non habemus Synodum generalem Placentiæ habitam Vrbani Secundi. Sed in hoc non multum faciamus vim.

Tranſeamus ad ſecundum, in quo Doctores dubitant [Hoſtiẽ. namque in ſumma de feudis quis poſſit conſtituere feudum] intelligit hæc verba, quæ eis ſubiecta ſunt, de rebus, quæ alias nõ ſunt infeudatæ, vt illas non poſſint Prælati in feudum dare. Ita etiam tenet [Iacob. Columbin. in ſumma feudorum, vt refert Bald. in d. cap. 2. Ardizon. in prima par. de inueſtituris Prælatorum] tenet quòd loquatur de rebus Eccleſiarum, quæ ſubiectæ ſunt Prælatis; de illis non poteſt Prælatus ſuperior diſponere infeudando in præiudicium parrochialis Eccleſiæ: & ita etiam videtur reſidere Iſern. ibi verſus finem, cum poſt multos intellectus referat iſtum, hucuſque vel loquatur de rebus non ſolitis infeu-

ſeudari, vel loquatur de rebus Eccleſiarum ſubditarum; oppoſitio ceſſat, quia ſecundùm primum intellectum ille tex. continet idem, quod iſte, inſpecto ſecundo continet limitationem ad iſtum textum, vt etiam vbi eſt conſuetudo infeudandi, non fiat infeudatio per Prælatum ſuperiorem rei Eccleſiæ ſibi ſubditæ.

Circa tertiam variationem ibi, & tituli vocantur [Bald. ibi in verbo tituli] exponit tribus modis; Iſern. verò alijs modis exponit. Sed [Aluarot. & Præpoſ. ibi in cap. 1. de his qui feudum dare poſſ.] tranſcribunt verba vtriuſq; [Afflict. verò in d. cap. 1. Epiſcopum, vel Abbatem] ordinatè ponit ſex intellectus illorum verborum ex mente Bald. Iſern. & aliorum: & cum effectu ex dictis ipſorum colligitur, quòd tex. ille in prima parte aut loquitur de conceſſione rerum, in quibus eſt conſuetudo concedendi; aut loquitur de rebus habentibus ſpecialem titulum, ſeu denominationem, ad differentiam aliarum rerum; aut loquitur de rebus de menſa, aut de rebus titulatis à Rege datis pro decimis præteritis; aut de rebus Eccleſiæ titulatæ, quæ ſubeſt Epiſcopo, & ita benè penſatis omnibus, licèt dicta in ſe pro maiori parte vera ſint; tamen non benè conueniũt cum litera tex. noſtri, vbi, vt dixi, duo caſus diſtincti, & in facto contrarij ponũtur, in quibus habet locum regula negatiua, quòd non poſſit fieri infeudatio per Prælatos, vt demonſtratur ex illis verbis in textu poſitis poſt primum caſum, ibi, Idem iuris eſt; Oportet igitur, vt prima pars textus loquatur de infeudatione rei ſolitæ, quæ quandoque prohibeatur.

Et pro vera intelligentia illius textus notate, quòd de iure Ca-
68 nonico nè clericus mendicare cogatur, eſt introductum, vt non poſſit quis ordinari ſine Eccleſia tanti redditus, quòd ſufficiat pro alimentis, & ex hoc inoleuit, quòd quis ſine titulo ordinari nõ poteſt; tanti enim eſt dicere ſine titulo, quanti ſine Eccleſia, quæ habeat poſſeſſionem ad victum ſufficientem; vel ſaltem debeant habere patrimonium pro titulo: & ſic poſſeſſiones quas Eccleſiæ habebant, tituli clericorum appellabantur. Colligitur hoc ex [tex. in cap. cum ſecundo, & cap. tuis, & in cap. Epiſcopus, & vbiq; gloſ. de præben. & in cap. neminem, vbi gloſ. 70. diſtin.] & iam hodie etiam per ſacroſanctum Concilium Tridentinum prouiſum eſt, quòd nullus clericus promoueatur ad ſacros ordines, niſi conſtet, quòd habeat beneficium, quod ſibi ad victum ſufficiat.

Aduertatis & ſecundò, quòd tempore Vrbani Papæ multæ

forte erant Eccleſiæ,ſeu Cappellæ, quæ de ſuis redditibus clericos ſuſtentare non poterant; voluit Vrbanus, quòd iſtæ Cappellæ non conferrentur clericis, ſed earum cura Epiſcopo imminerer,aut Præpoſito Maioris Eccleſiæ, cui Cappellæ ſubditæ eſſe videntur tam circa officia Eccleſiaſtica, quàm circa poſſeſſiones ipſarum: & ita conſtat ex [tex.in cap.Sanctorum,70. diſtinc. verſ. ſi quæ tamen] Id quod voluit Vrbanus in Synodo (vt hic teſtatur Obertus, vel Gerard.) eſt, q̄ licèt conſuetudo iſtarum Cappellarum, ſeu Eccleſiarum, quæ ſubditæ videntur Epiſcopo, vel Præpoſito Maioris Eccleſiæ,fuerit infeudare aliquam rem cum eò deuenerunt, vt non habeant tot redditus, quod ſuos clericos ſuſtentare valeant, ſi res illa deuoluitur tempore, quo reperitur commiſſa Epiſcopo, vel Præpoſito Maioris Eccleſiæ, vt ſupra, non poſſit ille Prælatus ea infeudare, illa ratione attenta, quia poterit poſtea clerico aſſignare, cum valeat illum ſuſtentare de ſuis redditibus;& ita intelligendo omnia verba tex.bene conſonãt, & non poſſunt iſti Prælati infeudare res etiam ſolitas illarum Eccleſiarum,quarum cura commiſſa eſt eis propter inopiam Eccleſiarum, cum non valerent clericis pro titulo aſſignari: & ſic habemus declarata illa verba quæ eis ſubiectæ ſunt, & tituli vocantur; ponendo exemplum in prima parte tex. contrarium in facto cum ſecunda; & ſimul eſt ſublata oppoſitio, quia ille tex. loquitur in caſu particulari, vt videtis, tex. autem noſter ponit regulam,quòd poteſt fieri infeudatio per Prælatos ſi adeſt conſuetudo;ille continet limitationem,& excipit caſum illum à regula, vt videtis. Sed quoad perſonas Eccleſiaſticas, & feuda Eccleſiaſtica, in omnibus ſeruãda ſunt iura canonica, præſertim de quibus habetur [in cap.ex parte,de feudis,c.ex tranſmiſſa,& c. verum, de foro compet. & cap. cæterum de iudicijs] & alia ſi quæ ſunt in iure Canonico, & Conſtitutiones, & Bullæ Pontificiæ.

Secundò dum tex. ipſe tractat de laicis, qui poſſunt infeudare, & reſtringit infeudandi licentiã ad Marchiones,& Comites,& ad Valuaſores Regni, qui maiores Valuaſores dicuntur;& ſic excludit ab infeudandi licentia minores Valuaſores, & cæteros alios; oppono, quòd nedum Marchiones, ſeu Comites, & Valuaſores maiores, qui hic enumerantur, ſed etiam minores Valuaſores, qui hic non enumerantur, poſſint infeudare burgẽſatica:immò quilibet etiam ruſticus poſſit ſuũ allodium infeudare: Et quoad minores Valuaſores eſt [tex. in cap.1.

cap.1. de nat.feud.] vbi idem dicitur in minoribus, ſeu minimis Valuaſoribus, quod in maioribus; quo verò ad alios videatur [tex.in c.1.§. noui vero, per quos fiat inueſtitura] vbi tex.à contrario ſenſu innuit, quòd quilibet, qui habet legitimam bonorum ſuorum adminiſtrationē, poteſt facere inueſtituram feudi noui, & tex.in c. 1. de allodijs non videtur reſtringere facultatem infeudandi allodium; cum dicat, ſi contigerit allodium aliquod infeudatum, &c.

69 Pro ſolutione videndum eſt exactiſſimè an minores, ſeu minimi Valuaſores, qui hic nō enumerantur, vel etiam ruſtici non feudatarij poſſint infeudare burgenſatica; & in hac quæſtione videamus quid dixerint Doctores. Et primò [Bal.in c.1.de his, qui feud.dar.poſſ.] dicit, quod olim non paſſim quibuslibet licitum erat infeudare, ſed certis perſonis tm̄, quibus hoc ſumma, vel magna dignitas aut antiqua conſuetudo tribuebat; quia indecens videbatur vt vnus ruſticus haberet vaſſallos ſub ſe; quia habere vaſſal-
70 los eſt quædam dignitas, cui & iuriſdictio ineſt; argumēto eorū, quæ notat [Archi.in c.1.de conſuet.lib.6.] Sed hodie tam maiores, quàm minores, & minimi Valuaſores infeudant; immò etiā ruſtici, dummodo habeant legitimam ſuorum bonorum adminiſtrationem [per d.§.noui verò, per quos fiat inueſt.] quod ipſe dicit notabile, ſecundùm Iac.de Rau.Aluarot. 2. notab.3.col. ſequitur [Bald.& Præpoſ. etiam ibi 2. col. tranſcribens verba Aluar. tenet idem Claud.Seyſel.in ſpec. feud.in 3.par.prin.de his qui feu. dar.poſſ.& Iaſ. in prælud. feud.in 7.quæſt. princ.]

Curtius autem in tract.feud.in 2.par.4.quæſt.prin.refert opinionem Bald.& aliorum, & licet referat Iſerniam tenentem contrarium, & opinionem eius ſubſtentabilem in ſtricta diſputatione; tamen dicit non eſſe diſcedendū ab alia opinione tanquam magis communi. Et iſtam opinionem: quòd etiam ruſticus poſſit infeudare burgenſatica, tenet idem [Curt.in conſ.140.nu.8. & 9.]

Capycius in ſua inueſtitura in verb. feud. dant, verſ.infeudant, nihil firmat, ſed tantum tranſcribit verba Curt. ſed idem in cap. Imperialem.§.callidis, in prin. de prohib.feud.alien.per Fed.] dicit quòd extra Regnum procederet opinio Bal. & aliorum; in Regno autem ſi eſſet iudicandum an ſecundùm ius commune feudorum poteſt fieri à ruſtico infeudatio burgenſaticorum, procederet alia opinio.

Iſernia verò in cap.primo de cleric.qui inueſtit.fac.dicit, quòd clericus non poteſt dare bona ſua burgenſatica in feudum, quia

non eſt Comes, Marchio, Capitaneus, maior, vel minor Valuaſor,& in [cap.1.§. ſi verò; de nat. feud.]dicit,quòd minores,& minimi Valuaſores deueſtiunt inueſtitos ab eis ſine cauſa, & culpa; quia iſti non poſſunt feudum dare: & quantumcunque dent, non erit iure feudi, quia iſti non poſſunt facere aliquem nobilem, quia nec paradogium, ideſt qualequalē nobilitatē, nec feudi vsū acquirunt, in [cap.1.§.ſi verò cōtigerit, num. 50. de pac. iuram. firm.] colligit ex tex. quòd quis poteſt de allodio ſuo facere feu-
71 dum: contra quod opponit: Per infeudationem contrahitur nobilitas,& paradogium [c. 1. quis dicatur Dux] ergo burgenſis non facit hoc,quia non eſt nobilis, & nemo dat quod non habet; Reſpondet, quòd hoc fecerat cum conſenſu Principis.Secūdò,quod de iure illo feudorum poſſet infeudare burgenſatica, qui poteſt dare feudum, vt Marchio, Capitaneus, & alij, qui dicuntur in hac prima rubrica. Idem in effectu firmat [Iſer. in cap.1.num. 6.an ille qui interfecit frat. dom. ſui.& in cap.1.§. præterea ſi inter duos, colum. fin. num. 89. verſ. item debuit dixiſſe, de prohibita feud. alien.per Feder.]vbi remittit ſe ad dicta in præallegato §.ſi verò. Iterum ita tenet in cap. 1. in princ.de feud.non haben.propriam feudi naturam; exponens verba illius textus ſi quis dederit in feudum,ſcilicet qui poteſt dare;& qui ſint iſti,dicitur in prima rubr.& ita in locis præmiſſis videtur ſatis apertè Iſerniam tenuiſſe, quòd infeudatio burgenſaticorum ſecundùm ius,& conſuetudinem feudorum non poteſt fieri à ruſtico, immò nec à minoribus, ſeu minimis Valuaſoribus, vel alijs non enumeratis in dicta prima rubrica.

72 Veritas in hac quæſtione pendet principaliter ab intellectu textus in dicto capitulo primo de natura feud.quia text. in §.noui verò, vt videbitis, parum obſtat; vnde circa intellectum textus in cap. primo de natura feud. diſtinguit textus ille inter inueſtituram feudi factam vel à Principe, vel à Marchionibus, Ducibus, & Comitibus, vel à maioribus Valuaſoribus; & illam, quæ fuerit facta à minoribus Valuaſoribus. Primæ inueſtituræ habent eam naturam, vt non poſſint auferri ſine culpa; Secundæ autem regulariter eam naturam habent, vt auferantur ad libitum: ſubdit textus ille; quod moderni non ita ſubtiliter cernentes, dicunt idem obſeruandum in ſecunda inueſtitura quod in prima;& vt feuda data à minoribos Valuaſoribus auferri non poſſint ſine culpa. Ex iſtis verbis Doctores cōmuniter colligunt, quòd idem ſit hodie

in

in ſecunda inueſtitura, quod in prima; & quod propterea hodie ſecundùm opinionem modernorum, in qua dicunt reſidere Obertum, ſeu Gerardum, feuda data à minoribus Valuaſoribus non poſſint auferri ſine culpa, ſicut in alijs. Et ſucceſſiuè inferunt, quòd minores Valuaſores, qui iam non continentur in prima rubrica, poſſint infeudare; quia ſi non poſſent, licita eſſet reuocatio ad libitum. Immo in tãtum tenent, quòd minores poſſint infeudare ſicut Principes, & Marchiones, licèt non contineãtur in prima rubrica, quod dicũt eſſe per illum text. in fine correctum [tex.in cap.1.de feud. dat. mini. valua. & tex. in cap.1. de his qui feud.dar.poſſ.& ita tex.illum intelligunt gloſ. in cap. 1. §. notandum, in hac prima rubr.in verbo obſeruetur] dum dicit, ꝙ olim licebat minoribus Valuaſoribus deueſtire vaſſallos ſuos quandocunq; volebant; & Principi, vel maioribus non erat permiſſum: hoc tamen hodie eſt mutatum, quia idem eſt in minoribus, quod in maioribus dicebatur [dicto cap. 1. in fin. de nat.feud.Iſern.ibi, Bald.& Aluarot.in d.§.notandum, tam in præmiſſis, quàm ſuper gloſ.& Afflic. ibi num.32: ita etiam tex. illum intelligit gloſ.in d.cap.1.de feud. da.mini.valua. vbi Iacob.de Beluiſ.Iſern.Aluarot.& Præpoſ.gloſ. etiam in cap.1.an marit. ſucced. vxor. vbi etiam Iſern.Iacob. de Belu.in d.c.1.de nat. feud. vbi ẽt Iſer. in ver.non ita] ſubtiliter dicens, quòd ſubtilitas, quam moderni non ſequebantur, erat perniciosa,& ſcrupuloſa, quæ caret ratione; ideo reprobanda: ita tenet etiam [Iſer.in c. 1. quis dicatur Dux, in verſ. qui verò à Principe] vbi dicit, quòd tàm in Curia Mediolanenſi, quàm in alijs Curijs totaliter eſt correcta diſpoſitio [cap.1.§. notandum, de his qui feud.dar.poſſ. per tex. in cap.1.de nat.feud.in fin.& Aluarot.ibi etiam 2.colum.& Præpoſ. ibi in fin.eſt de mente Capyc. in cap.Imperialẽ.§.callidis in prin.] dum dicit, quòd minor, & minimus feudatarius poterit infeudare, per [tex.in cap. 1. de natura feudi.]

Videtis ergo ex hoc diſcurſu duo. Primò, quòd Doctores alij præter Iſer.fuerunt ſemper concordes, tenendo, quòd infeudatio nedum eſt permiſſa perſonis in hac prima rubrica enumeratis, ſed etiam minoribus Valuaſoribus, immò quibuslibet in infinitum; Propterea intellexerunt textum in capitulo primo de natura feudi, vt corrigat textum iſtum. Secundò contra-
73 rietatem Iſer. inſaluabilem, quæ ita ſatis apertè cõſtat. In hoc textu inter perſonas, quæ poſſunt infeudare, non enumerantur mi-

nores Valuaſores, ſed tantùm Comites, ſeu Marchiones, & Valuaſores maiores, aut Regni. Dicere generaliter, quòd non poſſunt infeudare niſi perſonæ hic enumeratæ; & ex alia parte, quòd textus hic ſit correctus per [textum in cap. primo de nat. feudi] & quòd hodie idem ſit in minoribus Valuaſoribus, quod in maioribus, ſunt manifeſtè contraria, & nõ poſſunt inuicem inter ſe ſtare, vt incompatibilia; Nam ſi hæc prima rubrica, quæ enumerat perſonas, quæ poſſunt infeudare, non eſt correcta per textum in cap. 1. de nat. feud. nec minores, nec alij poſſunt infeudare.

74 Pro neceſſaria, & clariſſima intelligentia [tex. in cap. 1. de nat. feud.] præſupponatis duo. Primò, quòd in hoc libro feudorum ponuntur, & enunciantur conſuetudines diuerſarum Curiarum Prouinciæ Lõbardiæ, & auctor quis fuerit, vel ſolus Obertus, vel Gerardus, & Obertus, conſuetudinẽ vnius Ciuitatis, ſeu Curiæ nunc recipit, nunc reprobat: conſtat hoc principaliter [in cap. 1. de feud. cogni.] ibi, cauſarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur iure Romano, aliæ verò legibus Longobardorum, aliæ ſecundùm Regni conſuetudinem, quæ, quãquàm ſint variæ, & quanquàm ſecundùm diuerſorum locorum, aut Curiarum mores, ſint diuerſæ, &c. & conſtat de diuerſitate in caſibus particularibus in toto hoc fere libro feudorum, & præcipuè in hoc titulo [in §. fin. & in c. 1. de alien. feud. in c. 1. quis dicatur Dux, in c. 1. qui teſtes ſint neceſſ.] vbi de moribus Mediolanenſium ſit mentio, & eſt totus titulus de vſu Mediolanenſium. Item in [c. ſi quis inueſtierit, de feud. dat. in vic. l. commiſſ.] vbi de cõſuetudine Placentinorum, Mediolanenſium, & Cremonenſium agitur. Secundò eſt notan-
75 dum, quòd ſecundùm conſuetudinem Mediolanenſem, minores Valuaſores poterant infeudare. Colligitur namque hoc manifeſtè ex tex. in §. fin. infra eod. vbi dicitur, quòd Mediolanenſes obſeruabant, quòd minores Valuaſores infeudabant: patet etiam hoc in [cap. 1. quis dicatur dux] vbi notatur, quòd in Ciuitate Mediolanenſi, ſcilicet ex antiquo vſu inueſtiti à minoribus Valuaſoribus, quos Valuaſinos appellat, nullam habebant feudi conſuetudinem; tamen poſtea idem erat in iſtis, quod in alijs.

Iſtis ita præmiſſis, omnia ſunt plana: Gerardus namque, vel Obertus in tractatu feudi, quem cępit componere, licèt ſecũdùm conſuetudinem Mediolanenſem minores Valuaſores poterant infeudare; tamen hanc conſuetudinem non eſt amplexus: & hoc

apertè

apertè oſtendit tex.in d.§.notandum, dùm dicit, quòd ſi minor Valuaſor dat feudum, non eſt iure feudi, quia poteſt ad libitum auferri: & ſubdit: licèt aliter in Curia Mediolanenſi obſeruetur: vnde patet vtrunque, ſcilicet & diuerſitas conſuetudinis inter Curiam Mediolanenſem, & alias Curias; & quòd Gerardus refutauit vſum Mediolanenſem; & ità intelligendus eſt omninò [tex.in d.cap.1. de natur. feud.] quicquid alij dixerint; qui maniſeſtè decipiuntur, vt videtis; & ideo in quæſtione propoſita teneo opinionem Iſer. quòd non licet alijs, quàm hic enumeratis,
76 infeudare: & tex.in §.noui verò, per quos fiat inueſtitura, non obſtat primò, quia ibi ponitur regula negatiua, quòd non poteſt aliquis infeudare niſi habeat liberã adminiſtrationem ſui patrimonij; & non ſequitur; ergo quilibet, qui habet liberam adminiſtrationem, poteſt infeudare, arguendo à contrario ſenſu, quia
77 argumentũ hoc non eſt ſumendum vbi reſultat alterius legis correctio [l. conuenticulam, C. de epiſc.& cler.] vt reſultaret ità intelligendo, quia corrigeretur textus hic, vbi enumerantur perſonæ, quibus permittitur infeudare: vbi enim aliquibus perſonis aliquid ſpeciale conceditur, alijs denegatum videtur [l.cum prætor, ff.de iudic.] Secũdò etiãſi in illo tex. poneretur regula affirmatiua, quòd quilibet, qui habet liberam adminiſtrationem ſui patrimonij, poſſit infeudare, intelligeretur de habili, ſerua-
78 ta forma iſtius textus. Lex enim ſemper recipit limitationem, & reſtrictionem de habilitate [l.1. iunctã gloſ.in verb. vnuſquiſque. C.de ſacroſan.eccleſ.l.2.§.prætor ait, vbi Bar.& latius Iaſ. qui multis iuribus probat ff. qui ſatiſdar. cogantur.]

Sublatis iuribus in quibus hæc opinio fundatur, multò minus obſtabunt auctoritates, in quibus etiam hæc opinio innititur. Et primò non obſtat auctoritas Innocentij [in cap.verùm, de for. competen. in princ.] quia aliud non dicit, niſi quòd quilibet dominus, quantumcunque vilis, etiã ruſticus, ſuper rebus feudalibus iuriſdictionem habet: & ſic non tractat Innocẽ. ſi ruſticus poteſt, vel non infeudare; ſed tantùm præſupponit ruſticum dominum feudi: quod poteſt eſſe, ſi infeudaret ex licentia Regis, vel ſi infeudaret feudum emptum, aut donatum.

Nequaquam obſtat deciſio [Iacob.de Beluiſ.in cap.1. de his qui feud.dar.poſſ.] dum tenet, ꝙ Prælati infeudant burgenſatica, quia eſt intelligendus de Prælatis in dignitate poſitis, qui hic enumerantur.

79 Nec etiam obſtat, quòd feudum

dum conſtituitur, ſi ego recognoſco res meas patrimoniales ab aliquo in feudum, vt probat Curtius vbi ſupra; quia poteſt intelligi dummodo fiat recognitio ab eo, qui aliàs poſſet burgēſatica infeudare, vt præſupponamus terminos habiles.

Vltimò non obſtat, quòd ruſticus poteſt emere feudá, digni-
80 tates, vel iuriſdictiones, quæ ſunt in proprio patrimonio venditoris, vt probat [Aluarot. in cap. 1. §. ex eadem, de leg. Conrad.] quia ex hoc non infertur, quòd
81 poſſit propterea infeudare: vltra quod ſecundùm communē opinionem, etiam regalia, quæ quis non tenet in feudum ex conceſſione Principis, non poteſt ſine eius licentia alienare: immò in [l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. vbi Barbat. in addi. ad Bar. Calca. in conſ. 102. Ripa reſpon. 177. Soccin. in conſ. 2. 1. vol. num. 6. & 7. Bertac. in tract. de gabell. 1. par. quæſt. 14. quem ſequitur Io. Lopez in repet. cap. per veſtras. §. 37. num. 23. de donat. inter vir. & vxor.]

Ibi, Si antiquitus eorum conſuetudo feudum dare fuerit, ſicut hic, Prælati nō poſſunt infeudare, niſi ſtante conſuetudine, ita in Regno per conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ Barones non poſſunt infeudare niſi bona excadentialia, quæ ſcilicet ad eos deuoluuntur, quod in idē recidit.

82 Ideo quæro, vt bona aliàs demanialia Baroniæ efficiantur excadentialia, & ſic conſueta concedi, quantum tempus requiratur, & quot actus interuenire debeant, ideſt quot collationes, vt conceſſio de eis facta ſit comprehenſa in dicta l. Regni, & ſic ſimul examinabimus verba hæc iſtius textus, & illius conſtitutionis: & primò videamus, quid Doctores dicūt in terminis iſtius textus tam circa tempus, quàm circa vices.

Sex ſunt opiniones circa tempus: Alij namque tenent, quòd ſufficiat longum tempus decem
83 vel viginti annorum. Hanc opinionem referunt [Iacob. de Ardizo. in ſumma feudorum, in 1. par. qui poſſunt feudum dar. Ioā. Blanc. in ſumma in 1. parte ſub eadem rubr. Iacob. de Beluiſ. hic in 2. colum.] aſſignans rationem iſtius opinionis; quia per vſum, & conſuetudinem, quòd poſſit Eccleſia in feudum dare, quæritur
84 Eccleſiæ honor, & eſt ſpecies iuriſdictionis; nec perdit Eccleſia directū dominium, & recipit ſeruitium, & adeſt ſpes deuolutionis ex cauſis, quibus feudum amittitur, aut finitur. Hæc opinio communiter non recipitur.

Ideo alij tenent, quòd requiratur tempus triginta annorum. Iſta opinio recitatur in [gloſ. hic, in verbo ſi antiquitus, & Azoni attribuitur, ſecundùm Iacob. de Ar-

Ardizo.Io.Blanc.Iacob.de Belu. vbi ſupra,Aluarot.etiam hic col. 4.Præpoſ.num. 23. & eam tenet Nicolaus de Neap. vt refert Aluarot.] & hæc etiam opinio magis communiter non recipitur.

Vnde alij tenent, quòd requiratur tempus quadraginta annorum,& fuit originalis hæc opinio Iacob.de Beluiſ.vbi ſupra, ea ratione, quia ſicut de iure res Eccleſiæ non præſcribuntur, niſi quadraginta annis[Authen.quas, C.de ſacroſan.eccleſ.] ita ius dādi in feudum non poteſt præſcribi minori tempore; quia correlatiua ſūt,cum ſi præcedit datio, ergo ſequitur acquiſitio; & vbi eſt acquiſitio ex vna parte, ex al-
85 tera eſt alienatio: poſito enim, aut remoto vno ex eis, ponitur, aut remouetur & reliquum [l. Pomponius. §. ſed & his. ff.de procura. & iſtam opinionem firmat hic Iſern.num.1. & 2. ea ratione, quia de iure canonico re-
86 quiruntur quadraginta anni in præſcribenda conſuetudine; ſequitur [Mar.Lauden. hic, Iacob. in ſua inueſtit.in verbo in feudū, num.39.Imola in cap.2. col. 14. extra de feud.Bald.in l.quibus.4. col.ff.de legib.Alex.in conſ.9. 3. vol.2.colum.& in conſ.5. col. 3. volum. 5. Iaſ. in conſ. 56. 1.vol. 1.colum.Decius in conſ.142.nu. 4.Balbus 1.par.5.par.princ.q.20. de præſcrip.Claud.Seyſel.in ſpeculo feudorum, qui feudum dar. poſſ.verſ. Secundò principaliter col.4. qui dicit, quòd eſt communis opinio: & ita tenet Capycius in ſua inueſtitura, in verbo feudum dant,col.5.

Alij autem dicunt, quòd cum agatur de conſuetudine inducēda,& ſufficiat tempus,ex quo tacitus conſenſus populi deprehēdatur, cum iſtud non ſit in iure expreſſum, relinquitur arbitrio iudicis: & ſic dixit [Bertrandus Capriq. vt refert Claud. vbi ſupra.] Sed eius opinio communiter damnatur.

Quinta opinio eſt,quòd requiratur tempus, cuius initij non ſit memoria in contrarium: & hæc opinio recitatur hic in gloſ. vbi ſupra.& illam Ardi. Ioan. Blanc. & Iſer.adſcribunt Azoni, & cum illa opinione reſidet poſt multa Curtius in tractatu feudi, tertia
87 & quarta quæſt.prin. Quia conſuetudo non poteſt diminuere ſolemnitates requiſitas à Canone in alienatione rei Eccleſiæ, niſi eſſet conſuetudo tanti temporis, cuius initij non extet memoria in contrarium.

Sexta, & vltima opinio fuit Bald.hic in 2.col. quem ſequitur Aluarot. iſti namque nituntur concordare tres opiniones,illam ſcilicet de annis triginta, illam de tempore, cuius initij non ſit memoria,& illam de annis quadraginta;vt prima procedat quādo conſuetudo infeudandi eſt

ma-

manifeſtè vtilis Eccleſiæ;Secunda quando eſſet manifeſtè damnoſa:Tertia,quando eſſet dubiũ; conſiderans, quòd licèt in præſcriptione rerum Eccleſiæ requirantur quadraginta anni; tamen præſcriptio, quæ ineſt conſuetudini,non eſt propriè præſcriptio, ſed eſt firmitas taciti conſenſus, vbi non requiritur poſſeſſio continuata, ſed actus vtentium, qui continuè eſſe non poſſunt [l. foramen. ff. de ſeruit.vrban.præd.] Iſtam diſtinctionem Baldi in primo,& ſecundo cap.impugnat Mar.Lauden.hic; Curtius autem in ſecunda parte tractatus feudi tertia quęſt. principali, poſt Prępoſitum hic reſpectu ſecundi capitis, dum admittit tempus,cuius initij non exiſtat memoria hominũ in contrarium, quando conſuetudo eſt manifeſtè damnoſa Eccleſiæ,defendit Baldum ab impugnatione; & ſic etiam reſpectu primi capitis; licèt ex alio opinionem illam, quòd ſufficiant triginta anni quando eſt manifeſtè vtilis Eccleſiæ,falſam oſtendat;& multa in vtroque capite conſiderat,ſuper quibus non eſt tempus terendum, cum non valde cõferant in propoſita quæſtione in Regno. Et iſta Doctores dicunt circa tempus.

Circa vices duæ ſunt opiniones. Prima,quòd requiratur binus actus [argum. l.nemo. §.fin. C. de epiſcopali audientia; etiam ratione, quia cum conſue-
88 tudo requiratur, conſuetudo eſt cõmunis,aſſuetudo eſt frequens, [l.1.C.quę ſit longa conſuetudo] frequens dicitur, quod fit bis [§. fin.in Authen.de defenſor.ciuit.] quod communiter procedit: ergo ſaltem à duobus, vel ſaltem bis oportet quòd ſit facta conceſſio; Et quòd requiratur binus actus, tenet [Aluarot. hic col. 4. Præpoſ.num. 26. Decius in conſ. 142.nu.4.Balb.vbi ſupra, Claud. Seyſel.in ſpeculo feudorum, vbi ſupra] qui dicit, quòd eſt communis opinio.

Secunda opinio,quòd ſufficiat vnicus actus, & ſic vnica collatio cum curſu quadraginta annorũ,
89 eſt Iſern.hic;ea ratione,quia per vnicum actum acquiritur quaſi-poſſeſſio, ſecundùm notata in [cap.cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis,& proprietatis] Et hæc ſunt; quæ in effectu Doctores dicunt circa tempus, & vices,dum agitur quomodo Pręlati præſcribunt facultatem rem Eccleſiæ infeudandi; interpretãdo in effectu dicta verba, Si antiquitus conſuetudo eorum feudũ dare fuerit.

In Regno autem [Afflict. in conſtit.conſtitutionem diuę me-
90 moriæ,num.67.& in deciſ. 305. num.10.] tenet, quòd ceſſante legitima infeudatione ab initio, res Baronis aliàs demanialis,efficiatur excadentialis ex bina conceſſio-

ceſſione cum curſu triginta annorum, ſolùm allegans Iſerniam hic.

Quid dicendum? Vos in primis conſiderate circa communem opinionē in terminis iſtius textus, quòd ſufficiat bina conceſſio cum curſu quadraginta annorum; quòd impoſſibile videtur ponere illam in actu practico; quoniam ſi communiter Doctores volunt, quòd in præſcribenda hac facultate, ſeu con-
91 ſuetudine requiratur bona fides, prout ita tenent [Iacob. de Belu. Mart. Lauden. hic, & Præpoſit. Iacobin. in ſua inueſtitura, in verb. feudum, num. 39. Claud. Seyſell. in ſpeculo feudorum, qui feudū dar. poſſ. verſ. Secundò principaliter, col. 6.] reſpectu primi Prælati infeudantis non poteſt ita de facili cōſiderari bona fides, poſtquā infeudat de nouo, lege prohibente: etſi poſſet bona fides conſiderari aut in primo infeudante, aut in Prælato ſucceſſore, & cœpiſſet curſus præſcriptionis ex illa translatione de facto vtilis dominij, & naturalis poſſeſſionis, ex quo res conceſſa cępit vt feudum poſſideri, & exiuit à poſſeſſione menſæ Eccleſiæ; feudum
92 enim non dicitur de menſa Eccleſiæ [gloſ. in clemen. 1. in verb. ad menſam, de exceſſ. Prælatorū, Hoſtien. poſt Innocent. in cap. vt ſuper, de rebus Eccleſ.] cum poſtea nondum præſcriptione finita, quam communiter finiri nolunt, niſi bina conceſſio interuenerit, vt vidiſtis, ad Eccleſiam reuertitur, illa res deſinit vt feudū poſſideri, cum naturaliter, & ciuiliter Eccleſia poſſideat rém illam, vnde ſequitur interruptio illius præſcriptionis, quæ erat in
93 fieri: & illa interrupta oporteret iterum præſcriptionem inchoare [Bart. in l. naturaliter. ff. de vſucapionibus] Niſi diceremus, q Prælatus præſcribens, qui repræſentat propriā perſonam, & Eccleſiam, cum reuertitur res conceſſa, quæ vt feudum poſſidebatur; licèt deſinat naturaliter poſſidere, ſeu quaſi facultatem concedendi in feudum rem illam ex reuerſione rei, non tamen deſinit quaſi ciuiliter poſſidere, reperitur namque in iuribus etiam
94 poſſeſſio ciuilis, & naturalis; declarat [Alex. in l. 1. num. 60. ff. de acquir. poſſeſ.] qui dicit communem opinionem, & ibi etiam Ripa, ſi Prælatus retinet ciuilem poſſeſſionem reſpectu facultatis
95 infeudandi: Duplex enim eſt poſſeſſio ciuilis: vno modo quęlibet poſſeſſio inuiſibilis, quę cōſiſtit in animo; & de hac loquor alio modo, put eſt ſpecies quaſi oppoſita poſſeſſionis naturalis, vt dicit eleganter [Bald. in cap. ſi quis per triginta, ſi de feu. defun.
96 mili.] cum ſola ergo ciuili quaſi poſſeſſione poſſet Prælatus præſcriptionem continuare [Bart. in

l. 3.

l.3.§.econtrario, 2. colum. nu.4. ff.de acquir.poſſeſſ. vbi Alex. nu. 6.idem Bar.in d.l.naturaliter,nu. 12.& in l.qui poſſeſſionem. ff.de vi & vi arm. Cinus in l. ſi quis ad ſe fundum, col.3. nu.6.C.vnde vi, alios ad hoc congerit Felinus in cap.cauſam, col.fin.nu.11.de
97 præſcr.] Sed quonam pacto currit preſcriptio contra Eccleſiam, contra quam, ſi non habet Prælatum, impeditur curſus præſcriptionis? [cap. de quarta, & cap. auditis, extra de præſcrip.]

Ideo in terminis iſtius textus, tutiorem, & veriorem putarem opinionem, quòd requiratur tēpus, cuius initij memoria in cōtrarium non exiſtat: In Regno autem teneo indubitanter, quòd requiratur hoc tempus, & non ſufficiat tempus quadraginta annorum cum vnica, aut bina, ſeu pluribus conceſsionibus, vt res aliàs demanialis Baroniæ, efficiatur excadentialis; & ſic poſsit per
98 Barones ſine aſſenſu concedi; contra Afflictum: quia cum, vt videtis, hoc, ſcilicet fieri rem demanialem, ſeu de menſa, excadentialem, & conſuetam concedi, procedat per viam præſcriptionis, quæ in Regno non procedit contra Regem, niſi ſit centenaria; vt in conſtit. quadriennalē: non poteſt aliter præſcribi; cum iam Baro tractet de alterando rei qualitatem, quam vt demanialē tenet inſimul cū Baronia à Rege; & de priuando Regem facultate aſſentiendi. Ita eſt de mente [Iſern.in cap.2.nu.12. de controuerſia feudi apud pares terminanda] dum vult, quòd Baro vt præſcribat contra Regem ius conferendi feudum, exiſtens in eius caſtro, Regi quæſitum, contra Baronem ex præſcriptione triginta annorum, requiritur centenaria præſcriptio: quia ius conferendi feudum habet illam naturam, quam habet feudum,
99 quod conceditur: vnde & illud etiam emergit, quòd Prælati Eccleſiarum, quæ ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ obtinent, vt contra illas non currat niſi præſcriptio centum annorum, ſicut in Eccleſia Romana, prout vidi in Monaſterijs, quæ ſunt de ordine S.Benedicti, non poſſent præſcribere facultatem infeudandi, niſi ſpatio dicti temporis.

Procedunt præmiſſa, vt videtis, quando tractatur de præſcribenda facultate infeudandi rem demanialem; aliàs non legitimè infeudatam. Quid ſi aliàs fuit legitimè infeudata? Hæc eſt alia quæſtio.

100 Ideo quæro an bona demanialia efficiantur excadentialia, & ſic conſueta concedi per vnicam tantùm infeudationem factam cum aſſenſu Regis, ita vt res ita infeudata, cū deuoluitur, poſſit poſtea per Baronem vt excadentialis concedi. Si attendere-

deremus id,quod dicunt Doctores in Prælatis infeudãtibus; quæſtio paruam, aut nullam dubitationem continet, quoniam ſine dubio Prælatus rem aliàs legitimè conceſſam, ſi deuoluitur, poteſt ad libitum concedere: & hoc caſu ſufficit vnica conceſſio, etiam ſi poſt octo dies deuolueretur. Ita [Pau. de Caſtro in conſ. 136. incipiente Viſo inſtrumento cuiuſdam inueſtituræ, Præpoſitus hic 9. col. & latè Curtius in 2. parte tractatus feudi. 4. quæſt. princip.] Sed vt ſupr. eſt notatum circa perſonas Eccleſiaſticas, & feuda Eccleſiaſtica in omnibus obſeruanda ſunt iura prædicta Canonica, & Conſtitutiones Põtificiæ, & Bullæ, ſi quæ ſunt.

In Regno autem circa Barones eſt magna dubitatio, & in hoc articulo diſcordant inter ſe Doct. Regni. [Afflict. namque in conſtit. conſtitutionem diuę memoriæ, nu. 67. tenet, quòd dicatur res excadentialis, vt poſſit per Baronẽ concedi ſine aſſenſu Regio, quando ſemel fuit legitimè conceſſa, & poſtea reuerſa Baroni: & ita eſt de mente [Capycij in deciſ. 156. nu. 20.] dum dicit,
102 quòd feudum planum, & de tabula per primam conceſsionẽ factam formiter cũ aſſenſu Regis efficitur alienabile in quemcunque, cum ſolo aſſenſu Baronis.

Contrariam opinionem, quòd bona aliàs demanialia Baroniæ non efficiantur excadentialia, & conſueta concedi per vnicam infeudationem factã cum licentia Regis, tenet [Camerar. in repetitione cap. Imperialem, fol. 73. col. 2. & 3. litera K. & L. de prohib. feud. alienat. per Federic. Oritur principaliter iſta contradictio, quia in articulo an aſſen-
103 ſus Regis interueniens in prima feudi infeudatione, licet fiat cum clauſula, vt à Barone teneatur, faciat feudum illud quaternatum, ſunt etiam contrarij [Afflict. enim in cap. 1. de controuerſia feudi apud pares terminanda, num. 29. verſ. Item aduerte] tenet, quòd aſſenſus non faciat feudum quaternatum: ſic etiam voluit in deciſione 282. num. 5. quia aliàs omnia feuda eſſent quaternata; & ita etiam tenet [Capyc. in ſua inueſtitura in verſ. feudalis aſſenſus, in verbo effectus, & in cap. feudorum genera, in verbo quaternatum, Iſernia autem in conſtitut. Regni Si aliquis Baro, tenet, quòd faciat feudum quaternatum, & ita videtur voluiſſe [in cap. 1. §. ſimiliter, in ſecunda additione, 3. col. in princip. num. 20. & 21. de Ca-
104 pitaneo, qui cur. vend.] vbi dicit, quòd Baro non eſt, qui habet plura feuda, ſed qui habet feudũ quaternatum ſub ſe; & dat conſilium, quòd ſi aliquis vult effici Baro, infeudet cum cõſenſu Re-

gis,vt ab eo,& ſub eo teneatur:& ita concludit [Camerar.contra Afflict. in repet. d. cap. Imperialem,fo.69.litera G.cum ſequentibus,& ſequitur Marinus Frecc. lib.1.fol.10. nu.39.

Nos autem videamus primò, pro Iunioribus, quæ dicātur feuda quaternata,& quot modis cōſiderentur ; Breuiter pro nunc, quantum attinet ad quæſtionem propoſitam,nos habemus plures
105 conſtitutiones vnde ſumpſit originem vox iſta feudi quaternati;vnam,quæ incipit,Iuſtitiarij nomen, & normam; aliam , quæ incipit Poſt mortem ; aliam quæ incipit Honorem noſtri diadematis; in quibus fit mentio de feudis , quæ in quaternionibus dohanæ Regis ſcripta inueniuntur . Erat forte eo tempore in Curia regiſtrum,ſeu liber in Archiuio, vbi conceſsiones feudorum regiſtrabantur, & notabantur quantum adohare debebant: & de eo libro fortè ; aut de libro collectarum,quæ tunc in Regno ante impoſitionem ducati vnius pro foculario Regi ſoluebantur, loquitur [Iſer.in c.1.verſ. Ille tamen,col.2.de controu. feu.apud pares terminanda,hodie verò in Regia Camera adſunt regiſtra, & vocantur quinterniones ; quos Iſernia vocat quaternos Donorum; in illis regiſtrantur omnes
106 ferè conceſsiones feudorum; feudā ergo , quæ in iſtis quinternionibus ſcripta inueniuntur ; quaternata dicuntur ſecundùm [Iſern. vbi ſupra Capyc. in ſua Inueſtitura in verbo feudorum genera , verſ. quaternatum , fol. 230. & de iſtis quinternionibus intelligitur , non autem de cedulario adohæ , vt intelligebat [Loffredus in dict. cap.1.de controuerſia feudi apud pares terminanda,in verſ.ibi aliud dicūt, vt bene aduertit [Iacobus de Gello in tract.iuris adohæ , & releuij,Camer.in repet. cap. Imperialem,fol.69.litera D. Differunt
107 autē inter ſe quinterniones, & cedulariū adohæ, quia in cedulario deſcribitur quantum feuda adohant ; in quinternionibus regiſtrantur conceſſiones feudorū, vt dixi,& aſſenſus etiam , vt infra dicam.

Dixi , quòd non omnes conceſſiones regiſtrantur: quia multoties Regia Curia feuda transfert per contractum venditionis, ſuper quibus contractibus conficiendis Curia habet ſuum notarium : iſti contractus non regiſtrātur in quinternionibus, prout regiſtrari deberent prò intereſſe Regis;immo (quod peius) annis non longè decurſis nec de illis habebatur notitia in Regia Camera,ad quam ſpectat cura Regij patrimonij; nouiſſimè tamen prouiſum eſt,vt de illis detur notitia in Camera,& notentur in libro particulari:,Regiſtrantur etiā

in

in dictis quinternionibus aſſenſus, qui præſtantur per Regem ſuper contractibus feudorum,
108 ſed non omnes: illi enim tantùm aſſenſus regiſtrātur, qui ſunt in translatione dominij feudorũ, nõ autem illi, qui ſunt ſuper obligatione bonorum feudalium, niſi adeſſet clauſula, quòd regiſtretur in aſſenſu, quæ multoties poni ſolet in his etiam aſſenſibus, ſed ſemper apponi deberet: quia multoties contingit ex iſtis obligationibus feuda adiudicari creditoribus, & curia nõn habet notitiam de translatione dominij in alium; cuius cauſa principaliter eſt introducta regiſtratio aſſẽſus in quinternionibus.
109 Hæc igitur feuda quaternata, vt ad rem redeam, alia ſunt quaternata ſimpliciter, vt ſunt illa, quæ ſcripta inueniuntur in quinternionibus, & procedunt ex Regia conceſſione: alia ſunt qua-
110 ternata ſecundùm quid; & ſunt illa, quæ tenentur in capite à Barone. Ponit iſtam diſtinctionem feudorum quaternatorum [Gloſ. in conſtitutione Regni vt de ſucceſſ. §. in omnibus, litera D. & in dicta conſtitutione Iſern. in principio, qui dicit, quòd poſſunt eſſe feuda quaternata, quæ tenentur in capite ab alio quàm à Rege; quæ nihilominus dicuntur teneri à Rege in quantum Rex concedit feudatario mortuo ſine liberis, ſecundùm terminos conſtitutionis Regni poſt mortem: & quia non poſſunt dici teneri in capite ſimpliciter, quia eſſet contradictio; dicuntur teneri in capite quoad quid, & ſic alia feuda quaternata quoad quid, alia quaternata tantùm. Probatur autem hæc diſtinctio in cõſtitutione Honorem noſtri diadematis, vbi fit mentio de feudis quaternatis, quæ tenentur in capite à Rege, & de feudis quaternatis, quæ tenentur in capite ab alijs.

Videamus modo exempla in iſtis feudis quaternatis, quæ tenentur in capite à Comite vel Barone, & communiter quaternata ſecundùm quid vocantur, & ſimul in quibus feudis exemplificantur conſtitutio Poſt mortem, & cõſtitutio Honorem noſtri diadematis, quæ loquuntur de iſtis feudis quaternatis, quæ non à Rege, ſed à Barone tenen-
111 tur. Et quidem plura exempla habemus: Caſtrum namque alicuius Baroniæ, ſeu Comitatus, ſi per Comitem, vel Baronem alicui concedatur in feudum, vt teneatur in capite ab eo cum aſſenſu Regis, erit ſine dubio feudum quaternatum ſecundùm
112 quid: Quaternatum ideo, quia caſtra omnia in Regno vt quaternata reputantur [Gloſ. in conſtit. Regni Iuſtitiarij nomen, & normam, litera E. vbi [Iſern. in verſ. item dicit gloſ. & Iſern. in

cap. 1. numero 10. de controuerſ. feud. apud par. termi. Capycius in ſua inueſtit. in cap. feudorum genera, verſic. quaternatum, Loffred. in cap. primo 8. colum. in principio de natur. ſucceſſion. feud. Afflict. in conſtitut. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 69. & in deciſ. 282. num. 4. Paris de reintegrat. numero 10. Secundùm quid, ideo quia non tenetur in capite à Rege, ſed à Barone: & propterea non poſſunt ſimpliciter quaternata vocari: & quod dictum eſt de caſtro, idem in burgo, villa, vel oppido, ſecundùm [Iſer. qui hęc parificat in conſtitu. Regni ſi dubitatio, poſt principium.]

Poteſt etiam poni exemplum in feudo quaternato ſeparato à Baronia, & de per ſe ſcripto in quinternionibus, ſi per Baronem, ſeu Comitem alteri in feudum cum aſſenſu Regis concedatur, vt immediatè, & in capite ab eo teneatur: quoniam ex eadem ratione erit feudum quaternatum ſecundùm quid.

113 Poteſt tertiò poni exemplum in feudo quaternato, quod Rex habebat intus Baroniam, aut Comitatum, quod Rex in conceſſione Baroniæ, aut Comitatus voluit, vt à Comite teneretur, ſubijciendo illi ſuum feudatarium, quod poteſt; quicquid di-

114 cat [Bald. in conſ. 326. num. 4. 1. volum. incipente Rex Romanorum, qui voluit Imperatorem non poſſe feudatarium ligium Imperij alteri ſubijcere; & illius auctoritate ita in Rege, vt non poſſit ſuum feudatarium immediatum alteri ſubijcere, voluit [Capycius in deciſ. 162.] Contrarium namque verum eſt, & ſic deciſum refert [Camerar. in cap. Imperialem fol. 71. litera N. O. & P.] inter Comitem Sanctæ Seuerinæ, & Comitem Aielli: & ſic iterum meis temporibus eſt deciſum in cauſa Illuſtriſ. Principis Oſtiliani.

115 Quartò ponitur exemplum in re demaniali conceſſa per Baronem cum aſſenſu Regis, vt teneatur in capite ab eo: dicit náq; [Camerar. in dicto fol. 69. poſt Iſer. in dicta conſtit. Regni ſi aliquis Baro] quòd hoc feudum ex regiſtratione aſſenſus in quinternionibus efficitur quaternatum: & quia tenetur in capite à Barone non eſt ſimpliciter quaternatum, ſed ſecundùm quid. Addit quòd ſi nõ eſſet hoc alia ratione tenendum, ita dicẽdum eſt propter clauſulam, quæ per fiſcales introducta fuit in præſtatione aſſenſus ſuper conceſſione rei demanialis in feudum, quæ fit per Baronẽ, ſcilicet dũmodo immediatè à Regia Curia teneat, addiderũt illud verbum immediatè, quaſi nullo modo teneat ab alio.

In hoc exemplo conſiſtit tota difficultas: quoniã ſi feudũ hoc, quod

quod tenetur in capite à Barone, ex conceſſione rei demanialis in feudum cum Regis aſſenſu, eſt incluſum in dicta conſtitutione poſt mortem, loquente de feudis quaternatis, quæ tenentur in capite à Barone; res eſt expedita; Siue attendamus opinionem, quòd feuda de quibus illa conſtitutio loquitur, aperiantur cum
116 deuoluuntur Regi, vt tenet [gloſ.& Iſern.ibi, idem Iſern.in conſtit.ſi quando, de pęn.foriud. & in cap.1.§. ſi vero violator pacis,verſ. hæredes,de pac.tenen.] Ceſſat enim tūc conſtitutio Cōſtitutionem diuæ memoriæ, quæ dum permittit excadentias concedi per Baronem,eſt intelligenda de feudis,quæ excidunt Baroni. Siue attendamus opinionem Camer. in d.fol.70.quòd aperiatur Regi quoad nudam collationem tantum, quia iam conſtat; quòd Baro non poteſt conferre cum deuoluitur. Siue attendamus capitula Honorij, in quibus quòd Baro confert perſonæ idoneæ præſentandæ Regi, iam videtis non poſſe ſolum Baronem conferre. Vt vidiſtis in hoc eſt controuerſia, quia Afflictus, & Capycius tenet quòd non: Camerar. & Frecc. ex mente Iſern. tenent in effectu quòd ſic. Videamus rationes vtriuſque opinionis in articulo,de quo agitur.

Pro opinione,quòd non poſſit ſolus Baro, tres rationes principales conſiderantur per Iſern. & Camerar.Prima, quod Rex,aſsētiendo,videtur dare: ſed quando dat feudum,eſt quaternatum:ergo, &c. Secunda, quia aſſenſus præſtitus de concedendo in feudum vni,non extenditur ad aliū. Tertiò auctoritas fiſcalium, qui adinuenerunt clauſulam, Dummodo immediatè, & in capite à Rege teneatur.

Pro opinione, quòd poſſit ſolus Baro (licet iſti non dicant) facit primò deciſio [Iſern.in c.1.
117 de cōtrou.feud.apud par.term.n.10.dum in facultate infeudandi in Regno æquiparat Barones; & Prælatos: ſed in Prælatis ſufficit vnica collatio legitimè facta, vt ſupra fundaui: ergo, &c. Secundò priuilegium, & conſuetudo æquiparantur [cap.ſuper quibuſdam,de verb. ſignif.] Sed quando acquiritur facultas ex conſuetudine, poteſt ſolus Baro: ergo idem quando ex priuilegio, & ex aſſenſu Regis. Tertiò etiam in hoc feudo, ſi pluries fuit deuolutum,verificantur verba conſtitutionis in verbo excadētias, ſub antiquo ſeruitio. Quartò Rex præſtitit aſſenſum vt teneretur in capite à Barone: ergo debet poſſe ſolus Baro conferre cum deuoluitur.

Et tenendo iſtam partem, poteſt dici non eſſe verum ſimpliciter, quòd Rex aſſentiendo,videtur dare,vt [Iſer.ſe ipſum de-

clarat in cap. Imperialem col. 4. & 5. de prohib. feud. alienat. per Federic.] quia dicitur dare, quia facit tranſire dominium in emptorem, & conſenſus perficit actum, vt valeat alienatio, perinde ac ſi poſſet ſine aſſenſu fieri: propter quod [Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum] dicebat, quòd Dominus conſentiendo non videtur alienare, ſed alienanté non impedire, & ius eius prorogare, non de nouo concedere.

118 Res eſt in ancipiti, vt videtis. Ego autem ex auctoritate Iſern. & ex alijs rationibus vltra Iſern. & Camer. teneo opinionem, quod ſolus Baro non poſſit concedere feudum hoc cum deuoluitur. Et primò ponderanda eſt deciſio Iſern. in conſtit. ſi aliquis Baro, vbi apertè hoc voluiſſe videtur;

119 dicit namque, quòd Baronia eſt caſtrum habens ſub ſe feudũ quaternatum, & ſi quis habet plura feuda, ſiue ſint quaternata vel non, det vnum alij cum conſenſu Regis, vt ab eo, & ſub eo teneatur, & erit Baro. Non ergo ſe reſtringit Iſer. in conceſſione caſtri, vel feudi aliàs quaternati; quinimmo loquitur, licèt fiat conceſſio feudi non quaternati; hoc poteſt exemplificari in feudo plano, & de tabula ſub

120 Rege, quod eſſe poteſt, quicquid dicat [Frecc. lib. 2. 5. auctoritate numero 7.] Contrarium namque tenet [Afflict. in conſtit. ſtatuimus. la 2. & in d. deciſ. 282. num. 4. quem ſequitur Camer. fol. 69. litera O. & melius; & exēplum poteſt poni in feudo plano deuoluto penes Regem tenentem Comitatum ſibi aper-

121 tum, ſicut Baro, non vt Rex infeudauit, ex his quæ dicit [Bald. de pace conſtant. in verſ. priuilegia, quem ſequitur Roma. in ſingul. 623. Felin. in cap. cum non liceat, num. 7. de præſcriptio. Afflict. in prælud. conſtitutionum Regni quæſt. 25. & in conſtit. Regni poſt mortem.] Poteſt etiam exemplificari dictum Iſer. in re demaniali, quæ de per ſe non eſt ſcripta in quinternionibus, nec in alio poteſt congruè adaptari, & ſic ſine dubio Iſernia tenet iſtam opinionem, quòd non poſſit ſolus Baro.

Rationes autem vltra Iſern. & Camer. ſunt; Prima, quia hoc feudum non eſt incluſum in verbo excadentias, in conſtitutione poſitum, quia loquitur de feudis ab antiquo conceſſis, cum dicit ſub ſeruitio, prout antiquitus cōcedi conſueuerunt; ſed feudum conceſſum per menſem ante non poteſt dici ab antiquo: ergo ideo gloſ. ibi dicit ſub ſeruitio conſueto, & Iſern. ibi ſub ſeruitio antiquo, & conſueto, & hic exponendo illud verbum excaden-

122 tias, dicit, ideſt conſueta dare alijs per Comites, & Barones; vt ſunt planæ, & de tabula, ſi non ha-

habent locum verba conſtitutionis,nec diſpoſitio vulgata [l. 4.§. totiens.ff.de damn. infect.] & incluſio antiqui feudi excludit feudum de nouo conceſſum [l.cum prætor.ff.de iudic.]

Secundò feudum hoc eſt incluſum in conſtitutione Regni poſt mortem, quæ loquitur de feudis, quæ tenentur in capite à Barone, & reperiuntur deſcripta in quinternionibus: quia hoc feudum eſt huiuſmodi, tenetur namque in capite, & ex regiſtratione aſſenſus reperitur deſcriptũ in quinternionibus: duobus nãq; modis poteſt teneri feudum in capite à Barone; altero ex conſuetudine infeudandi; altero verò in exemplis, quæ ſupra poſui. Et ideo duas conſtitutiones habemus: alterã ſcilicet conſtitutionẽ diuæ memoriæ,& loquitur tantùm de his, quæ tenentur ex conſuetudine in capite; altera verò,& eſt conſtit.poſt mortem, loquitur de his feudis, quæ non ex conſuetudine,ſed aliter tenentur in capite à Barone.

Tertiò principaliter conſidero,quòd res illa demanialis, quæ per Baronem à caſtro. ſegregatur, & alteri cum aſſenſu in feudum conceditur,vt ab eo teneatur, virtualiter deſcripta eſt in quinternionibus, & quaternata dicitur inſimul cum caſtro tanquam pars feudi quaternati: in toto namque pars ineſt, [l.ſi quis cum totum. ff.de re iudic.] cum à feudo per conceſſionem hoc
123 modo ſegregatur, & remanet feudum de per ſe tanquam feudi pars diuiſa,[l.is qui.§.ſi quis partem. ff. communia prædio. per quem ita voluit Iſern. in cap. 1. verſ. & olim in princ. de ſucceſſ. feud.] remanet res illa prout erat ante conceſſionem, & ſeparationem ſub natura feudi quaterna-
124 ti,ſicut dicitur in caſale, quod ſeparatur,& eximitur à ciuitate, vt retineat priuilegia, quæ prius homines caſalis habebant vt ciues illius ciuitatis, vt eleganter probat [Paulus de Caſtr. in conſ. 307.incip. Videtur quòd non re-
125 tineant, volum.2.] & ſicut dicitur,quòd ſi natura feudi alteratur in vno,remanet in alijs, ſecũdùm [Iſer.in cap.1.§.ſed nec alia iuſtior, num. 35. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. & in cap. 1. §.huius autem generis, nu.12. ex quibus cauſ.feud. amitt.]

Et ſi quis veſtrum diceret,nõne iſta ratio locum habet etiam quando Baro præſcripſit facultatem infeudãdi rem aliquam demanialem ex curſu legitimi tẽporis, vt etiam res illa remaneat ſub primæua natura feudi quaternati? Reſpondeo, donec Baro præſcribit licentiam, rem demanialem infeudandi, duo præſcribit, facultatem illam concedendi, & ſimul ex præſcriptione alterat illius rei naturam:quia cum ſola

ſola ipſius conceſſio interueniat, nulla fit deſcriptio illius rei in regiſtris,& quinternionibus Curię: poteſt namq; hoc caſu Baro contra Regem præſcribere, vt probat [Iſern. in cap. 1. num. 12. de controuer. feud. apud par. termi.] At quando Baro obtinet à Rege licentiam alicui infeudandi rem demanialem, in hoc tantùm Regi præiudicatur, vt fiat ſegregatio, & in conceſſionaria res illa transferatur: & fit gratia Baroni circa ſubalternationem ſui dominij; qualitas affixa rei, ex vi incluſionis in toto, non ſolum remanet de iure ex pręmiſſis, ſed etiam ex regiſtratione aſſenſus in quinternionibus; conſeruatur ad beneficium Regis, vt duret ſub natura feudi quaternati prout erat: & iſta conſeruatio non poteſt conſiderari, quando ex conceſſionibus ſine aſſenſu rerum demanialium, Baro mediante præſcriptione quærit infeudandi licentiam. Immo per actum cõtrarium, qui interuenit, cũ omittatur regiſtratio, Regi præiudicatur.

Nec obſtant rationes contrariæ opinionis. Et primò non obſtat auctoritas [Iſern. in cap. 1. de controuerſ. feud. apud par. term.] æquiparantis Barones, & Prælatos: quia æquiparatio procedit in his, quæ ſunt ſolita, & conſueta infeudari, non autem in infeudatione, quæ à principio fit validè, & maxima eſt ratio diuerſitatis, vt vidiſtis.

Secundò non obſtat, quòd priuilegium, & conſuetudo ęquiparantur. Quia donec Baro præſcribit conſuetudinem, & licentiam infeudandi, non reſtringit ſe potiùs ad vnũ, quàm ad aliud, ſed præſcribit generaliter licentiam infeudandi: & propterea poteſt, cum deuoluitur, alteri infeudare, ſicut dicitur in aſſenſu generali impetrato ad alienandũ feudum: poteſt enim cuicunque
126 vendere, vt [Iſern. conſiderat in cap. Imperialem num. 4. de prohib. feud. alien. per Feder.] qui dat cautelam, vt impetretur aſſenſus generalis. At Baro dum infeudat alicui certæ perſonæ cũ aſſenſu Regis, non acquirit licentiam generalem, & proinde, cum
127 deuoluitur, non poteſt alteri ſine nouo aſſenſu cõcedere, quia aſſenſus alienandi in vnã perſonã non extenditur ad aliam, ſecundùm Iſern. vbi ſupra: & finita cauſa illius aſſenſus, & licentiæ,
128 ſeu priuilegij concedendi in feudum certæ perſonæ ex deuolutione feudi, finitur priuilegium; [l. Titia. §. vſuras. ff. de legat. 2.]

Tertium non obſtat, quia nos agimus de prima deuolutione, & ſi Rex quæſiuit poſſeſſionem conferendi, legitimè ſemper cõfert.

Vltimò non debet eſſe in conſide-

ſideratione, quòd Rex aſſenſum præſtitit, vt feudum teneretur in capite à Barone, quia hæc qualitas, quòd teneatur in capite, non infert de neceſſitate, quòd ſolus Baro poſſit. De Afflicto non eſt curandum, & vnica tantùm ratio ſufficiat ad demonſtrandum ꝙ Affl. veros terminos ignorauit: quia ex vno latere tenet, quòd in alienatione feudi, quod à Barone tenetur, etiam ſi ſit planum, & de tabula, requiratur aſſenſus vtriuſque, Baronis, & Regis, vt dixit in [cap. Imperialem 12. notab. num. 14. & in d. deciſ. 282.] ex alio latere tenet, quòd feudum conceſſum cum aſſenſu per Baronem, poſſit ſolus Baro conferre cum deuoluitur: & tamen nulla probabilis poteſt conſiderari in propoſito differentia, cur potius requiratur aſſenſus Baronis, & Regis in alienatione, quàm in collatione, cum feudum de-
130 uoluitur, poſtquam aſſenſus interueniens in alienatione feudi, habet vim collationis, & inueſtituræ, idem [Afflict. in cap. Imperialem. §. præterea, lo primo. nu. 2. de prohib. feud. alien. per Feder. & in deciſ. 248. nu. 6. optimè Bald. in cap. ſi facta, vbi Præpoſ. ſi de feud. defunct. mili.] vbi quòd emptor dicitur ſuccedere in feudo ex perſona domini, & quòd venditor videtur ius vtilis dominij in manus domini remittere, & breui manu à domino peruenire ad emptorem, & occultatur vnus actus iuxta terminos [textus in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat.]

131 Succeſſiuè quæro, vt feuda excadentialia, ideſt ſolita per Barones concedi, efficiantur de demanio Baronis; & ſic mutent naturam, vt non poſſint concedi, quid requiratur, & quomodo
132 hoc fiat. Hanc quæſtionem Doctores tractant circa res Eccleſiæ conſuetas infeudari, & ſunt plures opiniones in articulo. Alij namque tenent, ꝙ poſt ſequutā deuolutionem, eo ipſo quòd Prælatus adeptus fuerit poſſeſſionē, effecta ſit res de demanio, & non poſſit amplius cōcedi. Alij, quòd poſt annum efficiatur de menſa, ſeu de demanio. Alij requirunr annum, & ſimul deſcriptionem inter bona Eccleſiæ. Alij, quòd requirūtur quadraginta anni poſt deuolutionem. Alij quòd requiruntur triginta tantùm. Alij, quod ſufficiant decem anni. Alij autem non requirunt curſum temporis, ſed requirunt expreſſam declarationē, aut quòd ſaltem conſtet ex coniecturis, quòd voluit effici de menſa inter bona demanialia. Alij ex proprio capite diſtinguētes plures caſus, nunc vnam, nunc aliam ex præmiſſis opinionibus recipiunt. Videamus ergo de ſingulis opinionibus, quæ ſit verior, & quid tenendum in quæſtione propoſi-

ta

ta in hoc Regno.

Prima opinio, quòd ſufficiat ſola poſſeſſionis acquiſitio, fuit vt aiunt [Ioannis de Lign. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutio.] quæ communiter reprehenditur tanquam ſola ipſius auctoritate ſuffulta; & quia contra [textum in cap. 1. de cleri. qui inueſti.fac.] vbi præſupponitur valida inueſtitura rei conſuetæ cõcedi, licèt poſt adeptam poſſeſſionem; & etiam contra [text. in c. 2. extra de feud.] Ita cõtra Io. de Lign. cõcludit [Roman. in conſ. 70. Barbat. in c. 2. extra de feud. 1. col. non faciens mentionem de Roman, & Curt. in 2. part. tractatus feudi 5. quæſt. principali, 1. colum. in fin.] & ita quòd non ſufficiat ſola poſſeſſio, tenuit [Bald. per illum textum in fine in c. 1. de cleric. qui inueſti. fa. quem ſequitur Aluar. hic 4. colum. licèt Præpoſ. in cap. 1. Epiſcopum, vel Abb. & Claud. Seyſel. in ſpeculo feudorum, de his qui feud. dare poſſ. verſ. Secundò principaliter, col. 19.] falsò allegent Bald. tenentem, quòd ſufficiat ſola poſſeſſio.

Secunda opinio, quòd poſt annum efficiatur de menſa, ſumpſit originem ex dicto [Archidiacon. in cap. de gradibus, 35. quæſt. 8.] qui dicit, quòd non dicitur nouum feudum poſt an-
133 nũ: & ideo ſi quis Epiſcopus iurat non infeudare niſi nouum feudum, ſcilicet quod nouiter reuertitur ad Eccleſiam; non licebit ei poſt annum illud infeudare, quia iam non eſt nouum feudum, cuius dicti auctoritate [Cardin. in cap. 2. extra de feud. quæſt. duodecima] videtur concludere, quòd ex poſſeſſione, & perceptione fructuum, ſicut de alijs bonis de demanio, ſeu de menſa per annum deſinit eſſe conſueta infeudari, & fieri de menſa; Et ita apertè tenuit idem [Card in conſ. 34.] & ſequi videtur [Abb. in cap. vt ſuper, nu. 10. de rebus Eccleſiæ non alienan.]

Iſtam opinionem impugnat [Imol. in d. cap. vt ſuper, num. 7.] ponderando principaliter, quòd Archidiaconus non dicit id, ad quod Cardin. eum allegat, quòd res conſueta concedi, reuerſa ad Eccleſiam poſt annum, efficiatur de menſa, & concedi non poſſit; ſed loquitur in Epiſcopo, qui iurauit non infeudare niſi feudum nouum, quòd poſt annum feudum reuerſum deſinit eſſe nouum, & includitur in iuramento de non infeudando; & ſublata illius auctoritate nihil probabile remanet pro illa opinione; Ideo [Ancharan. in conſ. 156. incipiente Propter] dicit, quòd non eſt probabilis opinio illorum dicentium, quòd ſi non infeudat Prælatus infra annum, ſint bona deuoluta effecta de menſa; quia taciturnitas tenet

me-

medium inter velle, & nolle, & accedit ad deliberationem, vt patet in hærede, qui, niſi attingat aliquid, non videtur adire, ſed deliberare. Nec iſta præſcriptio annalis reperitur in iure in illo caſu, nec ratione iuuatur: & ita quòd non ſufficiat annus, tenet [Barbat. in d.cap.vt ſuper, & in clem.1.de reſcript.] ponderando inter alia pro opinione, quòd non ſufficiat annus [text.in d. cap. vt ſuper] qui adducitur pro alia opinione: ibi namque præſupponebatur, quòd Prælatus tenuit ad manus ſuas rem illam deuolutã; immò in textu dicitur, quòd in proprium vſum excepit, & quod tenuit donec vixit, & potuit eſſe ſatis vltra annum, & alijs non infeudauit, & nihilominus Sũmus Pontifex ibi non firmat, quòd ex hoc fuerit effecta de menſa.

Tertia opinio, quòd requiratur annus, & deſcriptio inter alia bona de mẽſa Eccleſiæ, attribuitur Petro de Ancharano in cap. vt ſuper: quæ falſa reputatur, quia iam ſola deſcriptio ſufficit,
134 vt [in l.ſi vacantia. C.de bonis vacantibus lib.10.]

Quarta opinio, quòd requirãtur anni quadraginta, fuit originalis [Io.de Imo.in d.c. vt ſuper. num.7.& in cap.2.num.40.extra
135 de feud.] ea ratione, quia requiritur præſcriptio quadraginta annorum ad inducendum certũ ſtatum in Eccleſia [argum.eorũ, quæ habentur in c. ſi beneficio, de præbend.in 6.]

Quintam opinionem, quòd ſufficiant triginta anni, poſuit Iſer.hic num.4.quia conditio rei hoc tempore mutatur ſicut conditio perſonæ, ſi tanto tempore quis curiæ ſeruiſſet [l.eum qui.C. de fundo rei priua.] & quia tanto tempore acquiritur ius vaſſal-
136 lagij, ſi aliquis vt meus homo, & vt meus vaſſallus ſtet tanto tẽpore: & ita etiam voluit [Iſer. in cap.Imperialem.§.nec dominus. nu.48. de prohib. feud.alien.per Feder.] loquens in rebus Regi deuolutis, vt per hoc tempus efficiantur de demanio Regis, & ſubiaceant legi, quæ loquitur quomodo Rex poteſt procedere ad alienationem eorum, quæ ſũt de demanio Regni: & ſic tenet etiam Mar.Lauden.in d.cap.1.de his qui feud.dar.poſſ.]

Sexta opinio, quòd ſufficiant decem anni, fuit [Barbat.in dicto cap.vt ſuper, argumento l.ſi filius C.de petit.hæred. l.qui aliena. §. quòd ſi non adierit. ff. de acquir. hæred.]

Septima opinio, quòd tempus non ſufficiat, ſed requiratur, vt fiat incorporatio, & res fiant de menſa; quòd per officiales ſint deſcriptæ in libro aliarum poſſeſſionum de menſa; vel quod Abbas declarauerit effectas eſſe de menſa, vel incorporatas; fuit [Bart.in l.ſi vacantia, verſus fin.

C.de

C.de bon.vacan. lib.10.] qui falſò allegatur,quòd teneat opinionem, quòd poſt annum efficiatur de menſa : Quoniam licèt primò per verbum videtur, ponat hanc opinionem;tamen poſt
137 in ea non perſiſtit, ſed requirit vel deſcriptionem in libro inter alia bona menſæ, vel expreſſam declarationem,per illum tex.qui ita dicit incorporationem, quæ
138 debet fieri in beneficium fiſci, Eccleſia enim fiſcũ habet, Clemen. volentes,de hæreticis:& cũ iſta opinione Barto. reſidet poſt multa [Curt. in d.5. quæſt. principali. Hanc opinionem reprehendit [Barbat. in dicto cap. vt
139 ſuper,quia textus in l.ſi vacantia] qui requirit deſcriptionem, loquitur in rebus, quæ nunquam fuerunt fiſci nec directè, nec vtiliter : ideo nimirum ſi requiritur deſcriptio per officiales ad hoc deputatos, vt dicantur incorporata fiſco,aliud in bonis,quorum directum dominium ſemper fuit penes Eccleſiam, licet vtile fuerit penes alium : & ideo non requiritur ſolemnitas tam amara, & exacta in iſtis bonis; quia res
140 de facili redeunt ad naturam ſuam [l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis : quam ponderationem à dicta l.ſi vacantia facit idem Barbat.in conſ.vlt. 4. volu. inter conſilia Alexandri, vbi ob-
141 litus eorum,quæ dixit in dict. cap. vt ſuper, circa intelligentiã Bar.in d.l.ſi vacantia,allegat Bar. dicentem,quòd poſt annum bona efficiantur de menſa.

Octaua opinio diſtinguens inter præmiſſas opiniones, fuit [Claud.Seyſel.in ſpeculo feudorum, de his qui feud. dar. poſſ. verſ. Secundò principaliter, col. 19.] tenet namque, quòd ſufficiat ad hoc, vt res efficiatur de menſa, expreſſa declaratio Prælati, vel deſcriptio per alios officiales deputatos in libro aliarum rerum de menſa : Sed negat non poſſe aliter bona effici de menſa, & recipit opinionem, quod requiratur annus, & deſcriptio ad finẽ
142 excludendi cõſanguineos;quibus ſi non fit renouatio emphyteuſis,fit iniuria,ſecundùm [Bar. in l. 1. §. permittitur.ff.de aqua quotidiana,& æſtiua] aliàs ſufficiat ſola deſcriptio; ſed in hoc decipitur : quia tunc fit iniuria conſanguineis, ſi non fit renouatio, quando vult alijs concedere; ſed ſi vult retinere pro ſe,non tenetur,ita [Abb. in cap.bonæ. nu. 28.de poſtulatione Prælatorum] intelligit opinionem Iſern. quòd requirantur triginta anni, quando ſumus in dubio, quòd non conſtet nec de voluntate incorporandi,nec de contraria voluntate; excludit longum tempus, quando conſtat, quòd Prælatus diſtulit iterum concedere, ſed animo non incorporandi illa menſæ, ſed animo inueniendi bo-

bonum vaſſallum, aut propter aliquam iuſtam cauſam temporalem;& recipit opinionē, quòd ſufficiat decennium, quando cū hoc ſpatio tēporis concurrit, ꝙ Prælatus de bonis deuolutis fecit idem,quod de alijs bonis de menſa, non ſolum circa perceptionem fructuum, ſed hæc bona deuoluta locauit ſimul cum alijs,& ponendo ſimul rationem de illis cum ſuis procuratoribus: & iſta coniectura ceſſante,tenet, quòd erit in arbitrio iudicis conſiderare ex qualitate perſonæ, & rei,& ex quantitate temporis an præſumatur incorporata necne: putat tamen, quòd non debeat æſtimari tempus minus decennij, nec plus triginta annorum.

Quid dicendum in hac,non dico varietate, ſed confuſione ſcribentium? attendite, quia nouas, & vtiles conſiderationes habebitis. Et quia veritas in hoc articulo pendet ab ardua quæſtione male tacta, & minus bene digeſta in Regno, an ſcilicet
143 Baro feudum planum, & de tabula ſibi deuolutum poſſit per ſe retinere in demanio, vel teneatur præcisè illud alteri concedere; Et in hoc articulo ſunt duæ opiniones: quia alij tenent, quòd non poſſit tenere in demanio; alij quòd teneatur præcisè concedere ſub ſeruitio conſueto. Ideo dicam quid iuris in quæſtione propoſita ſecundùm vtramque opinionem, & veritatem habebitis in illa quæſtione, quam infra latiùs explicabo.

Tenendo ergo opinionem, ꝙ Baro poſſit feudum, quod ſubeſt Baroniæ, tenere vnitum,& ſeparatum ad libitum,ſecūdùm [Lucam de Pen.in l. quicunque, la prima,col.fin.C.de fundo limitr. Capyc.in cap.Imperialem.§.callidis, 2. col.de prohib.feud.alien. per Feder.] Nam videtis, quòd Baro reputatur paterfamilias in feudis planis,& de tabula deuolutis,ſaltem ad finem applicandi illa mēſæ,& proinde poteſt hoc, ſicut quilibet in allodio ad libitum vnire fundos ſeparatos, & diſtinctos, ſicut vnum in plures
144 diuidere. Fundi namque deſtinatione patrisfamilias conſtituuntur pro arbitrio voluntatis [l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff.de legat. 1. l. ſi quis duas. §. ſi quis parte. ff. communia præd. vbi gloſ. in verbo ſed fundus. l. locus, vbi gloſ. in verbo conſtituendum. ff. de verbor. ſignif. l. Seio. §. tyranni. ff. de fundo inſtructo.]

145 Laborandum eſt ergo, hac opinione attenta, quomodo, & ex quibus actibus inducatur vnio prædiorum ſeparatorum. In quo ponderate in primis [text. in l. prædij, in §.Titia.ff.de legat. 3.] vbi ad hoc vt inducatur vnio, requiritur,quòd litteris, & rationibus ſub vno nomine plures fun-

dos continere voluerit paterfamilias, redditus vtriuſque poſſeſſionis confusè acceptos ferre ſub vno titulo, in quo vtrumq; prædium continebatur, & ibi eſt bona gloſ.in verbo redditus,quæ ponit exemplum quãdo paterfamilias vtroſq; fundos tenebat ſub eiuſdem villici cura, qui percipiebat fructus omniũ; pendet namque à voluntate Patrisfamilias, declarata per actum facti, quando ſub vna fundi appellatione vtroſque continere voluit; probat [tex. in l.Seio. §. Tyranni. ff. de fundo inſtructo, & inſtrumento lega.] Nec ſufficit,quòd ſimul plures fundos locauerit, ſicut dicitur, ad hoc vt inducatur diuiſio eiuſdem fundi in plures;quia potuit fieri; vt cõgruentius locaretur. eſt [textus in l.Caius.§.1.ff.de legat.2.] & ꝗ requiratur actus facti, qui de neceſſitate inferat vnionem,probat [Alex.in cõſ.169.5.vol.n.9.] vbi dicit,quòd licèt duę poſſeſſiones vni locentur colono; nõ per hoc iudicatur vna poſſeſſio,nec ſufficit hæc vnio ad oſtendendum, quòd paterfamilias habuerit pro vna & eadem poſſeſſione,ſed requiretur, quòd appareat, quòd pro vna poſſeſſione habebat, & ſub vnico nomine appellabat, atque locabat: quia ſola ſimplex locatio, quæ plerunque fit ſub vno magis,quàm alio modo,gratia commodioris culturæ, non arguit vnitatem,vel pluralitatem fundorum,ſed eſt neceſſe, vt fiat aliquis actus facti in fundo,vt inducatur diuiſio,& fiant plures; & ſic etiam in vnione plurium fundorum, quòd ſub vno nomine, & ſub appellatione vnius,& eiuſdem fundi paterfamilias habuerit, in tantum quòd ſubdit num. 10.quòd ſi teſtes ſimpliciter de vnione loquerentur,non ſufficerent,cum teſtis debeat de neceſſitate concludere,quia poſſet intelligi de vnione facta gratia cõmodioris culturæ,quæ non ſufficit:& ita vltra Alex.eſt etiam de mente [Soccin.in l.1.col.2.& 3. verſ.primus caſus,& verſ.quartus caſus. ff. de rebus dubijs] quod
146 notate, quando prætenditur, quòd ex eo, quòd Barones in pluribus Caſtris deputauerunt eundem Capitaneum, vel eundem ærarium ad exigendos introitus omnium, vel in eadem Baronia aliàs vnita, plures deputauerint officiales,aut plures ærarios, licèt à tempore immemorabili prætendatur, quòd ſit facta vel vnio plurium caſtrorũ, vel diuiſio eiuſdem Baronię:quia cum iſti actus de neceſſitate non inferant poſſeſſionem vnionis, aut ſegregationis, cum potuerint fieri gratia commodioris adminiſtrationis iuſtitiæ, & exactionis introituum Baronalium,non poteſt ex hoc allegari præſcripta vnio,aut ſeparatio.Si iſtos terminos

nos attendamus, prout attendi omnino debent ſaltem reſpectu Prælatorum; videte quomodo omnes ſcribentes in hoc articulo nó benè dicunt, excepto Bartolo: Tractât enim vel per viam præſcriptionis, quæ nullo pacto ſine poſſeſſione procedere poteſt [cap.ſine poſſeſſione de reg. iuris in 6.] vel non admittunt actum declaratiuum voluntatis Prælati, quòd voluerit vnire ſine aliquo temporis ſpatio; nulla opinio ex præmiſſis, de per ſe ſtare poteſt: quod oſtendo arguendo hoc modo. Aut Baro, vel Prælatus poſt deuolutionem nullum actum fecit circa rem deuolûtam poſitiuum ſuæ voluntatis perneceſſe, quòd voluerit vnire cum alijs bonis demanialibus, vel de menſa; & non poteſt prætendi, quòd cęperit poſſidere rem illam vt vnitam, ſi deficit poſſeſſio, deficit præſcriptio; quia ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit [cap.ſine poſſeſſione,de regu. iur.in 6.] Aut fecit actum poſitiuum ſuæ voluntatis non dubium, non æ-
147 quiuocum, ſed certum, inferentem vnionem; & tunc quia voluntas facto declaratur [l.Paulus. ff. rem ratam habere] non egemus aliquo temporis curſu, ſed ſtatim erit de demanio. Solus ergo Barto in dicta l. ſi vacantia, & poſt eum Angelus veriorem opinionem in hoc articulo firmauit, dum voluit in effectu neceſſariam eſſe declarationem Pręlati expreſſam, quòd velit bona deuoluta menſæ applicare, vel tacitè ponendo exemplum deſcriptionis in libro aliarum rerum menſalium: quod notate ſecundùm iſtam opinionem, quá-
148 do Barones deſcribi faciunt feuda excadentialia poſt deuolutionem tempore reintegrationis in inuentario, quod fieri conſue-
149 uit, & inter bona demanialia: principium enim libri oſtendit id de quo liber loquitur [l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium. ff.de eden.] ſicut Iſer.conſiderat quá-
150 do feudum reperitur deſcriptum in regiſtro feudorum quaternatorum, vt quaternatum dicatur, in [cap.1.§. huius autem generis. ff.ex quibus cauſis feudũ amitt.] non tamen negat poſſe aliunde apparere de voluntate Prælati, aut Baronis ex coniecturis; quia quod poteſt fieri expreſſè, poteſt fieri tacitè; cautela tamen erit pro Barone, ſecundùm præmiſſam opinionem, qui vult
151 ſibi conſeruare libertatem cócedendi excadẽtialia poſt deuolutionem, nó obſtante temporis curſu, propter auctoritatem Iſer. aut aliorum, vt proteſtetur, quòd nó retinet penes ſe animo incorporandi cũ alijs bonis demanialibus ex curſu temporis, aut per actũ quemlibet circa rem faciẽdã, ex quo poſſit inferri ad vnio-

nem cum bonis demanialibus:
152 proteſtatio namque præcedẽs in actibus dependentibus ex pura voluntate alterius, tollit conſenſum ab actu ſequenti; notat [Bart. in l. qui aliena. §. Celſus, in princ. ff. de acquir. hæred.] & ſic erit tutus concedendi in poſterum: & iſta tenendo, vt dixi, opinionem, quòd Baro poſſit ad libitum concedere, & retinere pro ſe in demanio.

153 Sed tenendo aliam opinionem, quòd teneatur illa concedere ex vi clauſulæ, quæ in priuilegijs poni ſolet, quæ de demanio in demanium, quæ de ſeruitio in ſeruitium, quaſi quòd Rex voluerit in conceſſione, vt feuda aliàs ſub ſeruitio conceſſa, cum deuoluuntur, concedat ſub eodem ſeruitio; quia aliàs non retineret hæc in ſeruitium, prout teſtatur eſſe de conſuetudine Regni, Paris de reintegr. feu. fol. 4. & tractaretur de præſcribendo cõtra Regem, & de alterando rei qualitatem contra ſuam voluntatem; & proinde eſſet neceſſaria præſcriptio centenaria, vt dixi ſupra in præſcriptione conſuetudinis infeudandi rem demanialem per conſtitutionem Regni quadriennalem, & auctoritate [Iſern. in cap. 1. num. 12. de controuerſia feudi apud par. termi.] Sed quia hæc conſuetudo non ſatis conſtat, ideo vt obiter etiã hic articulus pleniùs pateat,

Quæro vtrum Baro poſſit feudum planũ, & de tabula ſibi deuolutum, vnire ad libitum cum Baronia, vel teneatur alteri concedere ſub eodem ſeruitio. Hanc quæſtionem tangit in Rege [Bal. in cap. 1. §. ſi verò, qualiter olim poterat feudum alienari, in fine,] & dicit, quòd ſi Baro aliquis me-
154 reatur amittere feudum; Imperator, vel Rex non debet ſibi illud appropriare, ſed alteri Baroni concedere, qui eadem munera debeat ſucceſſione ſubire, ſequitur ibi [Aluarot. & Præpoſ. Aret. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verbor. oblig.] dicit, quòd dictum Baldi generaliter intellectum, eſt nimis dubitabile, niſi reſtringatur ad cõſanguineos, iuxt. not. in emphyteuſi per [Innoc. in c. bonę, de poſtul. Præl. per Bar. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqu. quotid. & æſti. In Regno autẽ hæc q̃ſtio quoad Regem eſt expedita, quia habemus conſtit. Regni Vt de ſucceſſionib. vbi in fine dr̃, ꝙ Rex feuda deuoluta retinere in demanium, vel alijs cõcedere põt citra alterius iniuriã; & ita tenet [Affl. in d. c. 1. §. ſi verò n. 7. & in d. cõſtit. nu. 43. verſ. Decimooctauo nota.]

Dubium eſt reſpectu Baronis, ꝓpter auctoritates hincinde cõtrarias. Nã [Luc. de Pen. in l. quicũq; de fund. limitr. col. fi.] dicit, ꝙ excadẽtialia efficiuntur demanialia eo ipſo, ꝙ Baro declarauit velle, vt efficiantur demania-

lia:

lia: & ita quòd Baro poſſit feudum, quod ſubeſt Baroniæ, tenere vnitum, & ſeparatum ad libitum, tenet [Capyc. in cap. Imperialem. §. callidis. 2. colum. de prohibita feud. alienatione per Feder. & in ſua inueſtitura in verbo infeudat etiam quilibet, 6. limitatione.] Paris autem de Puteo de reintegrat. feud. fol. 4. dicit, quòd in Regno adeſt conſuetudo in contrarium, & quòd ita obſeruatur, vt non poſſit ſine aſſenſu Regis tenere in demaniũ, & vnire cum Baronia: & iterum fol. 126. num. 15. hanc conſuetudinem inter dentes ſentire videtur quodammodo [Lucas de Pēna in l. cum Diuus. C. de omni agro deſerto] dum dicit, quòd in Cancellaria expediuntur litteræ in forma, quòd ſi Baro eſt paratus excadentias concedere ſub eodem ſeruitio, non teneatur pro illis contribuere in collectis pro functionibus fiſcalibus: & quærit Paris vbi ſupra fundare illã conſuetudinem præcipuè in clauſula, quæ ſolet poni in priuilegijs, quæ de demanio in demanium, quæ de ſeruitio in ſeruitiũ; quaſi quòd Baro debeat demanialia tenere in demanium, & feuda conceſſa pro ſeruitio non reducere in demanium cum deuoluuntur, ſed alijs cum eodem ſeruitio concedere. Sed hæc clauſu-
155 la, Quæ de ſeruitio in ſeruitiũ, aliter per Iſern. interpretatur in cap. 1. num. 10. de controuerſia feudi apud pares terminanda, ſcilicet vt feudatarij, qui ſunt in illa terra, non habentes feudum quaternatum, Baroni ſeruiant: quam interpretationem ſequitur [Capyc. in inueſtitura, in verbo feudorum clauſula, verſic. quæ videlicet de demanio in demanium] & non impugnat [Loffred. in d. cap. 1. de controuerſia feud. apud pares termin.]

Si rigorem iuris in hoc articulo attendimus, ſepoſita conſuetudine Regni, quæſtio penes me modicam habet dubitationem; & primo ponderando textum in conſtitutione Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, vbi dicitur, quòd Baro poteſt excadẽtias lo-
156 care, & verbum, poteſt, nõ importat neceſſitatem, l. 1. C. quomodo, & quando iudex. Secundò ſatis faciunt verba conſtitutionis Regni, vt de ſucceſſionibus, in fine, ibi, iniuriam nullus ſibi fieri exiſtimet ſi quod ad ius noſtrum iuſtè deuoluitur, vel retineamus nobis, vel alijs conferamus, & eſt intuenda ratio illius conſtitutionis, quæ etiam in Barone militat.

Hæc quæſtio multum me tenuit in ancipiti, quoniam ex vna parte videbam Paridem atteſtãtem Regni conſuetudinem; ex alia auctoritas Lucæ de Penn. & Capycij non erat contemnenda, qui, vltra quod contrarium dicunt, nullam mentionem de hac

conſuetudine faciunt, prout nec alij Doctores Regni; & vtique feciſſent de illa mentionem, ſi fuiſſet hic caſus, qui temporibus noſtris non euenit, non enim vidimus fiſci aduocatum, aut conſanguineos, vel conciues ſubfeudatarij, cum feudum fuit deuolutum Baroni, propoſuiſſe, quòd cogeretur ad concedendum: vnde non poſſumus affirmare illam conſuetudinem, de qua Paris. meminit, fuiſſe abolitam per contrariam conſuetudinem: & licèt caſus euenerit, ſcilicet quòd fuerint multoties ſubfeuda deuoluta, & in dies eueniat; tamen non fuit in controuerſia, vt dixi, nec tempus ad præſcribendam conſuetudinem cõtrariam forte eſſet elapſum. Conſiderabam inſuper, quòd clauſula, quæ de ſeruitio in ſeruitium, non concludit de neceſſitate, ꝙ cogatur Baro ad concedendum; & in hac clauſula alius datur intellectus per Iſern. vt vidiſtis; ex alia parte videbam Luc. de Penn. ceſpitantem, & quaſi quodámodo eandem conſuetudinem affirmantem, dum ponit formam ordinariam Cancellariæ in dicta l. cum diuus, quòd Barones non contribuant in functionibus fiſcalibus pro excadentijs, ſi parati ſunt illa concedere. Videbam inſuper Capycium affirmantem contrarium: non facere mentionem de deciſione Paridis, & ſe fundantem in deciſione Iſer. in cap. 1. de cap. qui cur. vẽd. col. 2. & 3. qui nõ loquitur in Regno,
157 ſed in Marchionibus, & Comitibus, & alijs enumeratis in prima rubrica, qui ſine dubio reſpectu rerum particularium Comitatus, aut Marchiæ reputantur tanquam patresfamilias, ex quorum animi deſtinatione feuda & conſtituuntur, & reſoluuntur in caſu deuolutionis. Ponderabam præterea in hac quæſtione cap. Honorij, dum tractat de collatione feudorum, quæ tenentur à Barone, tàm quaternatorum; quàm non quaternatorum, & dicit, quòd quaternata ſub Barone, cum deuoluuntur, per eum conferuntur cum aſſenſu Regis: non quaternata ita deuoluuntur, vt nullo expectato Regis aſſenſu concedat; ita vt videatur quodámodo neceſſitatem imponere collationis faciendæ.

Tandem volui in hac quęſtione de Regis intereſſe inquirere; & in primis mihi ſe obuiam fecit intereſſe Regis, conſiſtens in ſeruitijs: ſi enim Baro multos habet ſub ſe feudatarios, cum accidit caſus ſeruitij militaris, vadit magis aſſociatus in exercitu; te-
158 nentur namque feudatarij Baronis habentes feudum planum, & de tabula, ſeruire per dies quadraginta, ſecundùm declarationẽ Regis Roberti, de qua Afflictus meminit in cap. 1. §. ſed nec alia, nu. 25.

num.25.quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi; & in cap. 1.§. ſimiliter, in principio de Capit.
159 Conrad.prout hoc intereſſe, ſi vadit magis, vel minus aſſociatus Baro,conſiderat[Bald.in cap. 1.§.fin.de allod. vbi Præpoſ.Iſer. in cap.Imperialem.§.firmiter, de prohib.feud.alien. per Feder.] Et ſimile intereſſe conſiderat [Iaco. de Marquilles ſuper vſaticis Barchinonæ, ſuper vſatico 31. q. 6. dum concludit, quòd Comes non tenetur aſſentire vaſſallo vẽdenti feudum alteri vaſſallo;quia maius iuuamen præſtatur per plures feudatarios Comiti,quàm per vnum. Hoc tamen non procederet in Regno, vbi feuda cõceduntur cum clauſula, vt ſeruiat ſecundùm conſuetudinem Regni, ſecundùm quam certum eſt ſeruitium, & ita habetur ab vno ſicut à pluribus feudatarijs. Prodeſſet tñ illa deciſio ad denegandũ aſſenſum quando vnus Comes vendit caſtrum aliquod alteri non habenti caſtrum quo caſu caſtrum illud poteſt effici cameræ Baronis vigore capitulorum huius fideliſſimæ Ciuitatis; & ſic eximi à munere hoſpitandi, quod cedit in damnum aliarum vniuerſitatũ Regni, quarum intereſt,vt onera potius in plures, quàm in pauciores diuidantur: cadit etiam in damnum Regis. Hoc tamen non affirmat, ſed cum caſus occurrit, poſſunt Domini Regentes, ad quos ſpectat inquirere de intereſſe Regis, & ſubditorum, in aſſenſu conſiderare ſi hoc ſufficit ad denegandum aſſenſum.

Sed mecum ipſe reſpondebã, quòd ſi feudatarij Baronis ſecum vadunt in exercitu, hoc eſt in releuamen Baronis, qui tanto minores milites cum equitibus ſecum ducere cogitur; aliàs Rex haberet ſeruitium pro Baronia duplicatum; quod eſſe non debet. Vlterius Rex in Regno nõ conſiderauit iſta ſeruitia exhibẽda Baronibus à feudatarijs,quia permiſiſſet infeudationem de nouo, ex qua hic effectus oritur.
160 Præterea intereſſe Regis conſiſtit potius, vt vniantur feuda deuoluta cum Baronia; quia deuoluta poſtea Baronia, deuolutio fit etiam cum iſtis feudis;& ſi accidit caſus ſoluẽdi releuij, pinguius releuium exigit fiſcus: vnde incorporatio feudorum deuolutorum cum Baronia reſpicit
161 augmentum feudi, non diminutionem;& ſic fieri poſſe videtur [cap.1.§.econtrario de inueſtit.de re alie.fac.] quod cap.non ſecus procedit in Regno,quando non fit commutatio de perſona ad perſonam; ponderando verba conſtitutionis cõſtitutionem diuæ memoriæ;ibi, minuendis,aut commutandis; & propterea etiã, quia dum agitur de feudo plano,
162 & de tabula,poteſt ad libitum Ba-

Baroni renunciari,& refutari ſine Regis aſſenſu,ſecundùm [Iſer. in cap. 1. §. poſt refutationem, de vaſſallo qui cont.conſtit. Lothar. vbi Afflict.num. 19. notat idem Iſern. in cap. ſancimus num. 12. quo temp.miles,Loffred.in conſ. 5. num. 6.] ac etiam quia Iſern. circa collationem feudorũ planorum, & de tabula cum deuoluuntur, æquiparat Barones, & Prælatos,vt in [cap. 1.num. 10.in fin. de controu. feud. apud par. term.]magis inclinò in opinionẽ Luc.de Penn. & Capycij tanquã
163 ſuſtentabiliorem in puncto iuris,& æquiorem, maximè cum non ſatis conſtet aliunde de hac conſuetudine contraria.
164 Quæro iuxta præmiſſa,vtrum ſtetur aſſertioni Baronis, quòd feudum eſt excadentiale, puta ſi inueſtitura diceret: Concedimus rem ad noſtrãm Curiam deuolutam,vt excadentialem.
165 Alberic.in l.qui teſtamentũ, in fine.ff.de probat.format quæſtionem in Epiſcopo, ſi dixit in infeudatione feudum antiquum, non ſtabitur huic aſſertioni, & inueſtitura non valebit, niſi probetur feudum antiquum: quia hoc videtur in fraudem iuris adiectum;ex quo niſi eſſet antiquũ, non poſſet Epiſcopus infeudare, cap. 2. extra de feudis: ſicut in Regno Baro non poſſet infeudare rem de demanio non excadẽtialem.

Baldus in præludijs feudorum tertia diuiſione, format quæſtionem etiã in Epiſcopo inueſtiente aliquem tanquam de feudo veteri paterno, & antiquo, cum clauſula,quòd recognoſcit,quòd dictum feudum ab antiquo tenuit, & poſſedit: & tenet, quòd ex his verbis non probatur feudum antiquum,dicens,quòd vbi ſubſiſtentia certa, ſeu eſſentia facit negotium licitum,aliàs illicitum; tũc verborum cautiones, ſeu enunciationes ſubſiſtentiam eſſe non docent, ſed magis circumuentio iuris præſumitur: vnde oportet,quòd aliũde id, quod enunciatum eſt, per probationes legitimas doceatur [l. qui teſtamẽtum.ff.de probat.l.cum quis, §.Titia.ff.de legat.3. Bald. ſequitur in hoc Alex.in conſ.10.num. 4.vol.3.Præpoſ.in prælud. feudo. num.44.Iaſ.etiam in prælud.col. 28.& in conſ.1.3. col. volum. 3. in conſ. 136. 4. col. eodem vol. Veronen.in conſ.31.num.7. Aluarot.in cap.1.verſus finem, de vaſſall.decrepitæ ætatis, Martin. Laudenſ.in cap.1. de his qui feudum dare poſſunt, Iacob.in ſua inueſtit.in verbo in feudum, nu. 11.]quia aſſertio non probat in-
166 ter perſonas prohibitas,ſecundùm [Bart. in l. & ſi forte.ff.de caſtrenſ.peculio.]

Curtius autem in prima parte quæſt.8.col.3.in quęſt.Bal.tenet, quòd aſſertio probat quãdo ponitur

nitur in inueſtitura, quæ fit feudum poſſidenti: quia in dubio
167 feudum præſumitur antiquum vaſſallo poſſidente [cap. 1. de grad. ſucceden. in feudo:] vnde aſſertio, ſeu confeſſio Prælati, q feudum eſt antiquum, habet pro ſe iuris præſumptionem: & ſic
168 limitatur regula, quòd confeſſio Prælati non præiudicat Eccleſię, de qua in cap. præſentium, de teſtibus; vt nō procedat quādo Prælatus aliquid confiteretur, quod haberet iuris præſumptionem pro ſe [cap. ſi diligenti, vbi Abb. in 3. notab. de præſcriptio.] & ſic Curtius videtur diſtinguere an aſſertio fiat in inueſtitura confirmatoria feudi in beneficiū poſſidentis, vt tunc aſſertio probet; vel fiat in inueſtitura feudi,
169 quod poſſidetur à Prælato: quia tunc, cum nouum, non antiquum præſumatur, ſecundùm [Iacob. de Beluiſ. & Aluarot. in d. cap. 1. de gra. ſuccedentium in feudo & tunc non probet.]

Capycius in ſua inueſtitura, in verbo feudum dant, col. 12. trāſcribit Iacobinum, & refert ſimpliciter Curtium, ſequitur namque Baldum in præludijs; poſtea limitando ſubdit, quòd ſi vaſſallus Eccleſiæ oſtendit vnam inueſtituram Prælati prædeceſſoris, vbi enunciatur feudum antiquū, plenè probatur primò ipſa feudi conceſſio, quæ præſumitur præceſſiſſe valida, & ſolemnis; ſecūdò qualitas antiquitatis. Nec obſtat, quòd confeſſio ſit facta per Prælatum, qui non habebat poteſtatem illud diſponēdi: quia vaſſallus poſſidens eſt in ſua poſſeſſione tuendus, donec Prælatus, ſi poſſit, probet de contrario. Nec obſtat aſſertio inter perſonas prohibitas; quia intelligit illud procedere in prima infeudatione, vbi conſtat, quòd res eſt Eccleſiæ pleno iure; non autem procedit in inueſtitura cōfirmatoria. Adducit auctoritatem [Alberici in l. non eſt nouum, in fin.
170 ff. de legibus,] qui dicit, quòd Epiſcopus tenetur inueſtire vaſſallum de feudo ſi ꝓducit duas, vel plures inueſtituras factas per prædeceſſores: immò videtur ſufficere ſi vnam inueſtituram producat. Conſiderat etiam, vt Curtius, quia feudum in dubio præſumitur antiquum, vaſſallo poſſidēte; immò plus dicit, quòd etiam ſi dominus poſſideret, non tamen rem illam tanquam bona menſæ, ſed vigore iurium dominicalium, quæ domino competunt ſecundùm conſuetudinem Regni Gallici; adhuc eſſet inue-
171 ſtitura concedenda: quod notate vos in Regno quando Regia Curia feudum detinet in ſequeſtrum, vigore capituli Regni ex præſumptuoſe, vt tunc non dicatur poſſidere ratione directi dominij: nec onerandus eſt ſucceſſor defuncti in feudalibus, ſtri-

ſtrictioribus probationibus, quã ſi ipſe poſsideret feudum, quod à defuncto poſsidebatur; poſſeſſio enim, quæ hoc modo eſt ſequeſtrata penes Curiam, non magis onerat in probationibus legitimum poſſeſſorem.

172 Limitatur tamen prædicta concluſio; quòd non ſtatur aſſertioni Prçlati, dicçntis feudum eſſe antiquum, quando hæc aſſertio reperitur in antiqua inueſtitura. Ita limitat [Bald. in præludijs vbi ſupra, & Iaſon etiam; & Præpoſ. & Iacob. quam limitationem Aimon de antiquitate temporis 5. pár. nu. 17.] (qui ſequitur Bald. in vtroque dicto) ita declarat, vt procedat, quando in inueſtitura antiqua non appareret, quòd fuit noua conceſsio: quia ſi appareret de noua conceſsione, non ſufficit.

Hæc ſunt, quæ Doctores reſpectu Prælatorum dicunt. Afflictus verò, qui format quæſtionẽ in Regno reſpectu Baronis in cõſtitutione, conſtitutionem diuæ memoriæ num. 71. in hoc ſi ſtatur aſſertioni, quòd ſit excadentialis res, ita non poſsit poſtea ipſe, vel hæres reuocare; & dicere, quòd eſt de demanio, concludit, quòd nõ ſtatur aſſertioni Baronis, dicentis feudum eſſe excadentiale, niſi illa conceſsio eſſet antiqua, excedens cẽtum annos: ſed non allegat omnia iſta, & innititur in effectu in auctoritate Bald. & quia aſſertio non probat inter perſonas prohibitas. Et ita etiam, quòd non ſtetur aſſertioni Baronis, tenet Patis de reinteg. feud. fo. 112.

Vos autem rem iſtam magis intus conſiderate, reducẽdo rem iſtam in actu practico; ſed primò circa diſtinctionẽ Curtij aduertatis; quòd continet in ſe fallaciã: quia dum concludit aſſertionem Prælati probare, ſi eſt facta inueſtitura confirmatoria, quia habet præſumptionem iuris pro ſe, cũ
173 in dubio feudum præſumatur antiquum; procedit namque hoc in iudicio poſſeſſorio; moritur feudatarius ſine liberis, ſuperſtitibus agnatis, qui aliàs, ſi feudum eſſet antiquum, eſſent legitimi ſucceſſores; iſti qui habent præſumptionem iuris pro ſe, quia præſumitur feudum antiquum, & non nouum, ſunt immittendi in poſſeſsionẽ illius feudi, quod agnatus defunctus poſsidebat tẽpore mortis, ſaluo iure domini in iudicio petitorio: & ita declarat [tex. in cap. 1. ſi de feud. defunct. mili. ibi eo facto ſuper principali quæſt. cognoſcendum eſt] & ibi eſt bona gloſ. 1. quæ dicit, quòd procedit ad ſimilitudinem interdicti Quorum bonorum, in quo non requiritur probatio dominij penes defunctum, ſed ſufficit ſimplex poſseſsio: non ſufficit. ergo in iudicio petitorio, ꝙ feudum præſumatur antiquum,

vaſ-

vaſſallo poſſidente, & aſſertio Prælati non extenditur vltra iuris præſumptionem: oneratur tamen Prælatus in probationibus: debet namque probare, quòd Eccleſia poſſedit rem infra quadraginta annos, & ante tempus, de quo loquitur inueſtitura, in qua feudum antiquum enunciatur; quo tempore inſpecto, res præſumetur de menſa, non autẽ excadentialis, Eccleſia poſſidente [gloſ. in cap. vt ſuper, litera E. de rebus eccleſ. non alien.] ad-
174 mittit namque confeſſio Prælati, ſicut præſumptio, probationem in cõtrarium, quæ hoc modo fit, ponendo rem in practica, & ſic Eccleſia vendicante rem, vt illegitimè alienatam, & probante, quòd aliàs poſſedit infra tempus, quo res Eccleſiæ præſcribitur, non erit tutus conuentus, niſi exhibeat validam conceſſionem: nec ſufficit oſtendere inueſtituram vnius Prælati tanquam de feudo antiquo, aliàs eſſet aperire viam fraudibus, & ponere in manibus Prælatorum alienationes rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitate.

Vnde ex præmiſſis non bene ſe extendit Gloſ. . . . dum dicit, quòd ex ſola oſtẽſione vnius inueſtituræ, vbi enunciatur feudũ antiquum, oritur plena probatio, quòd conceſſio prima fuerit ſolemnis, & valida; & quòd ſit qualitatis enunciatæ, ſcilicet antiquum; & quod Eccleſia non habeat fundatam intentionem contra vaſſallos ſuos, quòd omnis proprietas, & dominium vtile ad eam ſpectet; niſi doceant de valida infeudatione: vnde infert, quòd vaſſallis Eccleſiæ exiſtentibus in poſſeſſione vtilius eſt ſolũ inueſtituram renouantem oſtendere, quàm titulum originalem defectiuum, & minùs ſolemnẽ; & deciſio Alberici, vbi præcipuè ſe fundat, procedit etiam in iudicio poſſeſſorio, ad finem obtinẽdi inueſtituram feudi, quod defunctus poſſidebat: quæ inueſtitura nihil iuris tribuit [c. 1. ibi, ſed de iuſta tantũ facta intelligitur, per quos fiat inueſtitura: & ibi Bald. notat.] Saluum eſt ergo ius domino in petitorio, non obſtante inueſtitura, quam fecit legitimo ſucceſſori de feudo, quod
176 defunctus poſſidebat; & ideo dum fit inueſtitura, non inquiritur de titulo defuncti; & ità obſeruabamus in Regno vſque ad nouiſſimã prouiſionem ſuæ Maieſtatis, tempore publicationis generalis ſententiæ Regiæ viſitę, quando fuit prouiſum, quòd non fiat hæc inueſtitura niſi docenti de titulo aut hominis, aut legis, ideſt centenaria præſcriptione: & ideo hodie inueſtitura tribuit ius. Videte ergo, vt ad rem redeam, quomodo Curtius, & alij confunduntur, non diſtinguendo inter iudicium poſſeſ-

ſeſſorium, & petitorium.

Vnde vera eſt indiſtincta cōmunis opinio, quòd non ſtatur aſſertioni Prælatorum, dicentiū feudum eſſe antiquum, ſeu ſolitum concedi; ſiue fiat in inueſtitura confirmatoria; ſiue in alia, cum limitatione, niſi hæc enunciatio reperiretur in antiqua inueſtitura: circa quam limitationem Doctores non exprimunt

177 tempus. Afflictus autem in Regno requirit, quòd inueſtitura antiqua excedat centum annos: & bene, quia, vt ſupra probaui, conſuetudo infeudandi rem aliàs de demanio, vt excadentialem, non præſcribitur niſi ſpatio centum annorum.

178 Sed ponamus rem in practica: Baro vult reintegrare rem infra fines caſtri tanquam illegitimè ſegregatam à demanio: aut poſſeſſor conuentus fatetur tenere in feudum, & oſtendit inueſtituram, vbi conceditur feudum vt excadentiale, vel in qua, dum confirmatur feudum, enunciatur antiquum: ſi hæc inueſtitura eſt infra centum annos, non erit tutus, ex præmiſſis, Quia aſſertio non probat, & Baro habet intentionem fundatam poſtquam non negatur aliàs fuiſſe Curiæ Baronalis, & de demanio, quia ſic præſumitur. Probat hoc [Iſer. in c. Imperialem. §. illud quoque, nu. 67. de prohib. feud. alien. per

179 Feder.] dum dicit, quòd Rex, ſeu fiſcus habet intētionem fundatam eo ipſo, quòd quis confitetur eſſe feudum quaternatum; in tantum quòd conuentus condemnatur, niſi probet titulum hominis, vel præſcriptionem cētenariam: ergo idem in Barone,

180 qui procurator fiſci dicitur in rē propriam [Bal. in l. 1. in fi. C. de hæred. vel actio. vend. Afflict. deciſ. 282. nu. 15. Petrus Bel. in ſpecul. Principum, rubr. 23. §. dicamus, de effectibus Imperij, num. 13.] & habet intentionem fun-

181 datam in his, quæ ſunt infra fines feudi, alio non poſſidente. [Iſer. in cap. 1. verſic. Qui ſum tamen, de controuerſia inter maſculum, & fœminam] probat [Hoſtien. in cap. ſi diligenti, poſt principium, vbi etiam Anto. de Butr. cap. 9. de præſcript. Soccin. in l. 1. col. 3. & 4. ff. de acquiren. poſſeſs. & ibi Ripa num. 14.] Debet namque probare preſcriptionem centenariam, nec ſufficit probare poſseſsionem triginta annorum cum præſtatione ſeruitij: quia hoc arguit præſumptam inueſtituram tantùm: & ſi non poteſt Baro facere veram inueſtituram de nouo, nequaquam habet locum ficta, nec poteſt allegare præſcriptionem triginta annorum introductam in Regno per conſtitutionem Regni conſuetudinem: quia illa procedit quando poſsidetur feudum integrum, vel quota pars, quæ habet ſer-

ſeruitiũ deſignatum,& hęc quan-
do conuentus fatetur eſſe feudũ:
ſed ſi negat, quia alio poſsidente
territorium infra fines feudi exi-
182 ſtens,præſumitur allodiale, ſe-
cundùm [Iſer.in d.cap.1.de con-
trouerſia inter maſcul.& fœmin:
Aymon in conſ.154. nu.1.] niſi
Baro probaret, quòd alias res illa
fuit de demanio,non poſſet obti-
nere; & hoc probato, conuentus
ſuccumbet, niſi probet priuile-
gium,aut præſcriptionem cente-
nariam,ex prædictis.

Prædicta tamen intelligo ſine
dubio procedere quoad ea, in
183 quibus Barones non habẽt in-
tentionem fundatam alio poſsi-
dente: quoniam reſpectu aqua-
rum,montium,nemorũ, paſcuo-
rum, & aliorum, quæ dicuntur
præcipuè demanialia Baronum,
ex vetuſta conſuetudine,& forma
priuilegiorum eſſet diſputãdum
de veritate deciſionis [Lucæ de
Penn.in l.quicunque la 1. C. de
fund. limitro.] qui voluit, quòd
in his Barones, etiam non poſsi-
dentes, habeant eorum intentio-
nem fundatam; dummodò poſ-
ſeſſor de iure ſuo nõ doceat per
priuilegium,aut pręſcriptionem:
quæ deciſio an ſit vera, & quo-
modo procedat, nunc non de-
cido.

184 Item quæro,vtrum Baro poſ-
ſit concedere rem excadẽtialem
ſibi deuolutam,alterando naturã
primę inueſtiturę,vel aliàs,quàm
erat conſueta concedi; puta feu-
dum illud excadentiale erat ma-
ſculinum: vult concedere
pro hæredibus vtriuſque ſexus.
Iſta quæſtio non multum dubi-
tationis continet, & illam ſimi-
liter formant Doctores in Præla-
185 tis, qui volunt infeudare con-
ſueta concedi: & communiter
concludunt, quòd nõ poteſt hoc
fieri; per [tex. in §. profectò de
leg.Conra.] vbi licèt ſit permiſſa
infeudatio feudi: tamen non de-
bet fieri ſub alia lege, quàm feu-
datarius habet.Ponit exemplum,
ſi habet pro hæredibus maſculis,
non debet dare pro maſculis, &
fœminis: & ibi Iacob. de Beluiſ.
dicit eſſe caſum,quòd ſi conſue-
tudo Eccleſiæ eſt dare in feudũ
pro maſculis tantùm, Prælatus
non poteſt dare pro maſculis, &
fœminis: quẽ ibi ſequitur [Bald.
& Aluarot.] & idem diſputando
pro & contra,firmat [Iacob. de
Belu.hic,vbi etiam Aluarot. col.
fin.§.1.eadem col.ita tenet Imol.
in cap.2.col.fi.num.38.de feud.]
Quia Prælatus non poteſt de no-
uo infeudare; & iſtud eſſet de
nouo infeudare,quatenus muta-
ret naturam antiquam feudi: &
ante eum ita tenuit [Card. ibi
colum.2.quæſt.3.

186 Pro qua opinione conſidera-
tur viua ratio, quia conſuetudo
tantùm habet de effectu, & po-
tentia, quãtum de vſu,ſecundùm
[Bald. in l. fin. verſ. vnum aliud

quæritur. C. communia vtriuſq; iudicij; & iſtam veram, & communem opinionem latè oſtendit [Curt. in tract.feudi, 2.parte. 6. quæſt.princ.] & ita tenendum eſt in Regno, vt non poſsit Baro, cum ſibi deuoluitur feudum excadentiale, concedere contra feudi conſuetudinem: maximè quia cōſtitutio Regni, dum permittit conceſsionem excadentialium, vult, vt fiat ſub ſeruitio conſueto; ita vt nolit alterari naturam feudi, etiam in ſeruitio.

Maior autem dubitatio videtur, ſi fuerit facta conceſsio, vltra quàm licebat, an teneat ſaltem in eo, quod erat permiſſum, & ſic vtile non vitietur per inutile. Pro hac quæſtione decidenda ſunt videndæ duæ quæſtiones, quæ formantur reſpectu Prælatorum, quæ in idem ferè recidunt, habēt tamen, ſecundùm multos, aliquā diuerſitatem: ideo diſtinctè ponam.

187 Prima quæſtio eſt in terminis in feudo: nam Bald. hic num. 18. retento themate, ſi ſtante cōſuetudine infeudandi in maſculos, fuerit facta infeudatio pro maſculis, & fœminis, an teneat pro maſculis: & concludit, quòd ſic; ipſum ſequitur [Præpoſ. hic col.fin. §.1. Fulgoſ. in conſ. 220. 2.colum. ita firmat Imol. in dicto cap.2.nu.39. ita tenet Iacob. in ſua inueſtitura in verb. in feudum, num. 40. Curtius in dicta 6.quæſtione princip.col.fin. Capycius in ſua inueſtitura in verbo feudum dant col. 14. Claud. Seyſel.in ſpeculo feudorum, de his qui feudum dar.poſs.verſ. Secundò principaliter, colum. 13. in verbo Octauò limitatur.

188 Secunda quæſtio eſt in emphyteuſi, ſi eſt ſolita concedi vſq; ad tertiam generationem, vel tēporaliter; & fiat conceſsio in quartam generationem, vel in perpetuum; an teneat in tertia generatione, vel in tempore permiſſo. Hæc quæſtio originaliter formatur per [Barto. in Authen. qui rem, num. 7. C. de ſacroſanct. Eccleſ.] & magis communiter allegatur voluiſſe ibi, quòd in totum conceſſio vitietur [Bal. verò in Authen. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan.eccleſ.] tenet, quòd valeat vſque ad tertiam generationem. Opinionem, quam Bartolo adſcribunt, quòd in toto vitietur, tenet [Imol. in l. quod dicitur. ff. de verborum obligationib. Angel. in verb. emphyteuſim autē, in Authen. de non alienan. Iaſon in dicta Authen. qui rem, colum. fin.] Aliam opinionem, quòd valeat in parte, & non annulletur in totum, de qua Baldum Ducem faciunt, tenet [Paulus de Caſtro in dicta Authen. qui rem, in fin. dicens, quòd eſt æquior opinio; Alexand. conſ. 38. verſus finem, volumine 2. Dec. in dicta Authentica qui rem; col. fin. qui

com-

communem dicit, Romanus in l.1.§.ſi ſtipulanti,num.38.ff.de verbor.oblig.

Opinio autem tam reſpectu feudi, quàm reſpectu emphyteuſis, vt in totum annulletur conceſſio, fundatur primò in [§. emphyteuſim autem. in Authen.de non alien.] vbi permittitur conceſſio in emphyteuſim pro accipiente, & duobus hæredibus: & poſtea dicit, quòd aliter agi penitus nullo modo permittimus, neque quod fit, aliquod habere robur ſinimus. Ponderat Iaſon [in dict.Authen. qui rem] qui tenet contra com-
189 munem, illa verba, ſcilicet penitus, quæ dictio idem importat, quòd omnino, & illa verba geminata nullo modo permittimus: Secundò ponderatur [textus in Clemen. prima de rebus Eccleſiæ non alienand.] vbi prohibetur Prælatus concedere ad vitam rem Eccleſiæ:& poſtea textus ſubdit,quòd ſi quis contra hoc fecerit, ex conceſſione non acquiratur ius aliquod recipienti; per quem textum Baldus, qui propterea contrarius allegatur in [l.quæcunque,C.de bon.quę lib. n.1.] voluit, q; ſi fiat locatio rei Eccleſiæ vltra tempus permiſſum, non valebit in tempore permiſſo: quia in factis contra legem, ſi non valet quod ago vt ago,non valet vt valere poteſt.

Pro alia vero opinione, quòd valeat conceſſio in eo, quod eſt permiſſum;& quod vtile non vitietur per inutile;ponderatur primò generalis regula, quòd in ſe-
190 parabilibus vtile non vitiatur per inutile [l.ſancimus. C.de donat.l.pecuniæ fenebris.ff.de vſur. Secundò ponderatur tex.in §.neque,in Authen. de non alienan.] vbi facta conceſione vſque in tertiam generationem, cum pacto, vt fiat renouatio ſucceſſoribus, qui præferatur alijs,pactum tantùm corruit. Tenentes iſtam opinionem, quòd valeat in parte permiſſa,reſpondent ad [tex. in dicto §.emphyteuſim] quòd textus ille non aperit an diſpoſitio annullatiua referatur ad totam emphyteuſim,vel ad id,quod eſt factum contra prohibitionem; immò potiùs videntur referri ad prohibitum tantùm: ſic etiam reſpondent ad tex.in dict. Clem. prima. Et ita defendendo communem opinionem dicit [Deci. in dict. Authen.qui rem,& Curt. in dicta 6.quæſt.qui poſt Aretin. in l.qui dicitur,in fi.de verb. oblig.] aliter reſpódit dictæ Clem. 1.ſcilicet, quia ideo corruit in totum, quia non eſt veriſimile, quòd accipiens,ad modicum tẽpus conduxiſſet: quia modicum tempus non affert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam totam reſpectu totius: quia locatio ad longũ tempus transfert ius in re [l.1.& ibi Bar.ff.de ſuperfi.]

Sed notate vlterius, quòd pro vtraque opinione pōderatur tex. in §.profectò, de lege Conrad.ſecundùm diuerſas lecturas.

191 Dicunt nanque, quòd in tex. illo tractatur iſte articulus, ſi vtile vitiatur per inutile: puta ſi habens feudum pro hęredibus maſculis tantùm, infeudat alij pro hæredibus maſculis, & fœminis; an infeudatio ſit in totum nulla, vel ſit valida in perſonam accipientis pro maſculis ſuis deſcendentibus tantùm; & dicunt, quòd in illo textu ponuntur tres opiniones, & quòd in ſecunda dicatur, quòd vtile vitiatur per inutile; & ſic quòd in totum cōceſſio erit nulla, in tertia opinione dicatur, quòd vtile non vitiatur, & quòd conceſſio valebit reſpectu maſculorum deſcendentium ab accipiente: & alij tenētes in quæſtionibus præmiſſis, quòd in totū conceſſio ſit nulla; ponderant illum tex.in ſecunda opinione: alij verò tenentes, quòd pro parte tātùm conceſſio vitiatur, ponderāt illum tex.in tertia, & vltima opinione: conſtat namq; hoc ex dictis per [Barbo.in cap.2.col.6.extra, de feud. per Areti.in l. quod dicitur, in fine col. fina.ff.de verbo.oblig.] qui dicit, quòd nulla ex illis tribus opinionibus expreſsè eſt approbata per [Claud.Seyſel. de his, qui feue.dar. poſſ. verſ. ſecundò principaliter, col. 15. per Cur.in dicta 6.quæſt.col. 3.vnde Camera.in repetitione ca. imperialē, fol.32.col.3.de prohi. feud. alie. per Fede.] ita etiam intelligens illum textum, quòd decidat in caſu ibi poſito an infeudatio vitiatur in totū, vel teneat reſpectu maſculorum; multum laborat circa intelligentiam illius tex. & an ſit attendenda ſecunda opinio, vel vltima: & ex multis probat, quòd eſt attendenda ſecūda opinio. Vos autem ſe poſita pro nunc deciſione articuli principalis, circa illius intelligentiam aduertatis quomodo tam magni viri grauiter decipiuntur.

Et primò ſciatis, quòd magna eſt quæſtio in hoc iure feudorū. Vtrum facta alienatione feudi paterni; feudum amittatur ſtatim, & ad dominum reuertatur, vel ſit expectāda mors alienatoris ſine hæredibus maſculis. Oritur hæc dubitatio principaliter ex [tex. in cap.primo §.hoc quoque, de ſucceſſione feud.] vbi dicitur, quòd ſi frater alienauit partem ſuā feudi, eo mortuo ſine filijs maſculis, ad fratrem reuertitur, & ibi gloſ. multùm laborat in hoc articulo ſi feudū antiquum propter alienationem deuoluitur ad dominū in vita maſculorum, & agnatorū alienatoris, de quo articulo nunc non tracto; ſat eſt, quòd hic articulus eſt multùm dubitabilis.

Sciatis ſecundò, quòd verba vltima illius textus, ibi, quod tūc domino aperitur cum maſculi deſce-

defecerint, ex quibus tertia opinio colligitur, non reſpiciũt hæredes illius, qui feudum accepit, ſed hæredes infeudantis: & ita illa verba intelligit gloſ. in dicto §. profecto, vbi dicit, quòd ſecundũ illam vltimam opinionem mors alienatoris expectáda eſt, vt feudum domino aperiatur, remittẽs ſe ad notata in [cap. primo §. hoc quoque, de ſucceſſ. feud.] Et ita quòd loquatur textus in fine de hæred. infeudantis, intelligit Iſer. etiam ibi in fine, quem ſequitur Aluarott. idem Iſer. in cap. 1. nu. 5. dum allegat tex. in §. profecto] ſed tex. ibi loquitur de hæredibus infeudantis; ergo ibi non præſupponitur, quòd valeat infeudatio pro hæredibus maſculis accipiẽtis, ſunt namque hæc compatibilia, quòd in feudatio in terminis illius textus in totum ſit nulla, & nihilominus, quòd donec adſunt hæredes maſculi alienatoris, dubitetur an feudum reuertatur ad dominum.

Verus caſus illius textus eſt, an p̃ſuppoſita lege prohibẽte ſubinfeudationẽ, ſub alia lege, qua feudatarius habebat, ſequuta in feudatione contra legis prohibitionem, quomodo feudum amittatur. In qua quęſtione tres opiniones recitantur, & nulla affirmat, quòd feudum indiſtinctè non amittatur, & quòd infeudatio valeat eo modo, quo poterat infeudare: imò pro cõſtanti præſupponit, quòd feudum amittatur; ſed differentia erat, quia alij dicebant, quòd infeudans tãtùm amittit, qui ſciebat, vel ſcire debebat legem, ſub qua feudum tenebat, & legem prohibentem infeudationem aliter, quàm habebat, & quòd non debebat puniri accipiens, qui ignorare poterat qualitatem feudi, alij verò dicebãt, & hæc eſt tertia opinio, quòd licèt infeudatio ſit nulla in totũ; tamen ſi feudatarius habet deſcẽdentes maſculos, vel agnatos, nõ aperitur domino niſi poſt mortẽ ipſorum; ſicut, ſecũdùm aliquos, dicitur in alienatione feudi, vbi nõ cadit quęſtio an poſſit in parte valere, in parte non, & ſic in illo textu nihil an vtile vitietur per inutile, maximè in tertia opinione; Immò ſi textus ille poſſet in hoc articulo conſiderari, prima opinio potiùs probat, quòd inutile tantùm vitietur, dum dicitur quòd qui infeudauit tantùm, feudum ammittit, & non infeudatus hoc enim arguit, quòd feudũ debet remanere penes accipientẽ, & ipſe debet recognoſcere à primo Domino, non ab immediato, qui amiſit ius ſuum infeudando lege prohibente. Niſi dicamus, quòd dum text. tractat an puniatur infeudãs, vel vterque, hoc eſt vt alter reſpectu rei, alter reſpectu pretij; quod non poteſt etiam conſiderari, quia in infeudatione legitima nõ cadit pretium; & tex.

iam præſupponit infeudationem legitimam ex omni parte, præter quam quia ſub alia lege.

192 Quid ergo dicendum eſt in quæſtione propoſita? Ego in Barone infeudante feudum aliter, quàm ſit conſuetum fieri infeudationem: teneo opinionẽ, quòd in totũ infeudatio ſit nulla: Pro qua opinione in primis pondero [textum in cap. primo de prohi. feudi alieni per Lotharium] vbi prohibetur nedum alienatio, ſeu diſtractio feudi, ſed etiam omne commercium in feudo; quod excogitatur in fraudem illius legis, in damnum dominorum, & proinde omnis cõtractus, qui fit circa feudum, prohibitus eſt, ſecundùm [glo. in verbo commerciũ, in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia, & iure] & quia commercium hoc, ſcilicet infeudare nedum pro maſculis, ſed etiam pro fęminis, non reſpicit partem, ſed etiam totũ, & integrum feudum, vt conſiderat [Clau. in rub. de his, qui feud. dar. poſſ. verſ. ſecundò principaliter, num. 15.] ideò non cadit cõſideratio an poſſit pro parte valere, & pro parte non; ſicut dicitur in [cap. primo de vaſſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij] quando alienatur pars feudi: hæc enim qualitas, quòd ſit etiam pro fęminis, reſpicit totum feudum; ideò cõtemptus domini in toto, non in parte conſideratur; & ex hoc ipſo contemptu oritur pęna priuationis feudi, vt in [cap. primo §. deniq; quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi] in tantum quòd Bald. voluit in dicto cap. primo; vbi etiam Prępoſ. quòd quando pars fęudi alienatur, ſi tamen fit ex contemptu, priuatur toto feudo.

193 Secundò pro hac opinione eſt [gloſ. in terminis in dicto cap. primo de prohib. feud. alien. per Lothar. in verbo cõmercio] quæ in illa lege prohibente omnem contractum circa feudum, & imponẽte pęnam priuationis feudi, includit etiam caſum iſtum quãdo feudatarius infeudat ſub alia lege, qua habet, & hic eſt vnus de caſibus, ſecundùm gloſ. in quibus feudatarius commercium excogitat in damnum domini, allegãdo textum in dicto §. profecto.

Ex qua gloſ. relata ad illũ tex. habetis ſimul deciſionem quæſtionis præmiſſæ, & verum intellectum in dicto §. profecto, vt ibi decidatur, quòd infeudatio ſit in totum nulla, poſtquam in textu receditur à prima opinione, quæ in hoc obſtabat; & ponuntur duæ aliæ opiniones, in quibus, vt vidiſtis, iam præſupponitur nullitas in totum. Et differentia inter vnam, & aliam opinionem eſt an aperiatur ſtatim domino, vel poſt mortem alienantis ſine hæredibus maſculis, aut agnatis.

194 Sed an Baro poſſit rem excadentialem ſibi deuolutam conce-

cedere alijs perſonis, quam ſolitis,puta erat conſuetum concedi laicis; cum ei aperitur, vult concedere Eccleſiæ,aut vniuerſitati: [Bal. in Authen. quibuſcunque. C.de ſacroſan. eccl.] tenet, quòd
195 licèt aliàs Prælatus non prohibeatur rem conſuetam infeudare,concedere conſanguineis; tamen non poteſt concedere conſanguineo potentiori illis,quibus fuit conſueta concedi [Alex. in conſ.9. 3.volum.num. 5.col.2.] tenet,quòd res conſuetæ concedi priuatis perſonis,non poſſunt per Prælatum concedi, cum deuoluuntur,Vniuerſitati,aut Eccleſię: quia intereſt concedi perſonæ, qua inſpecta faciliùs res poſsit ad Eccleſiam redire; vt quia ſit perſona,quæ à communiter accidẽtibus poſſet mori ſine deſcendẽtibus:quod non eſt quando conceditur Eccleſiæ, aut Vniuerſitati, quæ non ita de facili pereunt. [l.proponebatur.ff.de iudi. cap.ſi gratioſè de reſcript. Claud. Seyſel. in ſpeculo feudorum, de his, qui feud.dar. poſſ. verſ. Secundò principaliter,colum.13. in verb. Octauò limitatur] tenet idem, & ita vos teneatis in Regno quoad Barones.

Inſuper quid ſi Baro conceſſit in feudum ſine aſſenſu Regis;terras parũ vtiles de demanio feudi,ſub certa annua portione fructuum, vt plantentur, quod poteſt, dummodò non ita modica, vt poſsit præſumi fraus, vt continetur in Regiſtro Imperatoris Federici,ſecundùm [Iſer.in cap. 1.in fine, an ille, qui interfecit fratrem domini ſui, in cap.1. §. præterea,nu.8.de capitulis Conrad.& in conſtitutione Conſtitutionem diuæ memoriæ,in verbo minuendis, in principio] Si po-
197 ſtea eidem deuoluuntur ob lineam finitam,aut aliter, & tempore deuolutionis reperitur terra fertilis, culta, & meliorata; an poſsit hanc rem excadentialem ſine alio aſſenſu concedere.

Abbas in cap. vt ſuper nu. 11. de rebus eccleſ.non alienan. format ſimilem quæſtionem reſpe-
198 ctu Prælati, an poſsit rem Eccleſiæ incultam, conceſſam in emphyteuſim,vt reduceretur ad culturam, cum deuoluitur tractu temporis optimè culta,concedere ſine ſolemnitate debita: & cõcludit quòd non,quia ceſſat cauſa primæ conceſsionis, & nunc militat argumentum à ratione ceſſante; dicit limitationem hãc non ſolere à Doctoribus tradi, ſed ei videri veriſſimam,& rationabilem.Hanc opinionem Abb. ſequitur [Curtius in tract.feud.in 2.parte primæ quæſt.principalis, verſus finem, & pro illa ponderat text.in cap. 2. extra [de feud.] vbi permittitur Prælato infeudare cum clauſula, ſi videris expedire,concedas;quod verbum de-
199 notat arbitrium boni viri,ſecũdùm

dùm [Bar.in l.ſi ſic in princ.ff.de
leg.1.] Et quia Prælatus tenetur
200 acquirere Eccleſiæ, data op-
portunitate acquirendi, ſicut tu-
201 tor pupillo [Gloſ. notabilis in
cap.fin.12.quæſt.4.]

Præpoſitus autem in cap. 1.
Epiſcopũ,vel Abbatẽ,col. fin. in
fine,in §.1.dicit, quòd commu-
nis practica non acceptat hanc
concluſionem, quia rigoroſa cõ-
tra illos,qui contrahunt cum Ec-
cleſia [Claud. Seyſel. in ſpeculo
feudorum,de his qui feud. dare
poſſ. verſ. Secundò principaliter,
col. 13.] tenet contra Abb. quia
per alienationem licitè factam
res eſt effecta alienabilis, argu-
mento [legis pater.§.quindecim,
de legat. 3.] Reſpondet obiectis
primo,quia effectus conſumma-
202 tus non ceſſat ceſſante cauſa.
[Bart.in l.2.§.fin.in fin. ff. de do-
natio.Secundò,quia in d. cap.fin.
203 extra de feud. adeſt verbum
liberè, quod permittit in omni
caſu infeudationem, vbi Prælato
videbitur, vt per [Gloſ.in Clem.
dudum, de ſepultur.] & ita pon-
derat illum textum pro ſua opi-
nione.

Vos autem in Regno reſpectu
Baronis tenete,quòd poſſit ſine
alio aſſenſu rem iſtam concede-
re; tum ex præmiſſis rationibus
Claudij Seyſel. tum etiam quia
hic caſus comprehenſus eſt in l.
Regni permittente conceſſionẽ
excadentialium: dicitur namque
res iſta excadentialis; quia exce-
dit Baroni: vnde cum habeant
locum verba legis, deberet ha-
bere locum ipſa legis diſpoſitio.
l.4.§.quotiẽs.ff.de damno infect.
maximè quia in conceſſione ex-
cadentialium conſtitutio Regni
nihil aliud excipit,niſi ſeruitium
& redditum conſuetum, vt ſic
exceptio in non exceptis firmet
regulam illius conſtitutionis, §.
vt autem, in Authen. de non
204 alien.Tertiò ſtrictius conſtitu-
tio illa, quæ omnino ſecum ex-
cludit infeudationem, ſecũdùm
[Iſern.in dicto §.num.8. de capi-
tulis Conrad.] & ſic deroget iuri
communi feudorum,quod regu-
lariter infeudationem permittit.
[§.ſimiliter,de leg.Conrad.] de-
bemus enim interpretari conſti-
tutionem illam, vt deroget iuri
communi feudorum quanto mi-
nus fieri poteſt.

Vlterius quæro vtrum Mar-
chiones, Comites, & Capitanei,
quos hic Bal.Barones vocat, poſ-
ſint hodie in Regno infeudare
de nouo,prout in hoc textu dici-
tur. Et quidem ſi de infeudatio-
ne feudi, vel totius vel alicuius
partis quærimus, quæſtio modi-
cam habet dubitationem, quia
conſtitutio Regni Conſtitutionẽ
205 diuæ memoriæ, omnem con-
tractum excludit:præter conceſ-
ſionem excadentialem; & ita
poſt multa concludit [Iſern. in
c.1.§.præterea de capitulis Con-
rad.

Digitized by Google

rad.num.7.& 8.iterum in cap. 1. verſ.vel aliquod,de prohib. feudi alien.per Lothar. Camer. in cap. Imperialem fol.7.liter.E.] dubiũ eſt, donec quærimus de infeuda-
206 tione burgenſaticorum;in quo articulo Doctores Regni variãt. [Iſern.namque in cap.1. §. ſi vero contigerit,de pac.iuram.firm. num.50.] dicit, quòd in Regno Siciliæ non poſſet Baro, vel Comes facere de allodio feudum infeudando: & ita tenet in effectu [in cap. 1. verſ. ille tamen 3. colum. de controuer. feud. apud pares term.]iſtam opinionem tenet [Capyc. in cap. Imperialem colum.2. de prohib. feud. alien. per Feder.] Afflic. autem in dicto [cap.1.de controu.feud.apud pares term. num. 24.] tenet, quòd Barones,& iſti numerati hic,poſſint etiam hodie in Regno in-
207 feudare burgenſatica: & non intelligens Iſerniam ita dicit eſſe de mente eius: quod limitat,dũmodo in territorio ſuorum caſtrorum, quia vadit in augmentũ feudi,& etiam extra territorium, ſi expreſsè diceretur, quòd ſit in augmentum feudi, & ſic tenet etiam [in cap.Imperialem quęſt. 44.fol.307.num.29. & in cap.1. §.econtrario, nu.1. de inueſtitura de re aliena facta, & in conſtit. Regni Si dubitatio, 3.notab.] Ita ante eum tenuit [Paris de reintegratione feud. fol. 85.col.2.] eadem ratione,licèt dicat,quòd nõ habebit propriam naturam feudi, nec erit feudum nobile, nec faciat fidelitatem, & erit potius cõtractus innominatus, vel emphyteuſis [Camerarius dict. cap. Imperialem fol. 14.litera B.] dicit,quòd ſi Baro habet, vel emit rem burgenſaticam infra confines feudi, poteſt illam dare in emphyteuſim,faciendo illam ex burgenſatica feudalem.

Videamus nos, quæ opinio ſit verior,& primò examinemus rationes vtriuſque opinionis. Duæ igitur rationes conſiderãtur pro opinione, quòd nõ poſſit in Regno per iſtos hic enumeratos fieri infeudatio burgenſaticorum; Prima eſt, quia conſtitutio permittit tantùm, quòd poſſint Barones concedere excadentialia. Hæc ratio non concludit, quia regula, quæ ponitur in illa conſtitutione Conſtitutionem diuæ memoriæ,eſt circa feuda, vt illa non poſſint aliquo modo alienari ſine aſſenſu Regis, vnde exceptio,quæ fit in conceſſione excadentialium, ex qua oritur prohibitio alia concedendi,non poteſt
208 includere allodium, quia exceptio debet eſſe de regula.[l.nã quod liquidè. ff. de pena legata.]

Magis apparens videtur ratio Capycij, qui dicit ideo eſſe prohibitum hoc in Regno, quia per infeudationem acquiritur quædã iuriſdictio in vaſſallos: & Reges Regni reſeruauerunt dominium

in

in perſonas Regni per [conſtitu-
209 tionem, quia frequenter] Sed illa conſtitutio nõ concludit niſi in hominibus Baronũ, aut aliorum; & ità, quòd conſtitutio illa loquatur in hominibus demanialibus Regis, intelligit gloſ. ibi, & Iſer. & ſatis indicant verba illius textus ibi, & ſub occaſione huius ad alterius dominium cõuolare: & apertiùs liquet ex conſtitutionibus præcedentibus, & ſequentibus, in quibus conſtat Imperatorem Federicum, auctorem illarum conſtitutionũ, multas promulgaſſe leges ad obuian-
210 dum nè homines demaniales poſſent ad alterius dominiũ conuolare; imponens pęnam Baronibus, homines demanij recipiẽtibus, vt in conſtit. Perſonas; & prohibens teneri per eos in terris demanij homines affidatos, vel recomendatos; prout ex conſuetudine in aliquibus Regni partibus obtinebat, vt in conſtitutione Cum vniuerſis, & in conſtitutione Ad ſubiectorum; & expreſſè mandans nè homines demaniales, relicta habitatione in terra demanij, trãſeant ad Terras Comitum, vel Baronum, vt in conſtitutione Quiſquis, de burgenſibus.

Conſideremus nunc rationes alterius opinionis. Duæ quidem ſunt; Prima, quia hoc tendit in augmentum feudi, quia efficitur conditio Baroniæ melior. Sed certè iſta ratio non eſt bona: quia aliud eſt quærere vbi adeſt prohibitio circa commercium in feudo, ſi illud eſt prohibitum, quando non fit commercium in damnum feudi, ſed in vtilitatem; & tunc procedit text. in §. econtrario, de inueſtitura de re aliena facta, vbi permittitur, quòd conditio feudi efficiatur melior, non deterior; quaſi ceſſet prohibitio ex præſumpta mente prohibentis. Aliud verò eſt quærere vbi non adeſt prohibitio commercij circa rem, vt in allodio, in quo nulla prohibitio reperitur; & poteſt quis circa rem aut in damnum, aut in vtilitatem facere quicquid velit; & donec certis perſonis tantùm permiſſa eſt infeudatio burgenſaticorum, fuit propter dignitatem perſonarum, non ideo quia infeudabant in augmentum Baroniæ, aut Comitatus, aliàs reſtringeretur hæc rubrica tantùm, quando fieret infeudatio burgenſaticorum in augmentum Baroniæ, aut Comitatus; quod falſum eſt, quia, vt vidiſtis ſupra, quando allodium infeudatur, in illo iure vaſſallagij quæſito per infeudationem non ſuccedit hæres Baroniæ, & feudi, ſed hæres allodij; & non hæres maſculus, ſed fœmina etiam, per [tex. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis.]

Conſiderabam propterea alias ratio-

Digitized by Google

rationes hincinde: & primò pro opinione, quòd poſſit fieri infeudatio burgenſaticorum, ponderabam, quòd poſtquam de iure communi feudorum licita eſt,& in Regno non reperitur correctũ in ſpecie; remanet ius illud incorrectum, poſtquam fundauimus,quòd ſeruãdũ eſt in Regno [l.præcipimus.C.de appel.ita arguit gloſ. in conſtit.Regni vt de ſucceſſionibus, in verbo iniuriã nullus,verſ. Ex aduerſo] & Iſern. ideo tenuit, quòd Barones non poſſunt infeudare burgenſatica, quia fuit in opinione,vt in prima quæſtione probaui,quòd ius feudorum non ſit ſeruandum in Regno,niſi quatenus eſſet rationabile: ideo dicit in [d.cap. 1. de controu. feud. apud par. term.] quòd de iure illo Barones infeudant burgenſatica.

Contra verò pro opinione, quòd non poſſit fieri infeudatio burgenſaticorum in Regno,pon-
211 derabam textum in conſtitutione Regni Comite,vel Barone, vbi prohibetur quis recipere iuramentum fidelitatis à ſuis vaſſallis ſine Regis licentia: ſed iu-
212 ramentum fidelitatis præſtandum eſt per infeudatum antequã feudi poſſeſſionem habeat [cap. 1. §. nulla, vbi Bald. & Iſern. per quos fiat inueſtit.] Si ergo prohibetur conſequens neceſſarium, prohibetur etiã antecedens. Nec dicatur,quòd poterit fieri infeudatio cum pacto, vt non præſtetur iuramentum fidelitatis, vt d. §.nulla,& omnino neceſſarium, vt ex hoc videatur antecedens prohibitum,quia cõſtitutio prædicta reſpexit quod frequenter fit, quia vt plurimum præſtatur iuramentum fidelitatis,non autẽ quod raro [l.nõ ad ea. ff.de legibus] & iam raro aut nunquam videmus,quòd remittatur ex pacto iuramentum fidelitatis.

Secundò ponderabam conſtitutionem Regni cum ſatis, iuncta conſtitutione Ea quæ ad decus,quæ procedit, vbi videntur
213 prohibiti Barones, & alij vſurpare iuriſdictionem Regiam eis non conceſſam:& clariùs prohibetur hoc in pragmatica,quæ incipit Prohibemus, vbi Barones prohibentur exercere merum imperium,aut aliam iuriſdictionem,niſi quatenus virtute ſuorũ priuilegiorum,vel legitima præſcriptione liceat; & ſi contra fecerint,incurrunt in crimen vſurpatæ iuriſdictionis: ſed acquirere vaſſallos per infeudationem burgenſaticorum ſine dubio iuriſdictionis eſt, & præeminentiæ,vt etiam conſiderat Iſern. in exactione iuramenti fidelitatis,in dicta conſtitutione Comite vel Barone, & in contractu feudali dominus habet obligatam perſonam vaſſalli medio iuramento ratione rei, & ſic habet iuriſdictionem in perſonã, vt dicit [Iacobus

cobus de Marquilles ſuper vſaticis Barchinonę,ſub rubric.de baiulijs q.3. verſ. Vndecimo] ergo prohibentur infeudare burgenſatica.

Tertiò conſiderabam, quòd bona burgenſatica in Regno ſubeunt onus functionũ fiſcalium, quæ Regi per vniuerſitates ſoluuntur ſub nomine vniuerſali; ipſæ autem Vniuerſitates exigũt à ciuibus, & particularibus in territorio bona tenentibus, ſeruata forma pragmaticæ Regis Ferdinandi Primi,quæ incipit, Magnifico Viro Rentio de Afflicto, & aliarum prouiſionum; non vi-
214 detur hoc poſſe fieri in præiudicium Vniuerſitatis, vt in fortiori caſu, quem nunc non decido,voluit [Aymon in conſ. 293. nu.11.] Et in hoc vertitur etiam intereſſe Regis,qui debet proui-
215 dere nè vaſſalli deueniant in paupertatem, nè impediatur ex impotentia exactio functionum fiſcalium. Probat [tex.in Authẽ. vt iudices ſine quoque ſuffragio fient,Guido Pap.q.621.num.9.] Vaſſall. enim locupletes meliùs, eum opus eſt, domino ſuccurrunt,vt ibi,& [Bald.in conſ.410. nu.5.volum.5.] dicit, quòd pingues ſubditi dicuntur nerui Reipublicæ, nec inſpecto præſenti ſtatu ex infeudatione burgẽſaticorum vtilitatem Rex conſequitur,etiam ſi illa adderetur Baroniæ tanquam feudum: quoniam non propterea maius ſeruitium
216 feudatarius exhibere tenetur, cum pro augmento feudi, quando non tantum quantum totum feudum,ſed minùs, non ſit præſtandum maius ſeruitium, ſecũdùm [Iſern.in cap.1.§.ſi quis de manſo,num.17.& 18.de contro. inueſtit.] & aliàs tenendo, quòd Barones in Regno poſſent infeudare burgenſatica, eſſet dare occaſionem quibuslibet (recognoſcendo in feudum res,quas tenẽt à Baronibus, quod fieri poteſt) euitandi onus functionum fiſcalium in damnum Regis. Et ex iſtis conſiderationibus ęquior videtur opinio negatiua, quòd non poſſit fieri infeudatio burgenſaticorum: cui opinioni magis inhæreo,illam tamen intelligendo taliter,quòd ex infeudatione recipiens non obligetur perſonaliter,verum poſſit fieri infeudatio ſub annuo redditu in pecunia, vel fructibus,ſeruata forma dictę
217 conſtitutionis Quia frequenter; non erit tamen propriè feudum,ſed magis emphyteuſis, vel contractus innominatus, in tantum, quòd recipiens non debet præſtare iuramentum fidelitatis, nec cẽſetur iure feudatarij, ſecũdùm [Bald.in l.liberti, libertæq; C.de oper.libertor. quem ſequitur Alex.in l.vtrum,num.5. ff.de verbor.oblig.in conſ.136.col.2. num.3.volum.1.in conſ.9.5vol. nu.6. Iaſ.in l.Gallus, §. ſi perempte,

pte, col. 5. circa medium. ff. de liber. & poſthum. vbi Socci. nu. 6. Aretin. colum. 2. Decius in conſi. 138. num. 7.] Quæ concluſio non procedit quando non infeudatur
218 feudum. Ratio eſt, quia feudũ magis cohæret perſonæ, quàm patrimonio: quia cauſa feudi radicata eſt in perſona, ideſt in ſeruitio perſonali, ſecundùm [Bald. in Authen. ſi quas ruinas, colum. 4. C. de ſacroſan. eccleſ. & ita in effectu videtur voluiſſe; licèt non per iſta media, Par. de reintegrat. feud. fol. 85. colum. 2. eadem ratione: licèt dicat, quòd non habebit propriam naturam feudi, nec erit feudum nobile, nec faciat fidelitatem; ſed erit potius contractus innominatus, vel emphyteuſis.
219 Iſer. hic in verſ. Valuaſores, tractat quæſtionem illam, An pater habeat vſumfructum in feudo filij; & paucis articulum hunc abſoluit. Ego autem, quia articulus practicabilis eſt, & multa etiam continet, quæ ſæpiſſimè eueniunt, latiùs quæſtionem examinabo, breuiter dicta ferè omniũ in hoc articulo, & illius occaſione diuerſitates, & contrarietates opinionum videbitis, cum rationibus ipſarum, poſt veritatẽ, ac demùm quæ neceſſariò ex veritate deciſionis emergunt.
220 Iacobus de Beluiſ. in cap. 2. de fratribus, de nouo beneficio inueſtit. iuxta prȩmiſſa, quærit an feudum ſit peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, vel aduentitium; & reſpondet, quòd poteſt eſſe caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, & aduentitium. Caſtrenſe erit, ſecundùm eum, quando dominus feudum dedit militi, quia in bello bene ſe habuit: Quaſi caſtrenſe, quando conceſſum eſt à Domino, qui habet iuriſdictionem: Vnde dicitur publica perſona, quaſi de publico vaſſallus tunc acquiſierit; argumento l. fin. C. de inofficioſ. teſtamẽ. Aduentitium quando alibi, vel ab alia perſona feudum filius acquiſiuit; ſubdit in quæſtione propoſita, quòd pater non habebit in eo vſumfructum, quaſi ſub hac conditione videatur ſibi conceſſum, nè alius habeat in eo vſumfructum, ſed filius tantùm, vt poſſit inde domino ſeruire, vt in definitione feudi in [§. huius autem generis, ex quibus cauſis feudum amittatur] hoc enim, ſcilicet dari res fi-
221 liofamilias, nè pater vſumfructum habeat, fieri poteſt, vt in [Authen. vt liceat matri, & auiæ, in §. 1.] & hoc tacitè ineſt, argum. [l. ſi cui. ff. de ſeruitu.] Vnde cõcludit, quòd pater non debet habere vſumfructum in feudo filij, ſiue ſit caſtrenſe, ſiue quaſi, ſiue ſit aduentitium.

Baldus ibi col. fin. tenet idem quod Iacob. de Beluiſ. eius verba formalia tranſcribens [Martinus Laudenſ. ibi ſequitur Bald. & Ia-

cob.de Beluiſ. Aluarot. etiam ibi col.fi.] dicta iſtorum refert, & ſequi videtur, dicens ita tenere Nicolaũ de Neapoli. Addit tamen, quòd ſi pater ſimul habitat in eadem domo, & menſa cum filio,
222 qui habet feudum aduentitiũ, quòd tunc illi fructus erũt communes, per tex.ibi, qui licet loquatur de fratribus; tamen eadem, vel maior ratio militat in patre; quia eſt magis priuilegiatus cum filio, quàm frater cum fratre; & dicit, quòd ita fuit de mente Iacob.de Beluiſ. dum cõtra ſuam concluſionem in fine oppoſuit de illo tex. & non ſoluit. Præpoſit.ibi colum. fin. tranſcribit in effectu verba Aluarot. Afflictus etiam ibi nu.9. colum. 3. dicit idẽ, quod Iacob. de Beluiſ.& Bal. qui dicit concluſionẽ,
223 quòd pater non habeat vſumfructum, procedere tam in feudo quaternato, quàm non quaternato; ac etiam in fructibus à ſolo ſeparatis. Iſer.hic tam in feudo dato filio per Regem, quàm in obuento ex materna ſucceſſione, tenet, quòd patri nõ competat vſusfructus; idem tenet in conſtitutione in aliquibus, in 2. colum. tam in feudo donato filio per Regem, quàm in feudo à filio empto cum aſſenſu Regis: idẽ [Bald.in l. ſi vxorem. C. de conditionibus inſert.in fin.] ſiue ſint
242 caſtrenſia, ſiue non; quia feudum eſt ſeruitus; & ſi acquireretur vſusfructus patri, eſset ſerui-
225 tus ſeruituris, quod eſſe non poteſt [l.1.ff.de vſufruct.legat.& Baldum ſequitur Decius in conſ. 460.num.3. Lucas de Pen.in l. 1. in fin. C. de caſtrenſ. pecul. milit. lib. 12.] inhærere videtur opinioni Iserniæ, quòd non debeatur vſusfructus in feudo materno; Afflictus in conſtit. Minoribus num. 10. tenet opinionem iſtam, quòd patri non competit vſusfructus. Iterum in [cap. mulier, verſus finem, ſi de feudo defunct. milit. & in cap. 1. num. 6. de feud. fœm.] qui dicit, quòd hæc opinio communiter tenetur: & hic etiam num. 34. Iſern. ſequitur ſic etiam Loffred. in cap. 1. §. præterea, colum. 14. de prohib. feud. alien. per Feder. & iterum in cõſ. 10. num. 19. Camerar. in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. fol. 21. litera O.] addita ratione, quia feuda ob militiã data ſunt. Sed [Bal. in l. cum oportet, colum. fin. nu. 18. C. de bon. quæ liber.] aliquanto magis in hac quæſtione ſe extendit, & non bene colligitur in quam partem inclinet: nam in principio diſtinguit feuda à Principe conceſſa, feuda dignitatum, ac feuda quæſita virtute armorum, ab alijs feudis, quæ paganica vocat; vt in primis non queratur vſusfructus; in alijs verò quæratur, ſaluo iure ſeruitij. Poſtea verò refert præmiſſam opinionem, quòd in nullo

lo caſu vſusfructus patri quæratur. Tertiò refert Iacobũ de Bel-
226 uiſ.tenentem,quòd, licèt patri nõ acquiratur vſusfructus;tamen acquiratur commoditas iure patriæ poteſtatis: nam quæ non poſſunt plenè acquiri, acquiruntur quoad commoditatem [l.fin. C.de vſufruct.l. neceſſariò. §. fin. ff.de pericul. & commod. rei vẽdit.] & reſpondet obiectionibus, Ex quibus reſponſionibus colligitur,quòd debet acquiri vſusfructus . Quartò pro ſolutione videtur cõcludere, quòd hoc pendet ex intentione feudum concedentis,cum feudũ detur propter operam,& ſeruitium. Vltimò reſidere videtur in prima ſua diſtinctione: quia reſpondet alteri obiectioni in ſpecie,quę fieri poterat, quòd mortuo filio, pater retineret vſumfructum; dicens, quòd feudo perempto,ideſt ſubſtantia feudi ad dominum reuerſa,eius qualitas,ideſt vſusfructus, apud patrem durare non poteſt, quia reſoluto iure filij,reſoluitur ius patris [l. lex vectigali. ff. de pignoribus] Et ita Curt. in tract. feudi relatis opinionibus, intelligit Bald. tenentem ſecundùm præmiſſam diſtinctionem,vt cõpetat vſusfructus patri in feudo aduentitio,ex ratione Bald. quòd in his,quę non ſunt deciſa per ius feudorum, ſtãdum eſt iuri com-
227 muni;& alia addita: quia fructus feudi poſtquam ſunt ſeparati,non dicuntur feudales, ſed allodiales: ſic etiam Baldum intelligit [Boer. in deciſ. 199. 1.& 2. colum.] qui latiùs opiniones refert,dicens,quòd ita ſeruatur de conſuetudine generali in Regno Franciæ [Caccialup. de feud.cognitio.in differentijs feud.& iuris ciuilis, verſiculo 10. ſimpliciter opiniones refert. Et licèt approbare videatur diſtinctionem Aluarot.in d.cap.2.de fratribus,de nouo benef. inueſt. tamen poſtea ſe remittit ad omnia dicta Bald.qui ſibi, vt vidiſtis, contrarius videtur; & ſic,ad euitandum labores,facit Iaſ.in præludijs feudor.col.6.

Colligitur ergo ex præmiſſis, quòd in quæſtione propoſita quatuor ſunt principales opiniones. Prima negatiua, quòd patri non competat vſusfructus. Secunda affirmatiua,quòd competat; & iſtæ opiniones inuicem ſibi aduerſantur. Tertia, quòd fructus feudi ſint communes, quando pater, & filius habitant in eadem domo. Quarta, quòd patri non competat vſusfructus, ſed commoditas. Videamus primò de veritate inter primam, & ſecundam opinionem.

Prima opiniò negatiua fundatur in pluribus rationibus.Primò quia feudum cenſetur datum ſub ea conditione, vt pater non habeat vſumfructum, ſed ſolus

filius,propter ſeruitium,ad quod tenetur,& hoc tacitè inſit:ſecundò, quia feudum eſt ſeruitus; & ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt [l.1.ff.de ſeruit.legat.] ſicut dici-
228 tur in vſufructu legato filio, vt hac ratione patri vſusfructus non competat,per[Gloſ.magi.in Authen.vt liceat matri, & auiæ, in verbo parentibus:] Tertiò, quia in donationibus imperialibus filio factis,patri nō co mpetit vſusfructus [l.cum multa. C.de bon. quæ liber.] Nec obſtat, quòd mutatione perſonæ mutatur rei conditio, vt in caſtrenſi peculio, quod deſinit eſſe caſtrenſe in perſonam ſucceſſoris,dicit [tex. in l. Paulus.ff. de acquirend.hæreditate] quia hic non deſinit eſſe feudum penes filium; & iſtá rationem præcipuè conſiderat Iſer.hic.

Opinio quòd competat vſusfructus,fundatur, vt vidiſtis. Primò,quia ſtandum eſt iuri communi, vbi caſus non eſt deciſus per ius feudorum,cap.1.de feud. cognition.ſed de iure communi in aduentitijs patri cōpetit vſusfructus [l.cū oportet.C.de bon. quæ liber.] ergo, &c. Secundò quia fructus feudi non ſunt feudales, ſed allodiales. Tenentes iſtam ſecundam opinionem reſpondent principali obiectioni, quæ fit,quòd feudum datur propter ſeruitium, dicentes, quòd pater habebit vſumfructum in eo, quod ſupereſt deducto ſeruitio.

Quid dicendū inter iſtas duas opiniones? Vos teneatis opinionem negatiuam,quòd patri vſusfructus nō competat: quam alijs medijs comprobate,prçter & vltra Doctores. Et primò ponderate [tex.in l.3.§.ſi quid. ff. de minorib.] alio modo inducēdo,quā facit [Bal. in d.cap.2. de fratrib. de nouo benef. inueſtit. & alij] dicit ille tex. quòd ſi legatur aliquid filio,quod perſonæ eius cohæret,puta ius militiæ, illam militiam pater non acquiret,ſed ipſe habet: ſed feudum magis co-
229 hæret perſonæ,quàm patrimonio, quia cauſa feudi radicata eſt in perſona, ideſt in ſeruitio perſonali,in tantum,quòd feudum ex antiqua natura feudorum non ſeparabatur à perſona; licèt aliud poſtea ſit introductum, vt in hac prima rubrica,ita dicit [Bald.in Authen. ſi quas ruinas, colum. penult. num.5.C.de ſacroſan.eccleſ.]qui oblitus de hoc aureo dicto,in dict.l. cum oportet poſuit exemplum iuxta tex. in dict. §. ſi quid in feudis dignitatum, quæ cohærent oſſibus feudatarij: alia etiam feuda cohęrent perſonæ magis,quàm patrimonio, ſecundùm Bald.vbi ſupra, quod ſine dubio procedit in feudis ligijs, quæ à ſolo Rege recognoſcūtur.
230 Secundò, ſicut hypotheca tacita introducta ex diſpoſitione legis

legis in bonis alicuius non comprehendit feudalia ſecũdùm veram opinionem, vt concludit [Roman.in l.ſi conſtante.ff.ſolu. matrim.auctoritate Specul.in tit. de pignorib.nu.3. verſ. ſed numquid feudum,contra Bar.in d.l.ſi conſtante,& Socci. ſequitur Roman.in conſi.19.num.12. col.4. volum.1.]loquentes in hypotheca tacita,quæ competit vxori in bonis viri,& ita tenet [Iaſ.in l.ſi. colum.31. num. 84. C. de iure emphyt.Capyc. in cap. Imperialem in 1.gloſ.in 1. concluſione de prohib.feud.alien.per Feder.] loquens etiam in hypotheca tacita,quæ competit pro legato, & [Camerar.ſequitur in dicto cap. Imperialem fol.15. colum. 2. litera F.] quia ſicut hypotheca nõ poſſet conſtitui in feudo ſine aſſenſu domini, ita nec hypotheca legis,quę ſupplet illud,quod partes ex ſe ſine conſenſu alterius facere potuiſſent; ita etiam dicendum ſit in vſufructu, quem generaliter lex competere voluit patri in bonis filij, vt ea tantùm bona comprehẽdat,in quibus filius potuiſſet ſine alterius voluntate vſumfructum patri conſtituere, non autem feuda, in quibus filius,ignorante domino, nõ poteſt alteri vſumfructum conſtituere: & hanc rationem inter dentes conſideraui Bal. pro parte negatiua,dũ ponderauit, quòd filius non poſſet feudũ alienare.

Tertiò conſiderate intereſſe domini,ſi pater haberet vſumfructum, in primis ſi filius vellet
231 alienare feudum cum conſenſu domini,non poſſet: quia ita eſt in bonis, in quibus pater habet vſumfructum [l. fin. §. filijs autem. C. de bon. quæ liber.] & ſic requirendus eſſet patris conſenſus,nõ ſolùm domini in alienatione feudi, hoc eſt contra legem feudorum, quæ ſine dubio perficit alienationem feudi hæreditarij,aut feudi noui ex pacto & prouidentia cum ſolo conſenſu domini;& domini intereſt ſaltem ratione voluntatis,quod intereſſe eſt in conſideratione [l.ſi. ff. de vſu, & habitatio. l. vſufructuarius nouum teſtorium. ff. de vſufruct.]Itẽ ſi filiusfamilias feudatarius committeret delictum, ex quo bona deberent confiſcari,non comprehenderetur feudũ aduentitium, in quo pater vſumfructum haberet, tenendo opinionem [Bart.in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus,colum.penult. verſ. Sextò quæro.ff.de damn. infect.] vbi pluribus argumentis concludit bona aduentitia, nòn com-
232 prehendi in publicatione bonorum filij; ſequitur ibi [Bald. Angel.Paul.de Caſt. Alexan. Iaſ. idem Bar.in l.ſi quis in tantum, num.11.C.vnde vi,Abb.in conſ. 66. volum.2.Socci.in conſ. 121. nu.12.volum:4. Aretin. in conſi. 14.colum.5. Alexan. optimè in

Digitized by Google

conſ.23.volum.1.Curt. in conſi. 6.colum.10. Pariſ. in conſi. 157. colum.1.volum.4.Soccin.iun. in conſ.77.vol.2.]

Omitto conſiderare intereſſe domini, ſi remaneret vſusfructus, non obſtante feudi refutatione,quæ fieret domino aut reuerſione feudi ad dominũ propter lineam finitam, aut ex delicto: quia hoc caſu poſſet dici vſumfructum extingui, poſtquã competeret ex diſpoſitione legis, finito iure ipſius filij,per [tex. in cap.1.§.rurſus,quibus mod. feud. amitt.]

Quartò bene probat hanc cõcluſionem [tex.in d.l.cum multa. C. de bon. quæ liber.] in feudo tamen,quòd à Rege tenetur, & in feudo non hæreditario, ſed ex pacto, & prouidentia, eſt text. formalis: quia quilibet ex ſucceſſoribus in illo venit ex propria donatione, iuxta terminos textus in l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo,ſecundùm Iſer.in c.1. de ſucceſſion. feud.nu.4. Vnde, cum filius ſuccedens in feudo materno ex pacto, & prouidentia, dicatur habere ex propria Regis donatione, ſine dubio patri non competit vſusfructus. Idẽ

233 in feudo hæreditario, quia etiam hoc dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, ſecundùm [Iſern.in cap.1.colum.1. de alienatio. feud. patern.] & ſic etiam in feudo hæreditario dicitur venire ex propria donatione: tot enim ſunt inueſtituræ, quot ſunt perſonæ in illa comprehenſæ, etiam in feudo hæreditario, ſecundùm [Afflict. in cap. 1.§.in alio verò feudo, de ſucceſſio.feu. nu.2. & tot ſunt donationes etiã, Camerar.in cap.Imperialem, fo. 26. litera F. & G.] & procedit quantum ad hoc ſaltem,vt dicatur ipſe habere à Rege. Vnde oritur,quòd tenetur ſucceſſor infra annum & diem inueſtituram petere à Domino,& facere fidelitatem,ſicut in prima inueſtitura;aliàs feudum amittit de iure communi feudorum [cap.1. in princ. quæ ſit prima cauſa benef. amittẽ. cap.1.de capitu. Conrad. cuius inueſtituræ loco ſucceſſit

234 in Regno aſſecuratio vaſſallorum. Iſern.in d.cap.1.de capitul. Conrad. immò aliàs in cap. Regni,incipiente apud Fogiam] deciſum eſt,quòd ſucceſſor in feudo, antequam fuerit aſſecuratus ab hominibus, & vaſſallis ſuis, ſeruata forma conſtitutionis Regni Comite,vel Barone, non habeat dominium,vel quaſi:quam deciſionem irrationabilem[Iſer. dicit in cap.ſancimus, quo tempore miles, colum. 1.] & ita tenendum eſt,quòd non competat vſusfructus patri.

Et rationes contrariæ opinionis parum obſtant; Prima, quòd ſit ſeruandum ius commune,vbi caſus non eſt deciſus per ius feudorum.

dorum; quia ſatis quodammodo poteſt dici deciſus, poſtquã prohibita eſt alienatio, & vſusfructus conſtitutio: & cum prouiſum ſit, quòd verba generalia non cõprehendant feuda [c. in generali, ſi de feud.defunct.milit.]

Secunda ratio Cortij, quòd fructus feudi ſeparati ſunt burgẽſatici, & non feudales, continet manifeſtam fallaciam: quia nos non agimus, vtrũ competat vſusfructus in fructibus à feudo ſeparatis, ſed ſuper ipſo feudo; ita ꝙ fructus, deducto ſeruitio, cedant in beneficium patris vſufructuarij. Obſeruantia generalis in Regno Franciæ, de qua meminit [Boer. in d.deciſ. 199.] procedit in d.Regno, vbi feuda ſunt adinſtar patrimoniorum.

235 Sed videamus, poſtquam patri denegatur vſusfructus, an hoc procedat ex diſpoſitione legis, vel ex diſpoſitione hominis [Afflict. in conſtit. Regn. Minoribus, nu. 10. quæſt. 9.] intelligit Iſern. ibi

236 tenentẽ hoc procedere ex diſpoſitione legis, nõ ex diſpoſitione hominis. Sed verè decipitur non intelligendo Iſerniam, qui ibi dicit totum cõtrarium, quòd patri denegatur vſusfructus in feudo materno ex diſpoſitione

237 hominis; Et vt bene intelligatis Iſer.ibi, qui obſcurè loquitur, notate, quòd quando lex denegat vſumfructum, vt quando pater recuſat conſentire filio, qui vult hæreditatem ſibi delatam adire,

238 pater poteſt adminiſtrare [l.fi. §.ſin autem.C.de bon.quę libe.] ſecus verò quando homo denegat vſumfructum patri; quia ſub ea conditione reliquit; tunc pater non adminiſtrat, ſed datur curator [§.1.in Authen.vt liceat ma-

239 tri, & auiæ.] Sed Iſern. in dicta conſtit. Minoribus, in fine, quærit ſi mater relinquit adminiſtratorem in feudo filio, an pater poſſit impedire illum adminiſtrare; dũ arguit pro parte affirmatiua, ꝙ poſſit impedire, ponderat, quòd ſicut pater poteſt impedire dare curatorem, licet ei denegetur vſusfructus, ex diſpoſitione legis; ita in caſu præmiſſo: ergo tenet in quæſtione propoſita denegari vſumfructum patri ex diſpoſitione hominis. Item dum concludit, quòd pater non poſſit impedire, quia mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine, apertiſſimè tenet idem: & reſolutio quæſtionis per eum formatę, an pater poſſit impedire electum à matre ſuper adminiſtratione feudi, pendebat ab hoc, vtrum vſusfructus denegabatur ex diſpoſitione hominis, vel ex diſpoſitione legis. Vnde cum concludat non poſſe patrem impedire, manifeſtiſsimè tenet, ꝙ denegetur ex diſpoſitione hominis; & ita ſatis clarè voluiſſe videtur Iacob. de Beluiſ.in dict.cap. 2. dum voluit ineſſe tacitum pactum in cõceſſione

ſione feudi,vt alius vſumfructum nó habeat,ſed ſolus feudatarius, quicunque fuerit poſt primum, in quem tranſit, ſicut apud primum conceſſionarium reſpectu domini: & hoc voluit dicere Iſern.hic,dum dixit,quòd mutatione perſonæ non deſinit eſſe feudum, & quòd feudũ eſt apud hæredem, ſicut apud primum conceſſionarium.

240 Hinc aliud emergit, quòd poſtquam patri denegatur vſuſfructus,& hoc procedit ex diſpoſitione hominis,nequaquam erit pater legitimus adminiſtrator in feudo filij minoris;tenet [Bar.in l.lis nulla,in princ.ff.de iudic. in l.fin.§.filius.ff.de verbor.obligat. Bald.in Authen.niſi tricennale. C.de bon.matern.probat in feudo Loffred.in conſ.10.num.18.] & proinde debet prouideri de adminiſtratore in feudo per Regem,ad quem ſpectat,vt in conſtit.Regni in aliquibus,in verſi.Si

241 minores, & in conſtit. Minoribus,niſi mater,vel auus maternus deputauerint adminiſtratoré in feudo filij, vel nepotis, quod poſſunt; ſicut quilibet,qui relinquit aliquid filiofamilias [vt in d. Authen. Vt liceat matri,& auiæ] tenet hoc Iſern.in d. conſtit. Minoribus; vbi an hic adminiſtrator electus poſſit ſine licentia Curiæ adminiſtrare, ſicut quan-

242 do datur balius per patrem, vt prouiſum eſt in Regno per capitulum incipiés Feudatarius, licèt hoc de facto non videamus ſeruari,quia etiam quando in teſtamento Balius relinquitur à patre habente filiũ in poteſtate, ille nõ adminiſtrat ſine licentia Curiæ

243 Regis,& an ſit filiofamilias exiſtenti in poteſtate facienda prouiſio de balio, vel de curatore, aut adminiſtratore, habetis in d. conſtitut. Minoribus per gloſ. & Iſern.]

Circa tertiam opinionem, ꝙ fructus feudi ſint cõmunes, quãdo pater,& filius habitant in eadem domo; hæc opinio fundatur tantùm in [d.cap. 2. de fratribus

244 de nouo benefic. inueſt.] qui tex.hoc nullo modo probat:quia ſi ibi fructus feudi ſunt communes inter fratres,donec ſimul habitant, non procedit ex priuilegio fratris; ſed quia feudum erat emptum de communi pecunia, vt ibi intelligit gloſ. & Iſern. & procedit ex tacita ſocietate inter fratres, quæ in feudo reſoluitur ad arbitrium fratris feudatarij, qui tenetur, cum deſinit fructus communicare, partem pretij reſtituere,iudicio communi diuidundo, vel familiæ herciſcundæ: & ſi per filium de pecunia ſua, & paterna fieret emptio feudi, & poſtea ſimul habitarent in eadẽ domo,ex eiſdem rationibus, ſcilicet propter tacitã ſocietatem, & quia emptum de communi pecunia,eſſet idem. Vnde nonmili-

militat conſideratio Aluaroti, quòd pater eſt magis priuilegiatus, quàm frater: & ſi Doctores contra concluſionem, quòd pater non habeat vſumfructum,
245 oppoſuerunt de illo textu, & non dederunt congruam reſponſionem; fuit quia parùm, vel nihil obſtabat, vt nunc videtis.

Circa quartam, & vltimã opinionem, quòd pater ſaltem habeat commoditatem, in primis notate, quòd Baldus pro hac opinione [in d.l. cum oportet] allegat Iacobum de Beluiſ. qui hoc non dicit in d.c.2. de fratribus de nou.benefic. inueſt.] vbi allegatur, nequaquam hoc dicit Iacobus de Ardizo. in ſumma de ſucceſſio. feudi, vt allegat Aluarot. qui hoc tenet in cap. 1. col. fin de ſucceſſio. feud. & ſic hactenus opinio iſta non habet certum auctorem. Eſt verum, quòd [Aret.in §.igitur, Inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur, nu.5.] dicit, quòd licèt non acquiratur patri vſusfructus in certis caſibus; tamen pater debet habere ſemper commoditatem; tenet idem [Iaſ.in l.cum filiofamilias, colum.penult.ff.de legat.1.refert iſtos Loffred.in conſ. 10.nu.18.] Vnde dat cautelam Angelus, q. quando aliquis non vult patri acquiri; quòd expreſsè prohibeat nè commoditatem aliquã, nec vſumfructum pater acquirat. Sed certe iura, in quibus Angel. ſe fundat, non probant eius concluſionem: nam licèt ſi legatur vſus ſeruorum, aut ædium filiofamilias, vtetur miniſterio ſerui; & in ædibus poterit habitare ſimul filius, & pater, etiam ſecundùm [textum in l.plenum.§.quanquã, & l. filiofamilias. ff. de vſu, & habitatio.] tamen hoc nihil habet commune cum articulo an patri competat commoditas ſaltem in fructibus feudi, ſi non competit vſusfructus: quia patri, vt vidiſtis, ſecundùm mentem Iacobi de Beluiſ.Iſern. & aliorum, denegatur vſusfructus ex pacto, q. ſubintelligitur in conceſſione feudi: & ſic ex diſpoſitione hominis non ſic denegatur patri vſusfructus in vſu, aut vſufructu filio legato; quia illud eſt ex diſpoſitione legis, quæ denegat ſeruitutem ſeruitutis; [per l. 1. ff. de vſufruct.legat.] & ſic filius ſolus erit vſufructuarius, & pater vtetur, & fruetur fructibus, vt dicit [Azo in ſumma de bon. quæ liber.] Feudum autem non eſt res, in qua non poſſit vſusfructus competere, quia bene poteſt cõpetere, & ex conuentione denegatur. Et notate quomodo hæc iura non faciunt.

246 Commoditas iſta, quæ conſideratur in beneficium patris in rebus allodialibus relictis filio quoad vſum tantùm, vel vſumfru-

fructum, durat etiam finito vſu, vel vſufructu filij per mortem, aut capitis diminutionem l.fin. C. de vſufruct. & gloſ. in dicto §. quanquam] & ſic eſt ius formatum ſuper ipſa re in beneficium patris: hoc non poteſt procedere in feudo, quia eſſet inducere ſeruitutem contra voluntatem domini, & comprehendere in verbis generalibus legis bona feudalia. Vnde militant omnia, quæ ſupra vidiſtis, ad finem denegandi patri vſumfructum formalem, tenendo, quòd dempto nomine vſusfructus, idem importat commoditas, quod vſuſfructus, & ſi non in totum. Idem procedit ex qualitate rei, in qua propriè vſusfructus non cadit: & quia minus filiofamilias eſt legatum; vnde nil mirũ ſi pater minus habet. Præterea idem Angelus non in feudo, in quo non loquitur, ſed in allodio multum dubitat; quia dicit eſſe magnum dictum, ſi eſſet verum. Et ſi non eſſet alia ratione tenendum, quòd patri iſta commoditas, de qua Doctores loquuntur, denegatur; eſt tenendum, ob concluſionẽ ſupra firmatã, quòd pater non eſt legitimus adminiſtrator in feudo filij minoris, vti iam iu-
247 dicatum eſt. Nam ſi haberet cõmoditatem à Doctoribus conſideratam, haberet etiam legitimam adminiſtrationem, ſecundùm [Baldum in l.prima num. 7. C.de bon. matern.] & ſic ſi non habet legitimam adminiſtrationem, nec commoditatem ipſam habet ex neceſſaria conſequentia.

248 Fateor tamen, quòd filiuſfamilias feudatarius tenetur alere patrem, etiam habito reſpectu ad fructus feudi, qui ſuperſunt, deducto ſeruitio militari; cum teneatur iam filius patrem alere, etiam de caſtrenſibus, ſecundùm [Gloſ. in l. ſi quis à liberis, §. ſi impubes. ff. de liberis agnoſcendis. Immò etiam ſecundùm Albericum ibi de fructibus beneficij, in quo ſine dubio pater non habet vſumfructum, quia iudicatur tanquam peculium quaſi caſtrenſe: §. presbyteros, in Authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis, ſecundùm Azon. in ſumm. C. de bon. quæ liber.]

Nec ex hoc, quòd filius teneatur ad alimenta pro fructibus feudorum, conſtituitur aliqua ſeruitus in feudo, vt in fortioribus terminis Napodanus conſiderat in conſuetudine Si quis habet, in verbo maternorum, in fine, de aliment. præſtand. in illa quæſtione ſi conſuetudo Neap.
249 quæ dat formam quomodo ſunt alendi liberi à parentibus, diuidendo fructus bonorum pro rata, ſi comprehendat bona feudalia intus diſtrictum: dicit nam-

namque, quòd non abdicauit à ſe pater ius percipiendi fructus: nam ipſe vti videtur cum ille vtitur, qui habet cauſam ab eo circa percipiendos fructus, non tranſlato iure percipiẽdi [l.quod donauero. ff. de vſufruct.] licèt poſtea idem Napodanus in conſuetudine, quod ſi aliquis velit contrarium, ſcilicet quòd illa conſuetudo non habeat locum in bonis feudalibus, & forte melius. De veritate tamen in hoc articulo altera die tractabimus.

FINIS CAPITVLI PRIMI.

ADDITIO

Digitized by Google

ADDITIO COPIOSA AD REPETITIONEM DOMINI REGENTIS LANARII COMITIS SACCI.

In capitul. 1. de his, qui feudum dare poſſunt.

EDITA

PER FVLVIVM LANARIVM

Iuriſconſultum, Patritium Neapolitanum, Auctoris Nepotem,

NOVIS QVAESTIONIBVS REFERTA.

ARGVMENTVM.

De poteſtate Regis in concedendo feuda, & demanialia ſui Regni, & quando poſſit priuilegia demanialium reuocare: & an detur poteſtas abſoluta in Rege: & qualis ſit poteſtas eius Viceregis, & Vicarij in Regno circa idem: qualiter Barones, & Comites poſſint concedere excadentias, feuda plana, & de tabula, & ſterilia, & demanialia feudi, Baroniæ, & Comitatus: latiſſimè de feudo quaternato ſimpliciter, & de feudo quaternato ſecundùm quid: plures quæſtiones circa regiſtrum Imperatoris Federici, permittentis ſterilia poſſe locari: & quæ dicantur bona gentilitia, & an feudis planis, & de tabula, vel potius bonis feudo reddititijs æquiparentur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *De iure communi feudorum certis tantùm perſonis in dignitate conſtitutis erat permiſſum infeudare.*

2 *Rex ſolus de iure Regni,& nemo alius poteſt feudum dare: Baronibus tantùm eſt permiſſum excadentias locare.*

3 *Cap.primum de his qui feud.dar.poſſ.an ſit correctum per Conſtit.Conſtitution Diuæ memoriæ,quoad perſonas Eccleſiaſticas,concluditur non eſſe correctũ, nu.6.& 8.*

4 *Dominus per infeudationem acquirit iuriſdictionem in ſuos vaſſallos.*

5 *Princeps, quantumcunque ſummus, non poteſt contra immunitatem Eccleſiaſticam ſtatuere.*

7 *Caſtra in Regno præſumuntur eſſe feuda quaternata,niſi poſſideantur per Eccleſiam.*

9 *Iuriſdictio poteſt quæri mediante legitima præſcriptione.*

10 *Rex ſolus in Regno de allodio facit feudum;& de feudo allodium.*

11 *Rex ad libitum poteſt alienare demanialia Regni,ſi alienatio non tendit in diminutionem Coronæ.*

12 *Barones in Regno, etiam inuitis vaſſallis,vendunt feuda cum Regio aſſenſu: verùm conſuetudine receptum eſt poſſe admitti ad Regium demanium.*

13 *Rex poteſt Caſtra ſui demanij infeudare, inuitis vaſſallis, & nu.14.*
Et an etiam quoad directum dominium alienare.nu.15.

16 *In Regno ſunt plura Caſtra, quæ tenentur in allodium: ſed non per hoc cenſetur ſeparatum à Corona ius ſuperioritatis: Hinc poſſidente Eccleſia feudum in allodium;à ſententijs appellatur ad Regios ſuperiores. Et an Rex poſſit concedere priuilegium, quod aliquis ſit exemptus à ſua iuriſdictione, num.17.*

18 *Priuilegium Regij demanij an Rex poſſit reuocare, latè diſcutitur. Et diſtinguuntur plures caſus,nu.21.in fine.*

19 *Priuilegium conceſſum in remunerationem ſeruitiorum,eſt irreuocabile. Verùm ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt reuocari.nu.21.*

20 *Princeps obligatur ex contractu.*

22 *Poteſtas abſoluta in Principe, quænam ſit: Et an detur,latè diſcutitur.*

23 *Diſputare de Principis poteſtate eſt crimen.*

24 *Rex dicitur adeò iuſtitia plenus, vt fateamur non poſſe contra ius reſpondere,nec contra priuatorum pacta reſcribere.*

25 *Princeps non poteſt ſuo arbitrio agere contra ius naturale,vel gentium, auferendo ſubditis rerum dominia, niſi ex cauſa.*

26 *Rex dicitur quaſi dominus fiſcalium,& adminiſtrator, ſiue maritus Reipublicæ.*

27 *Rex dicitur ſubditus legibus diuinis, & naturæ; & Rex Tyrannus à legitimo in quo differat.*

28 *Rex eſt ſolutus legibus poſitiuis.*

29 *Capyc.deciſ.166.declaratur.*

30 *In quolibet mandato generali ſemper cenſetur exceptuata poteſtas donandi, niſi ſpecialiter ſit conceſſa.*

31 *Proreges in Regno non poſſunt feuda dare.*

32 *Proreges ante Pragmaticam delli noue Capi, indiſtinctè ſuper quibuſcunque alienationibus poterant aſſenſum præſtare.*

33 *Aſſenſus dupliciter poteſt conſiderari;vno modo ſi tollit obſtaculum prohibitionis; alio modo quando tranſit in vim diſpenſationis,& nouæ inueſtituræ.*

34 *Proreges poſſunt præſtare aſſenſum, ad finem,vt tollatur obſtaculum prohibitionis; ſed non per viam diſpenſationis.*

35 *Proreges an poſſint præſtare aſſenſum, vt conſtituatur feudum quaternatum ſecundùm quid,contra opinion Frecc. & Vinc. de Franch. valde dubitatur.*

36 Prorex, ſiue Vicarius Regis, an poſſit præſtare aſſenſum ad formandum feudum planum, & de tabula.

37 Proreges an poſſint, mediante eorum aſſenſu, validare legitimationes filiorum naturalium.

38 Proreges, ſicut non poſſunt verè dare feuda, ità nec etiam præſumptiuè.

39 Baronalis dignitas eſt antiquiſſima in Regno, ſed incognita per conſuetudines feudales quoad nomen.

40 Baro quis propriè dicatur in Regno, & quibus modis efficiatur.

41 Barones olim in Regno habebant baſſam iuriſdictionem, & cognitionem cauſarum ciuilium tantùm; ſed merum, & mixtum imperium poſtea fuit eis communicatum per Reges de Aragonia.

42 In Baronia conſiderantur demanialia, & excadentialia.

43 Demanialia feudi quæ dicantur.

44 Excadentialia feudi quæ dicantur.

45 Baro an poſſit dare feudum: quid de iure communi feudorum, & quid de iure Regni.

46 Baro poteſt excadentialia ſubinfeudare.

47 Baro quod dominium transferat in ſubfeudatarium.

48 Dominium vtile eſt duplex; aliud ſuperius, & aliud inferius.

49 Baro nedum poteſt excadentialia locare, ſed etiam poteſt alienare, ſecundùm opinionem aliquorum, quæ impugnatur: & datur intellectus ad doctrinam Affiict. contrarium tenentis.

50 Baro poteſt concedere demanialia sterilia ad certam partem fructuum.

51 Baronia ſi deuoluitur ad Regem, ſubfeudatarius, ſi eſt paratus præstare idem ſeruitium Regi, non poteſt moleſtari de ſubfeudo.

52 Baro non poteſt remittere ſolitum, & cõſuetum ſeruitium.

53 Baro non poteſt ſubinfeudare, niſi cum eiſdem pactis, & eo modo, & forma, prout eſt introducta conſuetudo infeudandi.

54 Excadentialia deuoluta Baroni, & applicata ſuæ menſæ, non poterit de nouo concedere abſque ſolemnitate.

55 Excadentialia an poſſint fieri demanialia, latè diſcutitur.

56 Excadentialia, ſi non conſtat expreſſè, quòd ſunt incorporata, ſed tenentur ſeparata, an & quando dicantur effecta demanialia.

57 Baro an poſſit de allodio facere feudum, & è contra; & an ſaltem poſſit feudum augere.

58 Demanialia feudi ſterilia poteſt concedere ſub natura burgenſatica ad certam partem fructuum, & non in pecunia.

59 Baro poteſt acquirere aliquam ſeruitutem in feudo; quæ efficitur feudalis, & auget feudum.

60 Iuriſdictio de nouo acquiſita per Baronē in Caſtro, an efficiatur feudalis, & an vnus poſſit eſſe dominus Caſtri, & alter iuriſdictionis.

61 Feudatarius poteſt augere feudum per ædificia.

62 Feuda poſſunt augeri fluminis alluuione.

63 Feuda poſſunt augeri cum animalibus, & alijs mobilibus ad vſum feudi; quæ, licet origine ſint burgenſatica, poſſunt fieri feudalia duobus modis.

64 Bona burgenſatica ſiſtentia iuxta fines feudi, ſed à feudo ſeparata, an ſola deſtinatione Baronis poſſint fieri feudalia, latè diſcutitur.

65 Feudum quaternatum cur ita nuncupetur.

66 Feudum quaternatum, licèt ſit incognitum de iure communi feudorum quoad nomen, non tamen quoad effectum.

67 Feudum ad Regis collationem pertinens, dicitur etiam quaternatum, licèt non ſit ſcriptum in quinternionibus Curiæ.

68 Feudum quaternatum aliud verè, aliud præ-

præſumptiuè ; & verè quaternatum aliud ſimpliciter , aliud ſecundùm quid.

69 *Feudum quaternatum ſimpliciter diſtinguitur tribus modis.*

70 *Feudum quaternatum verè , & propriè, quod dicatur.*

71 *Feuda ad Regis collationem pertinentia indicantur ſecundùm leges Regni , tam circa alienationem, quàm ſucceſſionem.*

72 *Quaterniones, vbi olim feuda regiſtrabantur , quaterniones Dohanæ appellabantur,& conſeruabantur in Curia Siclæ: incuius locum ſucceſſit Regia Camera.*

73 *Liber cedularij differt à libro quinternionum, contra opinionem Loffred. defenditur.*

74 *Feudum an ex ſola deſcriptione in Cedulario dicatur conſtitutum feudum quaternatum.*

75 *In exactionibus collectarum attenditur quinternus,vbi nomina collectantium deſcripta ſunt.*

76 *Deſcripta in quaternionibus præſumuntur feudalia.*

77 *Deciſio affertur,quòd licet ſit aliqua conceſſio deſcripta in quinternionibus ; ſi non conſtat de feudo, cenſetur allodialis.*

78 *Omne Caſtrum in Regno dicitur feudum quaternatū ratione iuriſdictionis caſtro annexa.*

79 *Iuriſdictio an præſumatur feudalis, vel allodialis.*

80 *Iuriſdictio eſt de iure publico introducta, & conſiſtit in magiſtratibus.*

81 *Iuriſdictio, de iure commuui feudorum , præſumitur allodialis , & non feudalis.*

82 *Iuriſdictio origine fuit penès Rempublicam : à qua fuit translata in Regem.*

83 *Regalia ſpecie differunt à feudalibus ; nam regalia poſſunt haberi in allodium.*

84 *In Regno iuriſdictio præſumitur feudalis . Verùm ſi apparet conceſſio,& non dicit in feudum,intelligitur conceſſa in allodium.*

85 *Villa Sclauorū, & Albanenſium , præſumuntur feuda quaternata , ſi ſunt in ſufficienti numero vaſſallorum.*

86 *Caſtrum, ſi tenetur à Barone, adhuc dicitur feudum quaternatum.*

87 *Caſtrum dirutum deſinit eſſe feudū quaternatum.*

88 *Caſtro diruto poſſeſſor non tenetur præſtare ſeruitium Domino,prout de feudo habitato cum vaſſallis.*

89 *Refertur caſus in quo plures Ciuitates, & terræ fuerunt ſubuerſæ impetu terræmotus;& ſic etiam deciſio,quòd tractentur immunes per decennium.*

90 *Caſtrum poſſeſſum per Eccleſiam non præſumitur quaternatum,niſi eſſet cōceſſum in feudum, vel Dominus eſſet in poſſeſſione exigendi ſeruitia.*

91 *Caſtrum , ſi tenetur ab Eccleſia in allodium , remanet ius ſuperioritatis Regis , & appellandum eſt ad officiales Regios.*

92 *Caſtrum in Regno eſſe feudum quaternatum,intelligitur præſumptiuè.*

93 *Iuriſdictio an poſſit concedi in allodiū, plenè demonſtratur.*

94 *Caſtrum an poſſit eſſe allodiale , & iuriſdictio feudalis.*

95 *Doctrina Andreæ de Iſernia in conſtitutione poſt mortem, in fine declaratur.*

96 *Feudum ad Regis collationem dicitur feudum quaternatum,etiam quòd non ſit ſcriptum in quinternionibus.*

97 *Caſtrum, ſi eſt conceſſum cum molendinis, trapetis, iardenis, & alijs bonis, an ſicut Caſtrum eſt feudum quaternatum;ita, & alia bona prædicta, licèt de per ſe non ſint deſcripta in quaternionibus,latè diſputatur.*

98 *Bona exiſtentia intrà fines Caſtri, poſſidente feudatario,præſumuntur feudalia.*

99 *Si adeſſet aliquod feudum in Regno non deſcriptũ in quinternionibus, & ignoraretur à quo teuetur, iuris præſumptioue cenſetur à Rege teneri, & feudum quaternatum.*

100 *In generali conceſſione non veniũt feuda quaternata.*

101 *Feudum planum, & de tabula an poſſit teneri a Rege.*

102 *Feudum deuolutum ad Regem, si illud coucedit, & non dicit iu feudum, cenſetur dare iu allodium.*

103 *Conciliãtur opiniones Afflic. deciſ. 282. & Mar. Frecc. in 5. auctor. nu. 7.*

104 *Feudum quaternatum, etiam quod nou habeat vaſſallos, parit nobilitatem; quod defenditur contra opinionem aliorum.*

105 *Feudatarius dicitur etiam Regis Conſiliarius.*

106 *Feudum an sit nobile, vel ruſticum, attendendum est ſeruitium.*

107 *Feudum collatum à Barone non dicitur nobile niſi sit Castrum, & poſſeſſum ab autiquis temporibus.*

108 *Diuitiæ, licèt non deut uobilitatem; si tamen sint antiquæ, poſſunt conferre nobilitatem.*

109 *Feudum quaternatum secundùm quid fuit cognitum de iure communi feudorum quoad quædam.*

110 *Seruitia, releuia, & alia iura demanialia feudi quaternati secundùm quid, præter eius collationem sunt Barouis.*

111 *Iu alienatione feudi quaternati ſecundùm quid requiritur aſſenſus vtriuſq; Regis, & Baronis.*

112 *Feudum quaternatum secundùm quid, qua ratione fuit cœptum vsitari in Reguo.*

113 *Coustit. Regni poſt mortem an correcta remaneat per Capitulum Papæ Honorij, latè diſputatur.*

114 *Feudum quaternatum ſecundùm quid; quomodo formetur, & quæ sint neceſſaria.*

115 *Feudum quaternatum secundùm quid nõ conſtituitur sine volũtate Baronis.*

116 *Aſſenſus tribus modis poteſt conſiderari.*

117 *Dominus conſentiendo non dicitur alienare, ſed alieuantem non impedire.*

118 *Si eſt difformitas inter aſſeuſum, & primam inueſtituram, aſſenſus regulatur ab inueſtitura.*

119 *Aſſeuſus vt quaternet feudum non ſufficit, vt tollat obſtaculum; ſed neceſſe eſt, vt trauſeat in vim diſpenſationis.*

120 *In aſſenſu ad finem faciendi feudum quaternatum ſecundùm quid, requiruntur illa verba effectiua vt ſub eo, & ab eo teneatur.*

121 *Verba illa, vt ſub eo, & ab eo teneatur, quam interpretationem recipiaut.*

122 *De forma feudi quaternati ſecundùm quid, & de ipſius eſſentia est, vt ab vuo ſolo non teneatur, ſed à Rege, & à Barone.*

123 *Feuda ex pacto, & prouidentia, Maiorum prouidentia, & non à moriente habemus.*

124 *Feudum conceſſum per Barouem cum Regio aſſenſu, vt teneatur in capite, & immediatè à Regia Curia, non dicitur feudum quaternatum ſecundùm quid, ſed quaternatum ſimpliciter.*

125 *Feudum ſi eſſet couceſſum cum aſſenſu, vt immediatè, & in capite teueatur à Barone, dicitur feudum planum, & de tabula.*

126 *Si collatio feudi quaternati ſecundùm quid eſſet couceſſa à Barone, vt valeat facere inueſtituras ſine alio aſſenſu Regis, eſſet feudum planum, & de tabula.*

127 *Feudum quaternatum ſecundùm quid non poteſt mutari per actus poſſeſſiuos, niſi intercedente præſcriptione legitima.*

128 *Couceſſio, & priuilegium declarantur vſu, & poſseſſione, intelligitur vbi verba priuilegij ſunt dubia.*

129 *Feudum quaternatum ſecundùm quid,*

debet

debet regiſtrari in quinternionibus Regiæ Cameræ.

130 *Feudum planum,& de tabula,ſi reperitur deſcriptũ in quinternionibus Regis, an ſit iudicandum, prout de feudo plano, & de tabula, an prout de quaternato.*

131 *Cõmendatur peritiſſimus Conſiliarius* Scipio Rouitus *in hac materia.*

132 *Feudum quaternatum ſecundùm quid, quare nuncupetur mixtũ à DD.& cui magis comparandum, an feudo plano, & de tabula, an potius quaternato ſimpliciter, latè diſcutitur.*

133 *Releuium debitum occaſione feudi quaternati ſecundùm quid, eſt duplex,& vtrumque debetur Baroni. Et refertur noua opinio Andreæ Capani.*

134 *Multi enumerantur caſus, in quibus feuda quaternata ſecundùm quid, iudicantur vt feuda quaternata ſimpliciter.*

135 *Feudum quaternatum præſumptiuè, quod dicatur.*

136 *Feudum planum,& de tabula quid ſit, & quare ſic denominetur.*

137 *Feuda plana, & de tabula ſolent appellari feuda ruſtica, quandoque ſolita concedi, quandoque attenaſiæ, & quandoque excadentiæ.*

138 *Bona excadentialia,& ſterilia feudi, an differant, vel habeant vnam, eandẽq; naturam.*

139 *Feudum planum,& de tabula qualiter formetur;& in eſſe deducatur.*

140 *Ex vnica conceſſione cum curſu triginta annorũ dicitur introducta conſuetudo infeudandi.*

141 *Res demanialis ſemel conceſſa, cum lapſu triginta annorum ſit excadẽtialis.*

142 *Quaſi poſſeſſio in iuribus non poteſt acquiri ſine ſcientia, & patientia aduerſarij.*

143 *Abſente Rege à Regno, an ſufficiat ſciẽtia,& patientia officialium in acquirenda quaſi poſſeſſione iurium prædictorum, latè diſputatur.*

144 *Prorex in Regno non poteſt aſſentire vt res demanialis fiat excadentialis.*

145 *Concluditur præſcriptionem triginta annorum,& vnicam collationem non ſufficere ad formandum feudum planum,& de tabula, dum Rex eſt abſens à Regno.*

146 *Feudum dicitur Vniuerſitas quædam, apta continere nedum membra feudalia, ſed etiam cenſualia, & emphyteotica, feudo redditiia.*

147 *Res feudo redditiia triplici modo conſtitui poteſt.*

148 *Poteſtas data Baronibus concedendi res demaniales feudi ſteriles ad certam partem fructuum ex regiſtro Imperatoris Federici, in quantum ſe extendat, diffuſè tractatur.*

149 *Baro an poſſit ſterilia feudi concedere in allodium ſub natura emphyteotica.*

150 *Regiſtrum Federici Imperatoris refertur ad literã,& quomodo intelligatur.*

151 *Verbum, concedere, licet ſit generale, aptum comprehendere translationem tàm dominij, quàm vſus; attamen recipit interpretationem à natura rei, de qua agitur, non mutata eius conditione.*

152 *Feudo conceſſo, vt poſſit alteri dare de iure communi feudorum intelligitur in allodium, iure verò Regni in feudum.*

153 *Conceſſa licẽtia Baroni per Regiſtrum Imperatoris Federici, vt poſſit ſterilia feudi concedere, intelligitur in feudum non in allodium, contra opinionem Afflict.& Frecc. defenditur.*

154 *Feudatarius de iure communi,& generali conſuetudine poſſet bona ſterilia feudi concedere in emphyteuſim. Sed de iure Regni eſt correctum per Cõſtit. Conſtituitonem diuæ memoriæ.*

155 *Doctrina Napod. in quibus locis habeat locum quarta, declaratur, vt res feudo redditiia, ſit burgenſatica, & redditus feudalis.*

156 *Sterilia feudi an poſſint locari nedum ad certam partem fructuum, ſed etiã*

ad redditum in pecunia, latè diſſeritur; & concluditur non poſſe in pecunia, contra opinionem nonnullorum.

157 *Deciſio D. de Francb. clarè dilucidatur quòd non ſit contra noſtram opinionem.*

158 *Sterilia fructuoſa effecta, & ad Baronem reuerſa, an poſſint iterum concedi ſine debita ſolemnitate.*

159 *Res prohibita alienari, ſemel legitimè alienata, ſemper durat alienabilis.*

160 *Res sterilis concessa ab Eccleſia ad meliorandum, & ad culturam redacta, & reuerſa ad Eccleſiam, non poteſt de nouo concedi ſine debita solemnitate.*

161 *Registrum Federici Imperatoris an extendatur ad iura inutilia feudi.*

162 *Extenſio de re ad rem, & de caſu ad caſum dicitur fieri per fictionem, & non ſecundùm naturalem veritatem.*

163 *Aſſenſus hominis non extenditur de re ad rem: idem de aſſensu legis.*

164 *Concluditur registrum Federici Imperatoris non extendi ad iura inutilia feudi.*

165 *Baroni aſſerenti bona demanialia feudi eſſe sterilia, an credatur abſque alia probatione.*

166 *Qualitas sterilitatis eſt probanda.*

167 *Res feudo redditîtia an dicatur feudalis, vel allodialis.*

168 *Res parum vtiles feudi ex registro Imperatoris Federici concedi ſolent etiã in allodium, ſecundũ opinionem Frecc. ſecundùm noſtram in feudum.*

169 *Bona redditîtia feudo, licèt ſint burgenſatica, redditus tamen eſt feudalis.*

170 *Bona redditîtia feudo, quamuis burgenſatica, non poſſunt alienari ſine aſſẽſu Baronis.*

171 *Bona feudo redditîtia, an in dubio præſumantur cenſualia, vel emphyteotica.*

172 *Bona feudo redditîtia in dubio cenſentur cenſualia, vbi non apparet inueſtitura: ſed ſi apparet priuilegium conceſſionis, ſunt cenſenda emphyteotica, & ita conciliantur deciſiones Aſſlict. & Capyc.*

173 *Bona feudo redditîtia in quibus differant à ſubfeudis Baronum.*

174 *Subfeuda iudicantur ſecundùm conſuetudines feudales.*

175 *Bona feudo redditîtia, quia regulariter ſunt burgenſatica, de eis iudicatur ſecundùm leges Romanorum, & contribuunt in collectis.*

176 *Bona gentilitia, quæ numeroſa ſunt in Prouincia Aprutij, an dici poſſint feudalia, vel allodialia.*

177 *Bona gentilitia appellantur, ideſt nobilia.*

178 *Gentilitia dici poſſunt bona gentilium perſonarum; ad differẽtiam bonorum, quæ per Burgenſes, ſiue villanos poſſidentur.*

179 *Bona gentilitia non ſunt feudalia, ſed feudo redditîtijs comparanda.*

180 *Redditus bonorum gentilitiorum eſt feudalis.*

181 *Refertur opinio, quòd bona gentilitia ſint feuda plana, & de tabula.*

182 *Feuda plana, & de tabula non alienãtur ſine Baronis aſſenſu; ita debet iudicari in bonis gentilitijs ſtante conſuetudine in Prouincia Aprutij, quòd ſoluitur certa pars pretij in actu alienationis.*

183 *Bona gentilitia deuoluuntur Baroni ob lineam finitam, quemadmodum feuda plana, & de tabula.*

184 *Marin. Frecc. Iureconſult. doctiſſimus, & antiquitatis Regni fidelis interpres, dicit, quòd gentilitia vſu ceperunt in Aprutio anno Domini 974. à Comitibus Penna inſtituta.*

185 *Feuda à Regibus Longobardorũ à Germania in Italiam introducta.*

186 *Bona gentilitia fuerunt inſtituta vti libera, abſque vllo onere, præterquam à redditu debito concedenti.*

187 *Bona gentilitia de generali conſuetudine in Prouincia Aprutij ſoluunt collectas, & ponuntur in appretio, & feuda plana,*

plana, & de tabula non contribuunt in collectis.

188 *Contrarium tenentes, quòd pro bonis feudalibus, quæ à Barone tenentur, debeantur collecta, explicantur quomodo ſunt intelligendi.*

189 *Gentilitia poſſunt iudicari vti bona feudo reddititia ſecundùm veram opinionem. nu. 190.*

191 *Gentilitia, vti feudo reddititia, regulantur ſicut burgenſatica, licèt eorum redditus ſit feudalis.*

192 *Barones non poſſunt remittere redditũ, etiam vnius gallinæ, ſine ſpeciali licẽtia Regis.*

193 *In ſucceſſione bonorum gentilium ſeruatur ius commune Romanorum, niſi aliter conſtaret de conſuetudine loci.*

194 *Gentilitia, licèt recognoſcãtur à Baronibus, non ſub natura feudali, ſed burgenſatica, tamen alienari non poſſunt ſine aſſenſu Baronis.*

195 *Bona gentilitia cenſentur burgenſatica, niſi aliter constaret per primam conceſſionem.*

PLenè demonſtratum eſt à Peritiſſimo Viro, recolendæ memoriæ, Patruo meo, in Commentario iſtius Capituli 1. de his, qui feud. dar. poſſunt, an, & quando Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæteræque perſonæ Eccleſiaſticę poſſint feuda dare, laici verò nedum Marchiones, & Comites, ſed etiam Valuaſores, tàm maiores, quàm minores ſimiliter infeudare poſſunt, vt probatur in hoc textu, & in cap. 1. quis dicatur Dux; vnde colligunt Doctores, quòd quilibet priuatus habẽs bonorum ſuorum adminiſtrationem, poſſit dare feudum, vt tenet [Bald. per illum tex. in cap. 1. §. noui, per quos fiat inueſtitura, Aluar. hic num. 8. & cæteri, quos cumulat Surd. de feud. 4. par. nu. 57. & Vulteius de feudis lib. 1. c. 3. in ptinc.] Sed Andreas de Iſer.
1 feudorum pater rectiùs docuit, non omnes poſſe dare feudum, ſed certis tantùm perſonis in dignitate conſtitutis, enumeratis in hoc Capitulo, fuiſſe permiſſum, prout declarat [in cap. 1. num. 4. qual. vaſſ. iur. deb. & de clerico, qui inueſtiturã fecit, in fine] quẽ ſequuntur [Addentes ad Iſern. in princ. in verb. poſſunt, Regens de Ponte lect. 3. nu. 21. & ſeqq.]
2 Iure verò Regni nullus poteſt dare feudum niſi ſolus Rex: & Baronibus tantùm eſt permiſſũ excadentias locare, vt in Conſtit. Conſtitutionem. Ita [Iſer. in cap. 1. de feud. non hab. propr. circa finem, de pac. iur. fir. nu. 50. de cap. Conrad. num. 8. Camer. in c. Imperialem fol. 8. liter. G. & ſeq. Ioſeph. Cumia. in prælud. cap. ſi aliquem, num. 214. Regens de Ponte lect. 6. num. 31. Regens de Curte in diuerſorio feudali, incipiente datur, num. 17. & ſeq. fol. mihi 17. & nouiſſimè doctiſſimus Conſiliar. Rouitus conſ. 67. & Capiblanc. cap. de baronib. in pragm. 11. nu. 82. & ſeq. vbi alios allegat, & Galluppus Aduocatus in noſtris Tribunalibus in ſuo me-

methodo feudali cap.1.nu.1.]

Sed incidit curioſa,immò neceſſaria quæſtio, an quemadmodum Capitulum primũ, de his, qui feudum dar. poſſ. eſt correctum per conſtit. Conſtitutionẽ diuæ memoriæ, quoad perſonas
3 laicas, vt ſolus Rex poſſit feudare,dicatur ſimiliter correctum quoad perſonas Eccleſiaſticas,vt non valeant Prælati in Regno feuda dare, etiam ſi antiquitus fuerit conſuetudo infeudandi.

Noua eſt quæſtio iſta, cuius Maiores noſtri nõ meminerunt. Vidi ſolum Regentem de Curte in diuerſorio feudali, incipiente Videamus,num.23.fol.mihi 14. curſim tamen loquentem; & videtur tenere pro opinione affirmatiua;licèt ponat quæſtionem in bonis patrimonialibus, & non eccleſiaſticis.

Opinio iſta poſſet coadiuuari ſequentibus rationibus. Per in-
4 feudationem Dominus iuriſdictionem acquirit in ſuos vaſſallos [cap.Imperialem. §. præterea ſi inter duas,de prohib.feud.alie. per Feder.] Sed in Regno nullus poteſt iuriſdictionem exercere ſine expreſſa Regis licentia, vt in [conſtit. Ea quæ ad ſpeciale decus] eſt enim iuriſdictio de regalibus,vt in [cap.1.quæ ſint regalia] & ſine Regis mandato teneri non poteſt] ergò.

Amplius;vaſſallus tenetur domino ſuo præſtare iuramentum fidelitatis [cap.1.qual. vaſſal. iur. deb.§.fin.per quos fiat inueſtitura] & in Regno iuramentum fidelitatis non poteſt dari ſine licentia Regis, vt in Conſtit.Comite.

Præterea; In Regno Rex eſt dominus perſonarum, vt in [cõſtit.Quia frequenter] & iuramẽtum vaſſallagij ſpecies eſt ſeruitutis, & alieno domino quis ſe ſubmittere nequit ſine Regio aſſenſu,vt tenet [Iſern. in cap. Imperialem, num. 45. ibi add. in verb.ſeruituti]ergo Archiepiſcopi, cæterique Prælati in Regno non poſſunt feuda dare.

In contrarium,vt dictum Capitulum primũ non dicatur correctum per Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ,quoad perſonas, & bona Eccleſiaſtica, patet: nam ſiuè immunitas Eccleſiaſtica ſit de iure Diuino,vt probatur in[cap.quacunque de cenſib. in 6.& ſtrenuè pugnat [Illuſtriſsimus Cardinalis Bellarminus.in tract.de poteſtat. Pontific. quæſt.34.& 35. ſiue ſit ex lege humana,ſecundùm gloſ.in l. fin. in verb. Pontifex.ff. de muner. & honor. cũ qua latè Couar. pract.
5 quæſt.q.31.] quocunque modo Princeps,quantumcunque Summus,non poterit contra dictam immunitatem Eccleſiaſticã ſtatuere, vt omnes conueniunt, & probant in [cap.quæ in Eccleſiarum,extra de Conſtit.& in Auth.

caſſa,

caſſa,& irrita. C. de ſacroſan.eccleſ.& facit Capibl.de baronibus in pragm.8.p.3.] vbi multa, inde legem Imperialẽ Eccleſiæ damnoſam non debere recipi, &c. ex cap.fi.de ſolutio.] ſequitur,quod dictum Capitulum primum non ſit correctum per dictam Cõſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ.

Secundò allego Frecc.auctor. 29.num.5.qui ad mentem Iſern. tenet, quòd Conſtitutio Vt de ſucceſſionibus non habeat locũ in feudis Eccleſiæ.

Tertiò probatur in Conſtitut. Iuſtitiarij nomen, & normam, 7 vbi colligitur omnia Caſtra in Regno eſſe feuda quaternata; ſed ibi Iſern. in fine quærit, quòd ſi Caſtra poſſidentur per Eccleſiã, an dicta Conſtitutio vendicet ſibi locum : & tenet non comprehendi Caſtra, quæ poſſidẽtur per Eccleſiam, ex defectu poteſtatis: ſequitur ibi [Affl. Capyc.de inueſt. in verb. feudum allodium, in fin.Anna ſing. 71.] Patet ergo Capitulum 1. non eſſe correctũ per Conſtit.Conſtitutiõnẽ quoad perſonas Eccleſiaſticas.

8 Et ſuſtinendo partem iſtam,ad contraria reſpõderi poteſt, quòd licet per infeudationem acquiratur iuriſdictio; & receptio iuramẽti ſit actus ſuperioritatis, poſſunt Prælati iſta exercere cum clericis, Eccleſijs, & alijs perſonis non ſubditis Regiæ iuriſdictioni,quibus eſſent data feuda Eccleſiaſtica, vel, etiam ſi feuda eſſent conceſſa perſonis laicis, 9 poſſunt Prælati in eos iuriſdictionem exercere, quæſitam mediãte legitima præſcriptione, ex qua poteſt acquiri iuriſdictio, vt probant [Alber.Iaſ.& cæteri in l.Imperialem.ff.de iuriſd. omn. iud.] Tantò magis quoniam perſonæ Eccleſiaſticæ tunc dant feudum, ſi fuerit antiquitus conſuetudo infeudãdi;& ſic eo tempore præſupponitur iuriſdictionẽ in ſuos vaſſallos, pſcriptione quæſiuiſſe.

10 Patet igitur, quòd in Regno ſolus Rex de allodio poteſt facere feudum, & è contra de feudo allodium [cap. 1. de feud. non haben.propr.feud.natur.cap.feudum ea lege, ſi de feud. defunct. milit:] & ſuo arbitrio feuda conſtituit [l.quod in rerum,§.ſi quis. ff.de legat. 1. ità Iſern. de contr. feud. apud par.term. numer. 11. Frecc.quæſt.37. numero 3. Bart. num. 30. & ſeqq. & vide abundantius per Lucam de Penn. in l. poſseſsores col.pen.verſ.itẽ nota. C.de fund.patrim. lib.11. & Viſconte concluſ. Rex poteſt facere Caſtrum,&c.fol.252. vbi Regem facere caſtrum non feudale feudale, &c. & latè fundaui in conſ.meis,de breui in lucem dãdis 1.& 11.

Sed eſt controuerſa quæſtio, an Rex poſſit etiam inuitis vaſſallis infeudare Caſtra demanialia [Gloſ. in l.inuitus. ff. de fideicom.

com.libert.] fuit in opinione nō poſſe fieri alienationem vaſſallorum,ipſis inuitis, quam ſequitur [Napodan. in conſuet. fin. locat. Curt. de feud. 6. par. nu. 3. & ſeq. & de communi teſtatur Gabr. in ſuis concluſionibus de iure quæſito non tollen. concluſ. 8.]

Secundò probatur [in cap. 1. §. ex eadem lege, de Capit. Conrad. & in cap. Imperialem. §. prætereа Ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder.] in quibus iuribus habetur, quòd Dominus nō poteſt feudum alienare ſine voluntate vaſſallorum, præſertim in dominum inferiorem, vbi latiſſimè Scribentes.

Tertiò affertur auctoritas [Iſer. in cap. Imperialem, num. 44. & ſeq. quem refert, & ſequitur Luc. de Penn. in l. 1. C. de Capit. Ciu. Bal. in cap. in generali, ſi de feud. defun. milit.]

11 In contrarium, quòd Rex ad libitum poſſit alienare demanialia Regni, ſi alienatio non tendit in diminutionem Coronæ, probatur per [Innoc. Abb. & alios in cap. intellecto, de iureiur. Iſern. in conſtit. dignum, vbi Afflict.] Si enim Rex ſuo arbitrio diſponit de bonis demanialibus, contradictio vaſſallorum non poterit ei auferre poteſtatem concedendi [l. dudum. C. de contrahen. empt.] quia vnuſquiſque rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata. C. mandati, & hoc iure cautum non reperitur, vt benè Dec. in l. debitorum. C. de pact.] niſi quando dominus alienat dominium directum feudi; vt apparebit infrà in reſponſionibus.

Amplius, dare in feudum non eſt alienare. Hinc eſt, quòd prohibitus alienare poterat in feudū dare [cap. 1. §. ſimiliter, de lege Conradi, ità Bald. in cap. intellecto, num. 5. de iureiur. Abb. conſ. 3. num. 11. & ſeqq. vol. 2. ſequitur Afflict. in prælud. feud. nu. 120.]

Probatur: nam feuda emuntur & venduntur, vt [Iſern. in cap. 1. in fin. de beneficio fratris] vbi
12 Scribentes communiter, & Barones in dies vendunt Caſtra cum Regio aſſenſu, etiam vaſſallis inuitis, teſte [Loffred. in cap. Imperialem, verſ. nec dominus, fol. mihi 65. & 66. Dominus de Franch. deciſ. 17. in princ. & pluries per Sacrum Conſilium fuiſſe deciſum affirmat Camillus Salernus in conſuetudine finali de locat. f. 377.] Verum conſuetudine receptū eſt in Regno, vniuerſitates, quæ venduntur, poſſe admitti pro eodemmet pretio, pro quo venduntur ad Regium demanium: quia eorum intereſt ſe liberare à prçſtatione ſeruitiorum, ad quæ vtili domino tenentur ſecundùm diſpoſitionē iuris cōmunis, & Regiarum pragmaticarum: & à ſolutione collectarum in quinque caſibus enumeratis in conſtit. quamplurimum,

vt

vt benè aduertit [de Franch. in d.deciſ.17] quod eſt intelligendum quando vniuerſitas eſt opulenta, vt poſſit ſe manutenere in demanio, nè poſtea propter paupertatem, non ſoluendo æs alienum, cogatur iterum vēdi, quòd arbitrio Iudicis relinquitur, & ita conciliantur tot ſententiæ, quæ in huiuſmodi cauſis demanij sūt prolatæ, in quibus fuit iudicatū, quòd admittantur; & in aliquibus alijs fuerunt excluſæ. Vide [Camillum Salernū ad Napod. in proœmio, in verbo magna eſt Principis poteſtas fol. 31. vbi latiſſimè] & ſic ego vti Aduocatus in nōnullis cauſis practicaui. Vide in hac materia latiſſimè ſcripta per [Maſtrillum in conſ. vnico poſt deciſiones, cum addentibus ibidem, Vaſq. lib. 1. controu. illuſt. cap. 5. per totum, Bouadigl. lib. 2. cap. 16. & Conſ. Scipionem Rouitum in pragm. 64. de offic. procur. Cæſaris, nu. 73.]

13 Et quòd Rex poſſit Caſtra infeudare, etiam vaſſallis inuitis, tenet [Afflict. in c. 1. §. ex eadem lege, num. 4. de leg. Conrad. Loffred. in cap. Imperialem, fol. mihi 65. & 66. & ita ſeruari de generali conſuetudine affirmat Abbas conſi. 3. vol. 2. Regens de Curte in diuerſ. feud. fol. mihi 7. nu. 38. cum cęteris cumulatis per Gabr. in ſuis concluſ. de iure quæſit. nō tollend. concluſ. 8. nu. 14.

His ſic firmatis, non obſtant in contrarium allegata. Et primò non obſtat [gloſ. in l. inuitus, & tex. in cap. 1. §. ex eadem lege, cū ſimilibus] nam illa iura loquuntur quoties Dominus vult alienare directum dominium feudi, quod fieri non poteſt vaſſallis in-

14 uitis. Et ratio eſt in promptu: nā vaſſalli iuramentum præſtiterant certo Domino, & cum eo contraxerant, & proinde non tenentur recipere alium Dominū, forſan inferiorem, vt dicit [Iſern. in d. §. ex eadem lege, & in cap. Imperialem, num. 44.] Sed quoties alienatur vtile dominium feudi, contradictio vaſſallorum burgēſium non eſt attendenda, quia iure cautum non reperitur, vt Dec. Afflict. & Loffred. cum cæteris ſupra allegatis teſtantur, & eſt caſus ſatis diuerſus ab alienatione directi dominij, & ita ſunt intelligenda iura d. §. ex eadem lege, & §. præterea Ducatus.

Auctoritates Iſern. & Luc. de Penn. non obſtant: quoniam intelliguntur, dum Rex alienat demanialia in diminutionem Coronæ, & non in feudum, vt dicit [Luc. de Penn. loco citato] dum refert fuiſſe alienatos homines de quadam Villa Ciuitatis Auerſæ, liberos, & non in feudum: & proinde ſequitur, quòd Rex nedum ex conſuetudine, ſed etiam de iure poteſt concedere in feudum caſtra demanialia, etiam vaſſallis inuitis.

Sed

Sed pulchrum eſt videre, An poſsit Rex alienare demanialia Regni etiam quoad directum dominium. Et pro parte negatiua poteſt afferri [tex. in l.2.§.hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico] vbi Alberic. Angelus, & cæteri probant, quòd Rex eſt quaſi dominus fiſcalium, & ſecundùm [Bald. in cap. intellecto, de iureiur.] dicitur tutor, ſiuè adminiſtrator Regni: hinc ſingulariter dicit [Luc. de Penn. in l. quicunque. C. de omn. agr. deſert.] quòd Rex dicitur maritus Reipublicæ.

Et ideo [Camer. in cap. Imperialem, in fin. in ſuo dialogo, fol. mihi 108. lit. R.] affirmat nunquam vidiſſe Regem alienaſſe ſuum directum dominium, ſequitur [Regens de Curte in ſuo diuerſ. feudal. incipien. licet autẽ, nu. 33. fol. mihi 2.]

In contrarium, vt Rex poſſit alienare demanialia Regni, ſi alienatio non tendit in diminutionem Coronæ, eſt probatum ſupra ad mentem Innoc. Abb. & cæterorum in d. cap. intellecto.

16 Et in Regno videmus plura Caſtra teneri in allodium, teſte [Domino de Franch. deciſ. 130. Ann. alleg. 105. & alijs] Et allodium dicitur illud, quod à nullo recognoſcitur, in quo eſt translatum omne dominium, etiam directum: probant [Bald. Alu. & cęteri in cap. 1. & 2. ſi de feud. defunct. milit.] & opinionem iſtam tenet etiam Camer. ſibi contrarius in eodem cap. Imperialem, fol. mihi 31. lit. A.]

17 Verùm licet ſint conceſſa Caſtra in allodium, non tamen cenſetur ſeparatum à Corona ius ſuperioritatis, ſiue Regium, inalienabile: & ideò Ecclesia poſsidente caſtrum in allodium, ab eius ſententijs eſt appellandum non ad Eccleſiaſticos, ſed ad Regios ſuperiores, iuxta doctrinam [Ang. communiter receptam in l. 1. §. qui mandati. ff. de offic. eius, Felin. in cap. ſolitæ de maior. & obed. ita explicat Couar. pract. quæſt. cap. 4. Franc. Marc. deciſ. Delphinat. 205. vol. 2. Frecc. in tit. different. feud. quatern. nu. 34. & nouiſsimè Regens de Ponte deciſ. 2. & Maſtril. de Magiſtr. lib. 3. cap. 8. num. 27. & Capoblanc. in tract. de auct. Bar. pragm. 1. nu. 41. cum ſeq.] nam in Regno noſtro nonnulli Epiſcopi, & Archiepiſcopi tenẽt feuda à Rege, quæ enumerantur per [Frecc. in tit. de orig. bar. q. 3. num. 24.] & pro adminiſtratione iuſtitiæ in feudis cum vaſſallis; tenetur deputare officiales laicos [argum. tex. in cap. verum de for. compet. & dictat cap. Regni, quòd incipit & cum nihil habeat commune, Franch. deciſ. 479. num. 3. Ann. pater ſing. 460. & ibi in additione Anna filius, qui ponunt deciſiones, & Depôt. deciſ. 4. & vltimo

timo loco Scipio Rouitus in pragm.de eccleſiaſticis perſonis] Ex his poteſt inferri an Rex poſſit concedere priuilegium alicui militi,vel magno viro, vt ſit exẽptus à iuriſdictione Regia, ita vt ſit liber,& abſolutus; Cap.Regni ad Regale faſtigium, videtur innuere,ꝙ Rex poſſit concedere, ibi;niſi id à nobis habeat ex priui legio ſpeciali. Attamẽ contrariũ teneo cum [Camillo de Curte in ſuo diuerſ.feud.§. licet autem veriſsima,num.24.verſ.ſecundus caſus fol.7.] nam quamuis poſsit alienare demanialia Regni; tamen ſupremam Regiam poteſtatem alienare non poteſt, allegat [Alber.in l.1.in fin. ff. de off. eius, cui mand.eſt iuriſd.] cum nõnullis alijs grauiſſimis Auctoribus. Et ratio eſt,quia talis ſuprema iuriſdictio eſt de iuribus coronæ,& illi annexa, & inſeparabilis,Princeps enim non poteſt facere ſibi parem, vel maiorem, vt notat [Bald. in prælud. feud.] Hinc eſt, quòd ius iſtud contra Principis iuriſdictionem non eſt præſcriptibile,quia poſsideri, ſeu quaſi non poteſt.

18 Sequitur alia quæſtio prædictis coniuncta, An Rex poſsit reuocare priuilegia demanij,puta ſi Rex in remunerationem ſeruitiorum, vel ex alia cauſa promiſit Ciuitatem illam non alienare,ſed tenere in demanio, an poſsit contra factum proprium venire, & conceſſionem reuocare.

Pro parte negatiua ſuffragantur omnes rationes poſitę in pręcedenti quæſtione, vt non poſſit fieri alienatio vaſſallorum, ipſis inuitis;multo magis quãdo adeſſet ſpecialis promiſſio de non alienando [auth.multo magis.C. de ſacroſ.eccleſ.]

Secundò, ſi priuilegium eſſet conceſſum in remunerationem ſeruitiorum,tale priuilegium eſ-
19 ſet irreuocabile adinſtar donationis remuneratoriæ, quæ nec etiam ex cauſa ingratitudinis reuocari poteſt [l.ſi pater.§.1.ff.de donat.Abb.in rubr.de donat.Felyn.in cap.nouit,num.12. de iudic.vbi Dec.num.94.Afflict. deciſ.28. nu.10. Capyc. deciſ.126. num.16.& ſeq.Ann.alleg.69.nu. 15. Gabriel in ſuis communibus concluſionibus de iure quæſito non tollend.concluſ.7.nu.2.] Intereſt enim vaſſallorum nõ mutare dominum, cap.1.§.ex eadẽ lege,de leg.Conrad. vbi Iſern. & omnes] eſt enim ſpecies libertatis viuere ſub Rege, vt in [Cõſtit. perſonas,vbi [Afflic. & Iſern. in cap.Imperialem.nu.45.latè Burgos de Pax conſ. 25. præſertim num.49.]

Tertiò Princeps obligatur ex contractu [cap.1.vbi omnes,de probat.cap.1. de feud. ſine culpa non amittend.cap.1.de nat.feud. notant Bart.Paul.de Caſtr. & cæ-

20 teri in l.digna vox. C.de leg.] Si enim vaſſalli pro tuenda eorum libertate ſoluerunt Regi pecuniam emptione perfecta, nec etiam Principis reſcripto reſcindi ſolet [l.3.C. de reſcind. vend.] immò dum Princeps vendit bona ſubditorum, ſoluit eis pretiũ [l.item vulneratum, §.1.ff. de rei vend.] quomodo enim poſſet vnius rei pretium duplicatum recipere?

Et opinionem iſtam videtur tenere [Iſer.in conſtit. dignum, quem refert, & ſequitur Afflict. quæ ſint regalia,in verb.poteſtas, nu.23.& ſeq.Ann.alleg.69.num. 15.& ſeq. Afflict. in cap. 1. §. ex eadem lege,num.4.de lege Conradi.]

Pro parte affirmatiua, vt poſſit Princeps priuilegia reuocare, etiam ſi eſſent conceſſa in remunerationem ſeruitiorum,vel mediante pecunia,ſuccedente tamẽ
21 publica vtilitate, & ob bonum regimen vniuerſale; & iſto caſũ poſſe contractibus derogare, & ſubditis auferre rerum dominia, probatur [in l.Lutius. ff.de euict. in l.item verberatum,§.1. ff. de rei vend. hoc idem fatentur gloſ. Bart.Paul.de Caſtr.& cæteri in l. fin.C.ſi contra ius, vel vtil. publ. ſequuntur communiter Canoniſtæ [Abb.Felin.Dec.& cæteri in cap. quæ in eccleſiarum,de conſtit.Soccin.conſi.4.lib.3.Gugl.de Perno conſi.16.Luc.de Penn.in l.prædia. C.de locat. præd. Ciuil. Iſern.in cap. Imperialem nu. 49. de Capit.qui cur. vẽd. circa fin.] & ſecundũm iſtam opinionem pluries practicatum, & iudicatũ in Regno teſtatur [Capyc. deciſ. 166. Ann. alleg.50. Regens de Ponte cõſ.70.vol.1.n. 36. & cõſ. 15.volum.2.per totum,vbi multa notatu digna, Georgius alleg. 13.num. 12. Ioſeph Seſſe deciſ. Arag.36.nu.25.&Molfeſ.in proœm.conſuet.Neap.q.6.nu.11. & ſeq.Camill. Salern. ad conſuetudines,in proœmio,num.305. incip.magna Et tantò magis, quia Rex noſter inuictiſſimus poſſidet hoc Regnum, & in eo causã habet à Rege Alphonſo Primo, & proinde non tenetur habere rata geſta per alios prædeceſſores Reges.Ita Frecc.lib. 2. quæſt. 27.num.5.Minad.in Conſtit. in aliquibus, in verb. ſucceſſione, num.40.Regens de Curte in ſuo diuerſ. feud. incip. in hoc igitur primo,nu.53.fol.mihi 22.Franc. de Amic.de his,qui feudum dar. poſſ. fol. mihi 186. Piſanellus ad Pragmaticam æditã thori, in principio, Loffred. conſ. 38. in princip. & bene Vrſill. ad deciſionem Afflict.265.nu.37. Vide Paſcal.de patr.poteſt. par. 1. cap. 1.à num.42. cum ſeq. vbi latiſſimè:Prout propter ſeruitia remuneranda dixit[Reg.Tappia deciſ. 3. num. 95. ex Maſtrill. de magiſtr.lib.2.cap.4.num.326. non

obſtan-

obſtante promiſſione de non alienando.

Et ſuſtinendo partem iſtam, quam cómuniter ſequũtur Profeſſores, tàm in iure Ciuili, quàm Canonico, & roboratam etiam auctoritate rerum iudicatarum, corruunt contraria. Et primò nõ obſtat auctoritas gloſ. in d.l. inuitus, & cæteri: quoniam loquuntur dum dominus alienat ſuum directum dominium, & non vtile; & eo caſu tantum attenditur contradictio vaſſallorum, vt plenius eſt dictum in proxima præcedenti quæſtione.

Similiter non obſtant aliæ rationes in contrarium allegatæ: nam, licèt Rex obligetur ex contractu, & non poſſit factum proprium impugnare; fallit quotieſcunque id agit ex cauſa, publica ſuadente neceſſitate; quo caſu Rex poteſt contractibus derogare, & ſubditis auferre rerum dominia, vt ex recepta omniũ opinione eſt demonſtratum: & in ipſa materia addas [Petram de poteſtate Principis quæſt. 4. nu. 39. fol. 149.] quãdo dicitur Princeps aliquid facere ex cauſa neceſsitatis, vel vtilitatis: Et dũ dixi ex cauſa publica, nota fauorẽ publicum dici non ſolũ qui concernit totam Prouinciam, ſed etiam qui concernit publicum vnius Terræ [Alex. conſ. 101. vol. 1. Petr. d. loc. cit. n. 17. fo. 199.] Et ſi quæras quæ propriè dicatur iuſta cauſa, vide [De Pont. conſ. 4. nu. 14. Ceual. commun. opin. opinione 529.] vbi etiam quãdo præſumatur. Verum in hac materia reuocationis priuilegij demanij diſtinguo duos caſus: primus eſt quãdo priuilegium perpetui demanij fuit conceſſum gratis, & ex mero dono, & gratia Regis, tunc Rex poteſt reuocare ad nutum, etiam non ſubſiſtente cauſa [Bald. in l. qui ſe patris. C. vnd. libe. Capyc. decif. 66. nu. 1.] Verùm hoc agendum cũ maxima circumſpectione, nam id facere Princeps non debet, ſaltẽ de honeſtate, prout ſuadet [tex. in l. inter claras. C. de ſumm. trin. & fid. cathol. vnde eleganter dixit Bald. in conſ. 279. nu. 3.] quòd in Principe, tanquam fonte iuſtitiæ, debet eſſe conſtans, & perpetua voluntas, eique conuenit illud verbum, Semel loquutus eſt Deus; debetq; habere vnum calamum, & vnam linguam, iuxta illud, quod ſcriptũ eſt: Quæ proceſſerunt de labijs meis non faciam irrita: ita [Paſchal. de patr. poteſt. in hoc eodem articulo, in 1. parte cap. 1. num. 42. cum ſeq. vbi pulchra, & notatu digna cumulat.]

Secundus caſus eſt quãdo priuilegium conceſſum tranſiuit in cõtractum ob remunerationem ſeruitiorum, vel mediante pecunia; & in hoc caſu regulariter Princeps non poteſt reuocare tale

le priuilegium abſque cauſa legitima,vt [Iſern.in conſtit. ea quæ ad decus,& Bald.in d.l.qui ſe patris,nu.10.Capyc. in d.deciſ. 66. num.2.& Gram.deciſ.65.nu.24. Reg.de Pont.conſ.60.nu.22.]

Quæ regula fallit primò, niſi vrgeret grandis vtilitas, vel maxima neceſſitas: quia tunc poſſet Princeps reuocare tale priuilegium, idem [Iſern.in cap.1.§.ſimiliter, nu.27. de capit. qui cur. vend.& ſic Capyc. in d. deciſ.nu. 5.] Verùm circa hanc limitationem iudico plura cócurrere debere cumulatiuè, ſcilicet, quòd cauſa ſit vrgens,quòd aliter Princeps prouidere non poſsit; nec aliunde valeat inuenire pecuniá: ita [Capyc.d. num.5.& Paſchal. vbi ſupra num. 70.] tunc enim pro bono pacis permiſſum eſt ius tertij auferri, quando aliter pax haberi non poſſit,vt refert [Iaſon in l.Gallus.§. & quid ſi tãtum, in 2. lect. num. 28. ff. de liber. & poſthum.]

Secundò, quòd de iſta cauſa non ſtatur ſimplici aſſertioni Regis: ſed eius veritas, & iuſtitia aliunde probanda eſt,vt [Dec. in cap.quæ in eccleſiarum nu. 129. cum ſequentibus] vel niſi talem reuocationem Rex faciat ex vrgenti cauſa, cum aſſiſtentia ſui Conſilij, vt [Andr.in cap.1.quæ ſit prima cauſa benef. amitt. nu. 24.ita Reg.de Pont. conſ.70.nu. 36. & Paſchal. vbi ſupra nu.77.]

Secúdò fallit hęc regula quádo Princeps dicit facere talem reuocationem ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis: nam hoc caſu ſacrilegium eſt diſputare de poteſtate Regis [l.2.C.de crimin. ſacril. nam Principi dici non poteſt cur ita facis?ita Hypp. in pract.crim. §.quæritur,nu. 19. & Natt.conſ.512.num.19. lib.3. & idem Paſch. num. 84. qui teſtatur de magis communi opinione in Principe non dari abſolutam poteſtatem.

Quicquid tamen ſit in hoc articulo reuocationis priuilegiorũ demaniorum,Reges inuictiſſimi huius Regni nunquam voluerũt vti dicta plenitudine poteſtatis; refert in puncto [Cannet. in extrau.ſi aliquem,in q.incipiente, & quia nu.111.fo. 266.] & ideo quoties contingit ad inſtantiam fiſci Realis patrimonij tractari de alienatione aliquarum terrarum demanialium, præcedentibus etiam ordinibus Catholicæ Maieſtatis,contradicentibus vniuerſitatibus, ſemper cauſæ fuerunt remiſſæ ad ius,& iuſtitiam; vnde dum annis præteritis fuiſſet prætenſum procedi ad venditionem terræ Gragnani, quæ mediante pecunia obtinuerat priuilegium Regij demanij perpetui, habito recurſu ad Regiam Maieſtatem;fuit ordinatum, quòd auditis partibus Regia Camera faceret conſultationem, & introducta

ducta cauſa in prædicta Regia Camera; & auditis efficaciſſimis rationibus prædictæ vniuerſitatis, me patrocinante, in cauſa prędicta nō fuit amplius loquutum; & ſic etiam ſuperſeſſum reſpectu aliarum terrarum, & vniuerſitatum, quæ habebant eadem, & minora iura: & in hoc ſunt admirandi Reges Catholici, & Chriſtianiſſimi noſtri temporis.

22 Sed punctus eſt nō leuis, quādo Rex derogat contractibus, & ſubditis aufert rerum dominia eis quæſita de iure naturali, vel gentium, an dicatur hoc facere de poteſtate abſoluta, & ordinaria.

Et videtur dicendum, quòd faciat de poteſtate ordinaria; nā poteſtas abſoluta dicitur plenitudo arbitrij, nulli neceſſitati ſubiecta, nulliſque regulis iuris limitata, ſecundùm [Bald. in l. 2. num. 40. C. de ſeruit.] & tunc dicitur Princeps vti poteſtate abſoluta, quando, nulla cauſa ſubſiſtente, ſuo arbitrio id agit, ità [Angel. in l. item verberatum. §. 1. ff. de rei vend. Bald. in l. 2. C. de quatr. Præſcript. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 33. de Conſtit. & ibi Dec. num. 103.] in quo propoſito aduerte quæ dixit [De Ponte conſ. 4. nu. 13.] quòd quādo ſine cauſa Princeps exercet poteſtatem abſolutam, dicitur tyrannidem exercere.

Sed quoniam grauiſſimi Auctores tàm antiqui; quàm moderni rectiùs cōſiderātes, negant dari in Rege poteſtatem abſolutam, videamus, quæ opinio ſit de iure verior.

Et quòd detur in Principe poteſtas abſoluta, videtur probari in [l. Princeps. ff. de legib.] Dicitur enim Princeps ſolutus legibus. Et in cap. propoſuit de conceſſ. præben. Summus Pontifex reſpondit poſſe de plenitudine poteſtatis ſupra ius diſpenſare; ſunt omnia Principis, eique poſſibilia [l. fin. C. de quadr. præſcr. 23 l. fi. C. de Conſul.] & diſputare de eius poteſtate eſt crimen ſacrilegij ſecundùm ius ciuile, vt l. 3. C. de crim. ſacril. l. ſacrilegij. C. de diuerſ. reſcript. Reg. Tapp. deciſ. 4. nu. 122. 1. vol. & 5. nu. 74.]

Secundò dicit Angel. loco citato probari in l. 2. C. de quadr. præſcript. vbi Imperator ſuo arbitrio diſponit de bonis ſubditorum, & Domini non poſſunt poſſeſſoribus moleſtiam inferre, ſed tantum agere contra fiſcum infra quadriennium.

Tertiò, quòd detur in Rege poteſtas abſoluta, tenet apertè [Angel. in d. l. item verberatum. §. 1. ff. de rei vend. Bald. in l. 2. C. de quadr. præſcript. Paul. de Caſt. in l. ſi teſtamentum. C. de teſtam. Capyc. deciſ. 166. in fin. & nouiſſimè pro hac opinione ſtrenuè pugnat Peregr. de fideicom. art. 52. num. 116. & ſeq. Topius de

poteſt.Principis.§.8. Rodulfin.in tract. de abſolut. Princip. poteſt. cap.1.nu.3.

24 Econtra Rex dicitur adeò Iuſtitiæ plenus,vt fateatur non poſſe contra ius reſpondere [l. reſcripta.C.de precib. Imper.offer. Dicitur enim iuſtitiæ debitor, c. ex tenore, de for. compet. & ſuæ intentionis eſt nemini nocere. l. 2.§.ſi quis à Principe. ff.ne quid in loco publico, cap.ex multiplici de decim. deſinit enim eſſe Rex,dum terminos iuſtitiæ egreditur,[cap.ſcelus.2. q. 1. l. nepos procul. ff. de verb. ſignif.]cum à Deo Rex poteſtatem habeat, vt habetur[Reg.c.1.& penes Apoſtolum ad Romanos cap. 13. ſicut ibi explicat S.Thomas,& alij Theologi.] Et licèt dicatur legibus ſolutu, l.Princeps.ff.de legibus; cap. propoſuit, de conceſſ. præben.] nihilominus decet tantam maieſtatem eas ſeruare leges, quibus ſolutus eſſe videtur, [l.ex imperfecto.ff.de leg.3.Regens Tapp.deciſ.3.nu.143.] non enim ſolet Rex contra priuatum pacta reſcribere [l.ſi à te. C. de pact.inter empt.& vend. l.cauſas, C.de trāſact.] neq; aduerſus contractus.[l.3. C.de reſcind.vēdit.l. ſi donationem,C.de reuocan.donat.]neque contra teſtamentum. [l.ſi teſtamentum.C. de teſtam.] neque aduerſus ſententias.[l.1.& 3. C. vt lit.pend.l.fin.C. ſent. reſcind.non poſſ.]

Et quòd non detur in Rege poteſtas abſoluta, tenent [Gloſ. Bart.Paul.de Caſtr.& cæteri in l. 25 fin. C.ſi contra ius, vel vtil. public.] affirmantes nō poſſe Principem ſuo arbitrio agere contra ius naturale,& gentium, auferendo ſubditis rerum dominia, niſi tantùm ex cauſa publicæ vtilitatis,& neceſſitate ſuadente;aduertendo tamen non præſumi iuſtā cauſam in dubio [Alciat.de præſumpt.3.reg. præſumpt. 8.] Iſto enim caſu vtitur Rex plenitudine poteſtatis: quam determinationem ſequuntur communiter Canoniſtæ [Innoc. Abb. Felyn. Dec.& alij in cap. quæ in Eccleſiarum,de conſtit.Regni,Regens Lanarius patruus meus in conſi. 52.Luc.de Penn.in l.prędia,verſ. ſolutio,& ſeq.de locat.præd.vrb. Iſern.in c.Imperialem,nu. 49.de prohib. feud.alien. per Feder. de cap.qui cur.vend.num.30.& quę ſint regalia num.2. & 80. Hanc eandem ſententiam defendunt Couar.lib.3.var.cap.6. Arius Pinel.de reſcind.vend.2.par.in rub. Ant.Theſaur.deciſ.92.& de magis communi opinione teſtatur Gabr. in ſuis communibus concluſionibus,de iure quæſito non tollen.concluſ.1. Topius d.tract. §.6.& Rodulfin. cap.6.

Opinio iſta poteſt etiam cōprobari ſequentibus rationibus. Tunc enim Princeps poteſt ſubditis auferre rerū dominia, quoties

ties id agitur fauore publico; ꝓbatur [l.Lucius.ff.de euict.l.item verberatum.§.1. ff.de rei vend. l. ſi quis ſepulchrum.ff. de relig. & ſumpt.funer.] & ſine cauſa legitima neque iure priuato neque publico poteſt, Domino inuito, ei dominium auferre, vt [eſt tex. apertus in l.venditor.§.ſi cònſtat, vbi Bald. & Angel. ff. commun. præd.Topius d.tract.cap.5.nu.2. Rodulfin.ibi nu. 152.]

Secundò, ſi Rex dicitur quaſi dominus fiſcalium, vt eſt [tex. in l.2. §. hoc interdictum, vbi Alber. & Angel. ff. ne quid in loco
26 publico] & administrator, ſiuè maritus Reipublicæ, vt [Bal. in e. intellecto, de iureiur. Luc. de Penn. in l.quicunque.C.de omn. agr.deſer. Iſern. qui ſucceſſ. ten. num. 16.] qua ratione poterit de bonis ſingulorum diſponere, in quibus habet tantam iuriſdictionem, & poteſtatem, & in his poteſtatem non habet niſi ex cauſa publica, & legitima.

Tertiò contractus ſunt de iure gentium [l. ex hoc iure.ff. de iuſtit. & iur.] & contra ius gentium nō ſolet Princeps reſcribere, niſi ſuccedente publica neceſſitate, ſecundùm [gloſ.Bart. & alios in l.fin.C.ſi cōtra ius, vel vtil. publ.]

Quartò non eſt dubium, quòd Rex dicitur ſubditus legibus Diuinis, & naturæ [Bal. in l. 2. num. 40.C.de ſeruit. Angel. in l. Princeps.ff.de legib. Salyc.in l.fin.nu. 3.C.ſi contra ius, vel vtil.public.]
27 & in hoc differt Rex legitimus à Tyranno, qui ſpretis legibus Diuinis, & naturæ, abutitur dominio, & libertate ſubditorum, ſecundùm [Bodyn. in ſua Republica, relatum à Marco Antonio Albergato in ſuis tractatibus politicis lib. 2. cap. 2. & apud noſtrates probatur per [Archid. in cap.Regum, 23.quæſt.5.Bart. in tract.de Tyrannia, nu. 28.& 30. Soccin.conſ.22. vol. 1.] & geſta per Tyrannū non ſunt recipienda in Republica [l. decernimus, vbi Bald. Alber. & cæteri. C.de ſacroſan. eccleſ.] ergo poteſtas abſoluta non poteſt dari in República politica, & benè ordinata. Et pro iſtius opinionis confirmatione ſatis vrgent rationes, & auctoritates conſideratæ per Illuſt.Marchionem Belmōtis Dominum meum obſeruādiſſimū, & Collateralis Conſilij Regentē meritiſſimum, in ſua elegantiſſima deciſione 5.nu.66.cum multis ſeqq.

His ſic ſtantibus, non obſtant in contrarium allegata. Et primò non obſtat [l:Princeps. ff.de leg.
39 & cap.propoſuit, de conceſſ.pręben.] Nam verum eſt, quòd Princeps eſt ſolutus legibus poſitiuis; ſed non poteſt tollere ea, quæ ſunt de iure naturali, ſiuè gentiū, ſine cauſa legitima, ſecundùm [Gloſ.Bart.& omnes in d.l. fi. C. ſi contra ius, vel vtil. public. Topius

pius eodem tract.§.1.num.15.

Non obſtant l.2.& l.fin. C.de quadr.præſcrip. in quibus ſe fundat Angelus: nam illæ leges, ex communi omnium conſenſu, intelliguntur, quando fiſcus poſſidet bona fide, vti bona propria, & non aliena, vt benè reſpondit [Fely.in cap.quæ in eccleſiarum; num.33.& ſeq.de conſtit.]

Similiter non obſtat auctoritas Bald.& ſequaciũ contendentium dari in Rege poteſtatem abſolutam: nam Bald.poſtquam poſuit diffinitionẽ poteſtatis abſolutæ [in l.2.nu.40.C.de ſeruit.] ſtatim ſubſequitur, quòd Rex eſt homo rationabilis, ſubditus legibus diuinis, & naturæ: & ſic DD. aſſerentes dari in Rege abſolutã poteſtatem, poſſunt intelligi de plenitudine poteſtatis cum cauſa, & à iure regulata, quæ in effectu poteſtas ordinaria dicitur: & Peregr. qui contrariam partem tuetur [de fideicom.art.52.num.123.] fatetur Rempublicã Romanam nunquam vſam fuiſſe poteſtate abſoluta; prout nec etiã Rempublicam Venetam: & dũ auſus eſt dicere Couar. & Pinell. erraſſe, parcat mihi: nã iſti Doctores de iure optimè reſponderunt; & ſi fas eſt mihi dicere, credo, quòd ipſe errauit, immò cõfuſit Moharchiam legitimam cum Tyrannica: & tantum eſt dicere Regem vti poſſe poteſtate abſoluta, & ſuo arbitrio, & ſine cauſa abuti dominio, & libertate ſubditorum, quantum affirmare, quòd Rex eſt ſolutus legibus Diuinis, & naturæ; quod nedum eſt impium, & irrationabile dictum, ſed alienum ab inſtituto cuiuſcunque Reipublicæ, Chriſtianæ, & benè ordinatæ.

29 Ex quibus redditur etiam ſatis dubia deciſio Capycij 166. dum in ea præſupponit dari in Rege poteſtatem abſolutam; quæ nec etiam erat neceſſaria: nam in eadem deciſione habetur in facto Cæſaream maieſtatem derogaſſe priuilegijs demanij pro ſtatu pacifico, & ob cauſam neceſſariam Reipublicę: quo caſu poteſt Princeps contractibus derogare, & ſubditis auferre rerum dominia de poteſtate ordinaria, vt ſupra benè in iure eſt demonſtratum: & fruſtrà quærimus iure ſpeciali, quod cõceditur iure communi [l.2.C. quib. non obſt. long. temp. præſcript.]

Sed trãſeamus ad poteſtatem Excellentiſſimi Proregis circa dationem feudi: feuda enim non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore Domini concedi ſolẽt [cap.1.de feud.dato in vicem legis commiſſ.] dãtur feuda Domini beneuolentia [cap. fin.in quib.cauſ.feud.amitt.] habent plus gratię, quàm oneris, ſecundùm [Bald. in prælud. feud.
30 nu.9. quem ſequuntur ibi Lau-

den.

Digitized by Google

den. Afflict. & alij] ſed quia in quolibet mandato generali ſemper cenſetur exceptuata poteſtas donandi, niſi ſpecialiter ſit conceſſa [l.filiusfamilias.ff.de donat. cap.fin.de offic.Vicar.in 6.]Hinc
31 eſt, quòd Excellentiſſimi Proreges non poſſunt in Regno feuda dare, benè poſſunt alienationibus feudorum aſſentire: quia aliud eſt alienare, aliud alienanti conſentire [l.aliud.ff.de regu.iur. l.ſi pater.§.fin. ff. manum. vind.] aſſentire non eſt alienare, ſiuè feudum de nouo concedere, ſed tantùm alienantem non impedire, ius eius prorogare, & veterem confirmare inueſtituram, vt[Bal. in cap.quæ in eccleſiarum, num. 19. in fin. de conſtit.] quod ius confirmandi venit mandato generali, iuxta [gloſ. ſingularem in cap.fin.in verb.non poſſunt, de officio Vicarij in ſexto] adinſtar minoris, qui nec etiam poteſt feuda de nouo dare, ſed tantùm facere inueſtituras confirmatorias, vt eſt [text. in cap. 1. vbi omnes per quos fiat inueſtitura, ita Iſern. in cap.Imperialem, nu. 12.vbi Camer.fol.79.l.1.& ſeq.]
32 & ideo ante pragmaticam delli noue Capi, Proreges indiſtinctè poterant aſſenſus præſtare quibuſcunq, alienationibus feudorum,etiam titulatorum, & magni momenti: quod ius confirmandi, & aſſentiendi veniebat mandato generali: ſed eorum poteſtas fuit limitata ex dicta pragmatica delli noue Capi, vt etiam notant [Regens de Ponte in ſuo conſilio 1.in principio, & Anna conſ.127.nu. 30. & ſeq. & vide Baldaxarem de Angelis in additione ad deciſ.Izzarelli 67. latiſſimè num.10.] vbi nos citat hoc loco.

Et proinde aſsẽſus, quoad noſtrũ propoſitũ,dupliciter cõſide-
33 rari põt: vno modo, vt eſt ſimplex gratia,quæ tollit ſtatũ obſtaculum prohibitionis,iuxta [gloſ. in conſtit. Conſtitutionem, in verb.Confirmetur, Iſern.in cap. Imperialem,num.14. & ibi Addentes,Camer.fol.52. litera F. & ſeq.] quo caſu ſucceſſor in feudo cum Regio aſſenſu ſubrogatur loco primi vaſſalli, qui non poterat feudum alienare niſi ea lege, qua ipſe tenebat, cap. profecto,de leg.Cõrad. & ideo ſi adeſt difformitas inter aſſenſum, & primam inueſtituram, aſſenſus regulatur à prima inueſtitura, & ad ipſius formam reducitur, vt pluries practicatũ fatẽtur[Frecc. quæſt.12.num.14. & ſeq. quæſt. 39. num. 5. Anna ſingulari 563. Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. in tit.de refut.§.11.nu.17. & ſeq. & Bambac.in c.ſi minori. quæſt. 6.ſi de feud.defunct.milit.

Alio modo conſideratur aſſenſus,quando nedum tollit obſtaculum prohibitionis, ſed tranſit in vim diſpenſationis,& nouæ inue-

inueſtituræ, vt docet [Iſern. in cap. Imperialem, num. 16. vbi Camer.fol.44.lit.L.& fol. 63. lit. G.& ſequen. Ann. conſ.112. nu. 3. Regẽs Lanarius patruus meus conſ.60.nu.123. & ſeq. de Ponte conſ.3. num. 34. & in d. titu. de refutationib.,§. 11.num. 26. Bambac.in cap.ſi quis per triginta.num.71.& ſeq. vt in conſ.meo 9.num.18. de proximo in lucem dando etiam demonſtraui.]

34 Verum quia Excellentiſſimi Domini Proreges non poſſent feuda de nouo dare, ſed tantum aſſenſum præſtate,vt tollant tantùm obſtaculum prohibitionis; ideo quoties aſſenſus tranſit in vim diſpenſationis,& nouę inueſtituræ, talis aſſenſus Proregis nullum poteſt operari effectum ex defectu poteſtatis. Ita[Ann.de vaſſ.decrep.ætat.num.454. & alleg. 122. num. 3. Camer.in cap. Imperialem fol.80.lit. A. Frecc. de orig.baron. nu. 55. Dominus de Ponte conſ.52.num.73. de refut.§.11.num.26.& lect.6. nu. 17.& ſeq.]

Ex qua diſtinctione poſſunt determinari multi caſus practicabiles, qui in dies poſſunt occurrere. Et primò vt aſſenſus Excellentiſſimi Proregis nō poſſit quaternare feudum, vt conſtituatur feudum quaternatum ſecundùm quid: nam ſiue feudum quaternatum ſecũdùm quid formetur ex feudo plano, & de tabula; ſiuè ex re demaniali Baronis: vtroque caſu mutatur qualitas feudi, & noua ipſius introducitur inueſtitura, vt teneatur ab eo,& ſub eo,ſecundùm magiſtralem doctrinam [Andr.in cõſtit.ſi quis Baro] ideſt in capite a Rege,& immediatè a Barone, vt ad ſaturitatem videri poteſt infrà loco ſuo de feudo quaternato ſecundùm quid: ſed quia Excellẽtiſſimi Proreges non poſſunt de
35 nouo dare feuda, neq; aſſenſum præſtare,vt habeat vim nouæ inueſtituræ,& diſpenſationis;ſequitur, vt eorum aſſenſus non poſſint quaternare feuda: Et ideò valdè dubito cõtra [Frecc.q.34. in principio, & Dominum de Franch.deciſ.154.num.5.] conſentientes Excellentiſſimos Proreges poſſe aſſenſum præſtare, vt conſtituatur feudum quaternatũ ſecundùm quid.

Secundò ex eiſdem rationibus infertur,quòd Regis Vicarius nō valeat aſſenſum præſtare ad formandum feudum planum, & de
36 tabula. Si enim Baro concedit rem demanialem feudi, quam tenet in capite, & immediatè à Rege,& mediante aſſenſu mutatur feudum, vt teneatur in capite,& immediatè à Barone; quia hoc eſt dare feudum de nouo, & Regis Vicarius in Regno poteſt tantùm facere inueſtituras confirmatorias,& non infeudare; ſequitur, quòd Proregis aſſenſu nō

[poteſt

poteſt formari feudum planum, & de tabula: quæ ſunt notanda vt noua, & à maioribus noſtris hucuſque non conſiderata.

Tertiò ex prædictis ſimiliter noto, quòd non poſſunt Excellẽtiſſimi Proreges ſuo aſſenſu validare legitimationes filiorum naturalium, iuxta [§. naturales. ſi
37 de feudo defunct. milit.] Nam hoc caſu aſſenſus non ſolùm tolleret obſtaculum prohibitionis, ſed vim nouæ inueſtituræ haberet, dum inhabiles ad feudi ſucceſſionem fierent habiles: quæ omnia sũt Regi reſeruata in hoc Regno; & eius Vicario non demandata, vt benè etiam notat [Ann.alleg.122.nu.3. & Camer. in cap.Imperialem fol.63.lit.G.] quòd in practica obſeruatur, vt vidi in quodam priuilegio legitimationis in perſonam Ioſephi de Bernaudo, qui fuit habilitatus ad ſucceſſionem, præterq̃ in bonis feudalibus, & fideicõmiſſo ſubiectis; & addas quæ commemoraui in conſil. meo 38. num. 14. ꝙ annuente Deo, quam citius habebis, vbi plura ad propoſitũ, & quãdo legitimatus Sedilis honoribus gaudere poſſit.

38 Quartò ſequitur, quòd dum ſolus Rex dat feudum in Regno, & Proreges non poſſunt verè dare feuda; ità nec etiam præſumptiuè; iuxta [cap. ſi quis per triginta, ſi de feud.defun.milit. Ità tenet Camer. in cap. Imperialẽ, fol.8.Ann.de vaſſal.decrep. ætat. num.454.Ann. filius conſi. 127. Bambac.in cap.ſi quis per triginta, quæſt. 10.] Et ratio eſt, quia præſtatio ſeruitij, & cætera requiſita ad dictum §. ſi quis per triginta, fieri debent cum eo, qui poſſit actum perficere, ſecũdùm [Salyc.in l.2.nu.5. C.nou.vectig. impon. Couar.de præſumptio.2. part. in princ. num. 8. verſ. primum enim, & circa finem] ſed quia Excellẽtiſſimi Proreges nõ poſſunt in Regno verè dare feuda, ità nec etiam præſumptiuè.

Iam eſt demonſtratum ſupra, in Regno ſolùm Regem poſſe dare feudum: vidimus etiam in quantum ſe extẽdat poteſtas ipſius Vicarij; reſtat videre an & quãdo poſſit Baro dare feudum:
39 eſt enim in Regno noſtro Baronalis dignitas antiquiſsima, vt probatur in [cõſtit.Regni ſi quis Baro, in conſtit. in aliquibus, in conſtit. Vt de ſucceſsionibus, in conſtit. proſequentes, cum ſimilibus] ſed incognita per conſuetudines feudales quoad nomen: nam illo iure inueſtitus de aliqua plebe, ſiue populo, Capitaneus appellabatur, vt in [cap. 1. quis dicatur Dux] quem nos Baronẽ dicimus, vt [Addentes ad Iſer. in d.cap.1.quis dicatur Dux, nu. 2. in verb.qui verò, vbi Aluarot. Afflict.& cæteri.]

40 Sed iure Regni ille propriè dicitur Baro, qui habet ſub ſe feudum

dum quaternatum, vel poſsidet Caſtrum ei conceſſum in titulũ Baroniç, vt docet [Iſer. de Capit. qui cur. vend. num. 20. & ſeq. & in conſtit ſi quis Baro, vbi Afflic. Frecc. de orig. baron. num. 26. & 39. Reg. de Pôte de aſſenſ. regijs, in principio.]

Et ideò Frecc. in tit. quis dicatur Baro, num. 6. & ſeq. ex prædictis colligit, quòd licèt quis caſtrum poſſideat cum mero, & mixto imperio, non per hoc dici poteſt Baro, neque gaudere poterit priuilegijs Baronum; immò iura Regni, ſiuè ſint fauorabilia, ſiuè odioſa, de Barone loquentia, non comprehendunt feudatariũ poſsidentem caſtrum cum vaſſallis ſimul cum mero, & mixto imperio, quod dictum, ſi verum eſſet, perpauci eſſent Barones in Regno, tenentes feuda quaternata ſub ſe, ſiuè caſtra in titulum Baroniæ; & vaſſalli non eſſent eis obligati preſtare adiutoria, & alia ſeruitia debita & per conſtitutiones, & per pragmaticas Regni, vt patet ex [Afflict. in conſtit. Regni comites] dicente, quod cum tex. decidat Baronibus dandũ eſſe adiutorium in caſibus taxatis in conſtitu. quamplurimum, illud non eſſet trahẽdum ad feudatarios, & [Grammaticus conſilio ciuili 68.] vbi decidit feudatarios non gaudere priuilegio cõſt. Regni ꝓſequẽtes, & Capyc. in inueſtitura, ver. prærogatiuæ, Frecc. de author. baron. auth. 2. nu. 10. & Modernos in d. conſt. Regni quampluſimum.

Et ideò ego conſidero, quòd hoc nomen Baro ſtat tanquam genus, quod prædicatur de pluribus ſpeciebus; multisque modis quis conſtitui poteſt ſub dignitate Baronali. Et primò ſi quis habet feudatarium ſub ſe tenẽtem feudum quaternatũ, dicitur Baro iuxta [conſtit. poſt mortem: vbi Iſern. in conſtit. ſi quis Baro, vbi Afflict.

Secundo modo poteſt quis dici Baro, ſi ei eſt caſtrum conceſſum in titulũ Baroniæ, vt [Andr. de Iſer. in cap. 1. de Capit. qui cur. vend. nu. 22. & ita Frecc. & alij, vt ſupra citati.]

Tertiò Baro ſtat tanquam genus, adeo vt Baronum appellatione etiam comprehendantur Comites, Marchiones, Duces, & Principes, vt [Frecc. in tit. quis dicatur Comes, num. 49. Minad. in conſtit. in Aliquibus, in verb. Comitum, num. 20. & ſeq. & alij.]

Tandem inueſtitus à Rege de aliqua plebe, ſiue populo Capitaneus appellabatur, vt in cap. 1. quis dicatur Dux, quem nos Baronem dicimus, vt tenẽt [Addẽtes ad Iſern. ad cap. primum quis dicatur Dux, num. 2. in verb. qui verò, ubi Afflict. num. 47. Aluar. nu. 3. Bald. in cap. 1. in uerb. marchio, num. 6.] quod ſi ſimpliciter inueſtitus de caſtro, Baro dicitur;

fur;tanto magis quoniam in Regno ex ſtylo Cancellariæ hodie venit merum, & mixtum Imperium,vt teſtatur [Afflict. in conſtit.ea quæ ad ſpeciale decus,nu. 1.12.& 13. & in conſtit. contingit,num.3. cum alijs infra citandis: & poſſidens caſtrum cum mero,& mixto Imperio, tenet locum Regis in terra ſua [Afflict. in conſtit. Capitaneum, num.9. & dicitur fiſci procurator in rem propriam, ſecundùm Bald. de contr.inter vaſsallum, & alium, Afflict.deciſ.282.num.15.]

Et ideo hoc nomẽ Baro,quod ſtat vti genus verificari debet in qualibet ſpecie Baronis [l. fin. §. fin. ff. de tritico, vino,& oleo legato,Bar.in l.1.ff.ſi cert.peta.] Et id, quod venit ex generalitate verborum,dicitur expreſſum,nõ per viam extenſionis. ſed comprehenſionis,vt [Gloſ.Bar.& cæteri affirmant in l. Prætor ait. ff. de nou.oper. nunciat.] & meritò Baronum appellatione cõtinentur in Regno etiã feudatarij. caſtra poſsidẽtes cum vaſſallis mero, & mixto Imperio, vt tenet [Minad. in conſtit. in aliquibus, in verb.Comitum, nu.19. & 20. & ita probat Ioannes Franciſcus Capiblancus in tract. de iure, & auctoritate Baronum, in proœm. num.23. & ſeq.] & ſeruari vidimus de generali Regni conſuetudine,quę eſt optima legum interptes [l.ſi de interpretatione.ff. de leg.] poſſidentes caſtra,habere vocem in parlamentis,adiutorium exigere à ſuis vaſſallis,aliaque ſeruitia eis debita,& Barones cõmuniter ab omnibus appellari.

41 Eſt verum,quòd vetuſtiſſimis temporibus Barones in Regno non habebant merum, & mixtũ imperium, ſed tantùm baſſam iuriſdictionem, & ſolam cognitionem cauſarum ciuilium, vt probatur in Conſtit. Regni ea quæ ad ſpeciale decus, & in cap. Regni incipiente,Item ad inquiſitionem,& in cap.terrerij, adeò vt facta cõceſſione caſtri ex ſtylo Cancellariæ non veniret iuriſdictio criminalis, vt teſtatur [Iſern.in cap.Imperialem. §.præterea ſi inter duos,num.90. & ibi Afflict.num.21.Frecc.auct. 2.nu. 21.] & merum, & mixtum Imperium fuit Baronibus communicatum per Reges de Aragonia, vt [Afflict.in d.conſtit.Ea quę ad ſpeciale decus,num.1. 12. & 13. in conſtit.contingit,num.3.Pręſ. de Franch.deciſ.370. Franciſc.de Amicis in cap.1.de his qui feud. dar.poſſ.fol.mihi 47. incipiente ſcimus modo] & ideò illis temporibus officiales Baronum appellabãtur Baiuli, & in terris demanij Camerarij, probatur in [Cõſtit.Iuſtitiarij nomen,& normam,explicat Afflict. in conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias, nu.10. & in Conſtit. Capitaneorum,nu. 9.]& iſti officiales cognoſcebant

tantùm de cauſis ciuilibus, & ab eorum ſententijs appellabatur ad magnum Camerarium, & non ad Iuſtitiarium Prouinciæ, vt patet in [conſtit. Regni officiorum periculoſa, vbi Iſern. & Afflict. & Iuſtitiarius Prouinciæ tantùm de cauſis criminalibus cognoſcebat vt in Conſtit. ea quæ, in conſtit. Iuſtitiarij nomen, & normam; & hoc idem fatentur præcitati Doctores.

42 Præterea præmittendum eſt, quòd in Baronia poſſunt conſiderari bona duplicis generis: alia
43 dicuntur Demanialia feudi, alia Excadentialia. Demanialia feudi dicuntur bona non ſolita concedi per prędeceſſores Barones, ſed retēta in eorum dominio, & poteſtate [Luc. de Penn. in l. quicũque col. 1. C. de fund. lim. Iſer. in cap. Imperialem, nu. 48. Pariſ. in tract. reintegrationis feud. in principio, fol. 2. & ſeq. Frecc. auct. 46. in principio, D. Lanarius patruus meus conſ. 34. num. 11. & ſeq. & nouiſsimè Reg. de Ponte conſi. 97.] Et alio vocabulo iſta bona demanialia dicuntur bona de menſa Baronum, probatur in [cap. vt ſuper, vbi Innoc. Abb. & cæteri, de reb. eccleſ. non alien. & in cap. 1. vbi Scribentes, Epiſcop.
44 vel Abbatem] Bona verò excadentialia ſunt ſolita concedi à Barone ſub ſolito tamen, & conſueto ſeruitio, vt probatur in [cõſtit. Conſtitutionem, vbi glo. Iſer. & alij.]

45 His præhabitis, videamus an Baro poſſit dare feudum; Et in hoc duplex eſt inſpectio: Aut enim loquimur de iure communi feudorum, aut iure Regni: primò caſu non omnibus erat permiſſum dare feudum, ſed tantùm certis perſonis in dignitate conſtitutis, ſecundùm opinionem Iſern. de qua diximus ſupra; inter quas perſonas connumerabatur Baro, vt tenet [Iſern. de controu. feud. apud pares, nu. 11. vbi Addentes in verb. ſed ſi Baro.] Et patet manifeſtè: nam Baro illo iure Capitaneus appellabatur, vt ſupra eſt demonſtratum, & Capitaneus eſt de perſonis contentis in [cap. 1. de his, qui feudum dar. poſſ. & in cap. 1. quis dicatur Dux.]

46 Iure verò Regni, quia tantùm Rex poteſt feudum dare, vt ex prędictis patet, Barones non poſſent niſi excadentias locare ſub ſolito, & conſueto ſeruitio, vt in conſtit. Conſtitutionem.

47 Sed punctus eſt, quodnam dominium Baro transferat in ſuum ſubfeudatarium, dum ipſe non habet niſi dominium vtile feudi, & quo iure poterit vendicare ſubfeudum, & caſum caducitatis ob lineam finitam, vel ex delicto.

48 Doctores aliqui fuerunt in opinione, quòd dominium vtile eſt duplex: aliud ſuperius, aliud inferius. Ità [Iacob. de feud. in

verb.

Google

verb. dictique vaſſalli promiſerunt non committere, nu. 9. Capyc. in verb. feudorum dominia, in verb. quaſi vtile.] Sed reuera diſtinctio iſta iure non probatur, & dominium vtile non habet radices prout directum; docent [Paul. de Caſtr. Angel. & cæteri in l. ex Aſſe, ff. ad Trebell. & in l. emptor. C. de hered. vel act. vend. neque diuiſionem recipit, vt Iacob. de Beluiſ. quem ibi ſequuntur communiter Bald. Aluar. & alij in cap. 1. §. ſimiliter de leg. Conrad.] & ideò penes Baronē ſubfeudantem, nullum dominiū remanet, dum vtile, quod penes ipſum erat, tráſtulit in ſuum ſubfeudatarium.

Idcirco reſpōderi poſſet, quòd licet Baro reſpectu Baroniæ, & uniuerſalitatis feudi dicatur habere utile dominium; quo uerò ad res particulares feudi eſt dominus directus, probatur in [l. 1. §. 2. ff. de rei uend. Bald. in l. 1. C. unde cog. quem ſequitur Iaſ. in l. 3. §. econtrario num. 79. & ſeq. ff. de acq. poſſ. Capyc. in uerb. feudorum dominia, uerſ. limitatur.]

Vel poteſt dici, quòd Baro tranſtulit dominiū utile ſub modo, uel ſub conditione in ſuum ſubfeudatarium: quibus non ſeruatis poterit ſubfeudum rei uendicare, ut eſt [l. 1. & ſeq. C. de donat. quæ ſub modo: & iſtam opinionem uidetur tenere Iſer. de Capit. Conrad. in §. præterea, nu. 10. 11. & 12. & ibi Addentes.]

Stat ergo concluſio, quòd in Regno poteſt Baro excadentias ſubinfeudare: dum enim de re ſolita diſponit, non dicitur noua alienatio, ſed exequutio antiquæ ordinationis, probatur in [cap. conſuluit, de iud. quem tex. allegat Abb. in cap. ut ſuper, nu. 11. de reb. eccleſ. non alien. & probatur etiam in cap. primo, ubi gloſ. & DD. per quos fiat inueſtitura.]

49 Amplia, ut Baro poſſit nedum excadentias locare, ut in conſtit. Conſtitutionem, ubi glo. exponit in feudum dare; ſed etiam poſſit uendere, & alienare; ſecundùm opinionem [Afflict. in d. conſtit. num. 68. quem ſequitur Regens de Ponte ſect. 1. num. 74.]

Sed ego ualde dubito: nam ſubinfeudare, & pretium recipere, & ſic vendere feudum, ſunt contraria [cap. Imperialem, §. callidis, vbi Iſer. & cæteri de prohib. feud. alien. per Federicum] & ideò dum eſt permiſſum Baroni ſubinfeudare excadentias, vigore dictæ Conſtitutionis non poterit illas vendere, ſiuè alienare: Patet, nam per leges Lotharij, & Federici eſt permiſſa ſubinfeudatio, & tamen eſt prohibita venditio, ſiuè alienatio feudi [d. §. callidis. Ità Iacob. de Belu. Iſer. Bald. Aluar. & cæteri in §. præterea de Capit. Conrad.]

Non enim eſt ſubinfeudatio

ità Domino damnoſa, prout venditio, ſiuè alienatio feudi, [vt dicunt Iſer. Aluar. & cæteri in §. beneficium, ſi de feud. defunct. milit] & ideò prohibitus alienare, non cenſetur prohibitus in feudum dare, ſecundum [Bald. in c. intellecto, nu. 5. de iúreiur. Afflic. in prælud. feud. nu. 120.]

Et quòd poſſit feudatarius ſubinfeudare, non tamen feudum vendere, ſiuè alienare, eſt [text. in §. ſimiliter, de leg. Conrad. Et rationem diuerſitatis inter vnum, & alium caſum ponit [Bald. in cap. cæterum, num. 13. de iud.] nam per ſubinfeudationem feudatarius non liberatur à vaſſallaggio, ſed dum quis alienat cum aſſenſu hominis, vel legis, deſinet eſſe vaſſallus, & alius loco ipſius ſubrogatur, ſequitur [Curt. de feud. 4. par. nu. 83.]

Poſſet tamen intelligi Afflict. quod Baro poſſit excadẽtias nedum ſubinfeudare, ſiuè etiam pretium recipere, nõn vendìturus, ſed in feudum daturus, & pro inueſtitura aliquid recipere, vt docet [Iacob. de Belu. in §. præterea, in fine de Capit. Conrad. & ante ipſum latè idem dixit gloſ. in cap. beneficium, ſi de feud. defunct. milit.] Patet quia ſecundũ Afflict. Baro vendit excadentias feudi ſub ſolito, & conſueto ſeruitio, & ſic Baro non eximitur à vaſſallagio: & dum retinet ſeruitium ſolitum, & conſuetum, non cedit feudum, ſed concedit, ſecundùm [Bal. in d. cap. cęterum, num. 13. de iud. & in ſimili etiam loquitur Frecc. auth. 3. num. 34. & 35.] & in hunc ſenſum poteſt Baro nedum excadentias ſubinfeudare, ſed etiam vendere, & alienare.

50 Ampliatur primo, vt Baro poſſit nedũ excadentias ſubinfeudare, ſed etiã demanialia concedere, dummodo ſint ſterilia, & inutilia feudi, ad certam annuam portionem fructuum, & non in pecunia, ex regiſtro Imperatoris Federici, de quo teſtatur [Iſer. in c. 1. an ille qui interf. frat. in fi. de Capit. Conrad. num. 8. & conſtit. Conſtitutionem, in verb. minuẽdis, vbi Afflic. n. 13. & 66. Ann. n. 64. & 73. Frecc. auth. 19.] & de hac ampliatione latius dicemus infra de re feudo reddititia.

51 Amplia ſecundò, vt ſi Baronia deuoluatur ad Regem, ſubfeuda firma remanent, ſi ſubfeudatarius eſt paratus idem ſeruitium præſtare Regi, eſt [tex. in cap. 1. §. 1. qualiter olim poter. feud. alien. Camer. in cap. Imperialem, fol. 7. & ſeq.] valet enim argumentum à ſubinfeudatione de iure communi ad ſubinfeudationem excadentiarum de iure Regni. Patet ex dictis [Iſer. & Afflict. in §. illud, de prohib. feud. alien. per Feder.]

52 Limita, vt Baro non poſſit excadentias concedere niſi ſub ſolito,

lito,& conſueto ſeruitio, vt in conſtit.Conſtitutionem; adeò vt non poſſit redditum remittere etiam vnius gallinæ,vt dicit [Iſer. in eadem conſtit.Conſtitutionẽ, in verb.trãſactiones Frecc. auct. 5.num.18.& in tit.de feudis planis,& de tabula,nu. 5. 23.& 29. Camer. in cap. Imperialem, fol. 39.lit. A. ita etiam Afflict. deciſ. 232.num.8.

53 Secundò limita, vt Baro excadentias non ſubinfeudet niſi eiſdem pactis,eodem modo,& forma, prout fuit introducta conſuetudo infeudandi: & non aliter:eſt [tex.in cap. 1. §. profectò, de legę Conrad. ità Bald. Aluar. & cæteri in cap.1.de his, qui feu. dar.poſſ. Capyc. in ſua inueſtitura,in verb.feudum dant, fol.mihi 155.limit.6.]

54 Tertiò limita, in bonis excadentialibus Baroni deuolutis, ſi illa mẽſæ ſuæ applicauerit, & in demanio retinuerit, non poterit illa de nouo concedere abſq; debita ſolemnitate, ſecundùm [Luc.de Penn.in l.2.col. fin. de fund. limit. quem referunt Addentes ad Iſern. in cap. 1. de his, qui feud.dar.poſſ. nu. 8. in verb. excadentias,Aluar. & alij in cap. 1.de his qui feud.dar.poſſ. quam quæſtionem latiſſime pertractat hic Patruus meus num. 131.& ſequen.]

55 Sed videtur quòd res excadẽtialis non poſſit fieri demanialis, & de menſa Baronis: nam etiam ſub feudo ad Baronẽ reuerſo ob lineam finitam, erit obligatus inueſtituram renouare deſcendẽtibus inueſtiti; & ſi Baro recuſauerit,faciet eis iniuriam, & poterunt appellare ad ſuperiores;iuxta doctrinam Barto.in l.1. §.permittitur,de aqu. quotid.& æſtiu. ſequitur Bald.in cap.1.§. ſi vero, num.4: qualit. olim pot. feud. & Paris de Put.in ſuo tract. reinteg. feud.fol.mihi 4. incip. iuxta præmiſſa, teſtatur de generali conſuetudine Baronum, quòd teneantur excadentias alijs concedere, & non retinere illas in demanio,& [Dec.conſi.131.nn.3.] affirmat hanc eſſe opinionem communem,dicens, quòd aliter renouatio inueſtituræ debita deſcendentibus primi inueſtiti eſſet eluſoria: nam ſemper diceret Baro velle feudum retinere in ſuo demanio,& alijs non concedere.

In contrarium, quòd poſſit Baro rem ſolitam concedere in demanio retinere, & ſuæ menſæ applicare, affirmat [Abb. in cap. bonæ,il ſecondo,num.28.de poſtulat.Prælat.ſequitur Rip.in l.1. ff.de priuil.cred. Gozadin. conſi. 39.& Petrus Benintend.in deciſ. 19.Rotæ Bonon.teſtatur de magis communi opinione contra Dec.d.conſ.131.

Et licèt pręcitati Doctores loquãtur in re emphyteotica ſolita

concedi,ex eadem ratione idem dicendum erit in re feudali, vt teſtatur [Afflict. in cap.1. nu. 9. qualit.olim pot.feud.alien. latius Addentes ad Iſern. de Capit. qui cur. vend. in principio, in verb. tale feudum,& nouiſſimè Reges de Ponte de elect. Official.§.3.& præſertim in Regno noſtro, ex conſtitut.vt de ſucceſſionibus,in fine, vbi eſt Regi permiſſum, ei feudo aperto per lineam finitã, in demanio retinere,& alijs non concedere: & idem erit affirmãdum in ſubfeudo Baronis ei deuoluto,vt teſtantur præcitati Doctores.

Si ergo poterit Baro excadentias in ſuo demanio retinere, & alijs denegare conceſsionem; ſequitur, quòd re excadentiali ad Baronem reuerſa, ſtatim ac declarauerit Baro velle retinere in demanio, dicetur effecta de mẽſa,& declaratio dicitur expreſſa ſi excadentialia ſunt incorporata cum alijs bonis, & deſcripta in libro aliarum rerum demanialium Baronis, iuxta doctrinam [Barto.in l.ſi vacantia, num.9.C. de bon.vac. lib. 10. ità etiam tenet apertè Luc.de Pen.in l.2.col. fin.verſ.quòd ſi Comes, de fund. limit.] & incorporatio nõ præſumitur,niſi apertè ꝓbetur,vt Bal. Aluarot.& cęteri in c.1.de cleric. qui inue ſtit. fec. Capyç. in verb. feudum dant,limit.6.]

56 Sed dubium non leue remanet: Si non conſtat de expreſſa incorporatione facta, quia Baro retinuit ſubfeudum ſeparatum ab alijs bonis demanialibus,& menſalibus, an & quando dicatur excadentialis effecta demanialis. Hoc fieri non poteſt niſi mediante præſcriptione: nã ex curſu temporis mutatur rei conditio [cap.ſi quis per triginta,ſi de feud.defunct.milit.] & in hoc Doctores ſunt varij: nam alij fuerunt in opinione, quòd ſi per annum Baro tenuerit rem excadentialem in demanio, erit effecta demanialis. Alij per lapſum decennij, vt recenſet Curt. de feud.2.par.quæſt. 15. Capyc. in ſua inueſtitura, in verb.feudum dant,limit.6.Sed Iſer.noſter (cuius opinio meritò alijs ſemper erit præponenda) in cap.1.num. 4.de his,qui feud.dar.poſſ.] dicit rei conditionem mutari,& excadentialem fieri demanialem ſpatio triginta annorũ: & eius opinio eſt veriſſima: nam in feudis non ſunt receptæ præſcriptiones longi temporis, ſed tantùm longiſſimi temporis triginta annorum, vt plenè probant [gloſ. Iacob.de Belu.Bald.Aluar.& cæteri in §.præterea,de Cap. Cõrad.] & præſcriptiones tricennales sũt vſuales apud conſuetudines feudales: nam per tantum tempus mutatur rei conditio, probatur in [d. cap. ſi quis per triginta, ſi de feud.defunct.milit.in cap.1.§.

porrò,

porrò,qualit.olim pot. feud. alie. Amplius, per ſpatium triginta annorum feudum diuiduum fit indiuiduum, & probatur ius Frácorum,vt docet [Iſer.in cap.Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 37. de prohib. feud. alien. per Federicũ.] per triginta annos feudum planum, & de tabula fit quaternatum [Iſern. de controu. feud. apud par. term. num. 12.] & è contra quaternatum fit planum,& de tabula [Iſern. & cæteri in cap.1. de his qui feud. dare poſſ.] meritò eodem temporis ſpatio res excadentialis fit demanialis,& de menſa Baronis.

57 Explicatis prædictis, ſequitur non minus curioſa, quàm vtilis inueſtigatio, an poſſit dari caſus, in quo Baro poſſit de allodio facere feudum,vel econtra, an ſaltem poſſit feudum augere.

In hac quæſtione ponenda eſt regula,quòd in Regno nullus poteſt feudũ dare,niſi Rex; & Baro poteſt tantùm excadentias locare ſub ſolito, & conſueto ſeruitio,vt in [conſtit. Conſtitutionẽ. Ità Iſern.de contr.feud.apud par. term. nu.10.& cap.1.de his, qui feud.dar.poſſ.num.8.de feud. nõ habente propriam feudi naturá in fi.de pace iuram.firm. nu. 50. Regens de Ponte lect.6.nu.31.& conſ.11.num.9.Cumia in cap. ſi aliquem,in prælud.nu.214.]

Sed nihilominus ſi Baro poſſidet bona burgenſatica iuxta fines feudi,poterit illa feudalia efficere, & feudum augere: poteſt enim feudatarius meliorem feudi conditionem facere [cap. 1.§. è contrario,de inueſt.de re alien. facta: ita illum text. intelligit ibi Afflict.in principio,& num.1. in fin. Camer. in cap. Imperialem, fol.14.lit.A.Franciſcus de Amic. de his,qui feud.dar.poſſ.fol. mihi 40.incipiente,& veniendo,num. 3.] & hanc quæſtionem infrà latius examinabimus in 5.caſu.

58 E contra aliquando Baro de feudo facit allodium. nam bona demanialia feudi,ſed ſterilia, poteſt concedere ſub natura burgenſatica emphyteotica ad certá partem fructuum, & non in pecunia, ex licentia regiſtri Imperatoris Federici,de quo [Iſern.in cap.1.in fine. An ille, qui interf. fratr.dom.de Capit. Conrad. nu. 8.ita Frecc.auctor.19.Camer. in cap.Imperialem fol.14.lit.A. in 2.limit.Afflict.deciſ.129.in 2. & 5.dubijs,latiùs Regens de Ponte in tract.de poteſtate Proregis in titul.de elect.official.§.4.num.4. & ſeq.] & de hoc latius infrà apparebit loco ſuo, dum verba faciemus de re feudo reddititia.

Verùm pro perfecta reſolutione iſtius quæſtionis, an poſſit Baro feudum dare, vel illud augere, conſiderandi ſunt plures caſus.

Aliquando Baro facit in feudo augmentum intrinſecum, & ab

ab eo inſeparabile,vt puta acquirit feudo ſeruitutem,quæ nō po-
59 teſt ſtare ſine prædio, & illius dicitur acceſſoria, & de per ſe ſubſiſtere nequit: & iſto caſu ſeruitus de nouo per Baronem acquiſita,feudalis efficitur, & feudum auget, iuxta[cap.1.§.è contrario, vbi latiſſimè Scribentes de inueſt. de re alien.facta.]

60 Et ex eadem ratione idem dicendum erit,ſi Baro de nouo acquirit iuriſdictionem in caſtro: nam illa iuriſdictio, vti acceſſoria,& à caſtro inſeparabilis, feudalis efficitur, ſecundùm Martini Laudenſis opinionem,& [Præpoſ.in d.cap.1.§.è contrario, de inueſt.de re alien.facta.]

Sed Bald.ibi tenet contrariam opinionem,quem ſequuntur cōmuniter Doctores,Aluar.Afflict. & cæteri: nam iuriſdictio eſt ſeparabilis à caſtro, & vnus poteſt eſſe Dominus caſtri, & alius iuriſdictionis, ſequitur [Scrad. de feud.par.9.ſect.2.num.11.& ſeq. Roſental.cap.10.concluſ.43. nu. 18.] Nā licèt dicatur iuriſdictio territorio cohærere [l.pupillus.§. territorium.ff.de verb.ſignif. l. 1. ff,de offic. præfect.vrb.]& diſtrictu terminari [l. extra territoriū, ff.de iuriſd. omn. iud.] nihilominus iuriſdictio non eſt ius verè reale,vt ſeruitus prædialis;ſed dicitur ius quoddā, quod perſonæ cohæret ratione rei, vt docet [Bart.in l.1.nu.15. vbi Iaſ. & cæteri.ff.de iuriſd. omu. iud. immò Bal.in c.1.de conſuet. rect. feud. nu. 4. quem ſequitur ibi Afflict. num.28.docet vnum ſingulare menti tenendum, quòd caſtrum dicitur acceſſorium ad iuriſdictionem, & non ècontra: & ſic caſtrum, & iuriſdictio ſtant vti ſeparata,& quodlibet de per ſe ſubſiſtere poteſt.

61 Secundus eſt caſus,in quo poteſt feudatarius feudum augere, faciendo ædificia in ipſo feudo, iuxta [cap.ſi vaſſallus, hic finitur lex,]vbi Doctores: dicūtur enim iſta ædificia augmenta intrinſeca feudi, & ſunt eiuſdem naturæ, prout eſt feudum: immò dicuntur pars feudi,ſecundùm opinionem [Afflict.& aliorum in d.§. ſi vaſſallus: & hoc idem tenet Iſern.in cap.ſi quis de manſo,nu. 17.de cōtr.inueſt.] & de hoc feudi augmento loquitur latiſſimè [Roſental.de feud.c.10.concluſ. 43.Hartamann. Piſtor. lib. 2. q. 42.& in Regno noſtro Præſ. de Franch.deciſ.191.& Regens de Ponte deciſ.12.]

62 Tertius eſt caſus,in quo poteſt feudum augeri nedum induſtria, & facto vaſſalli, ſed etiam caſu: nā poſſunt fieri in feudo augmēta fluminis alluuione,iuxta [§. ſi quis de manſo, de contr.inueſt. vbi Iſer.& cæteri.]

63 Quartò poteſt feudum augeri ſi feudatarius addit animalia, arma,& alia mobilia ad vſum feudi;

di; quæ etiam feudalia dicuntur, vt Iſer. quæ ſint regalia in §. plauſtrorum nu. 58. & ibi Afflict. Camer. in cap. Imperialem. fol. 17. lit. Q. Capyc. in verb. feudorum, acceſſoria] quæ mobilia ad uſũ feudi deſtinata, licèt origine burgenſatica ſint, fieri poſſunt feudalia duobus modis.

Vno modo ſi ab initio fuerint dicta mobilia conceſſa cum feudo: nam licèt feudum non, niſi in rebus ſoli, & ſolo cohærentibus conſtitui pòſſit [§. fin. de feud. cognit.] nihilominus dictà mobilia ad vſum feudi deſtinata dicuntur pars feudi, vt tenet [Bald. Aluar. Afflict. & alij in d. §. fin. de feud. cognit.]

Alio modo dicta mobilia poſſunt fieri feudalia, ſi de nouo fuerint acqniſita per feudatarium, ſed illa deſtinata ad perpetuum vſum feudi. Ità [Scrad. de feud. par. 9. ſect. 4. num. 7. & ſeq.] nam, deſtinata ad perpetuum vſum rei dicuntur pars illius rei [l. fundo. §. labeo generaliter. ff. de act. empt.] ſi enim bona ſtabilia à feudo ſeparata, deſtinatione feudatarij poſſunt fieri feudalia, vt apparebit infrà in 5. caſu; multò magis mobilia, quæ dicnntur acceſſoria ad feudum, & perpetuò ad illius vſum vnita.

64 Quintò poteſt feudatarius feudum augere, addendo bona burgenſatica ſiſtentia iuxta fines feudi: quæ licèt ſint à feudo ſeparata, & de per ſe ſubſiſtere poſſint; nihilominus feudalia fiunt feudatarij deſtinatione. Sed quia Auctores noſtri in hac quæſtione ſunt diſcordes, & articulus non tantùm eſt difficilis, quantum vtilis, & frequentiſſimus, ideò diligenter attendendus.

Et pro iſta parte affertur [tex. in cap. 1. §. ex contrario de inueſt. de re alien. facta] vbi probatur vaſſallum poſſe meliorem feudi conditionem facere, ſed non deteriorem, & vt poſſit bona burgenſatica iuxta fines feudi feudalia efficere, tenet ibi [Afflict. in d. §. ex contrario, in princ. & nu. 1. in fin. & de contr. feud. apud par. term. num. 43. in cap. ſi vaſſallus, num. 17. hic finitur lex, & in cap. Imperialem, quæſt. 44. hoc idem fatetur Camer. in cap. Imperialem fol. 5. lit. M. fol. 14. lit. V. fol. 39. lit. H. Capyc. in ſua inueſtitura in verb. feudorum augmenta, in fin. Addentes ad Iſern. in cap. 1. an ille qui interf. fratr. Dom. num. 6. in verb. circa rem, Franciſcus de Amicis in cap. 1. de hi:, qui feud. dar. poſſ. fol. mihi 40. incipiente, & veniendo, nu. 3. idem tenet Roſental. de feud. cap. 10. concluſ. 43. nu. 33. & latius cap. 6. concluſ. 68. Hartamannus Piſtor. lib. 2. quæſt. 42. num. 45.]

Pro contraria opinione pugnat [Regens de Ponte conſ. 11. num. 8. & ſeq. & cum eo tenet etiam Scrad. de feud. par. 9. ſect. 2. nu.

2.nu.10.& 14.] dicens, non poſſe prædia burgenſatica effici feudalia ſola voluntate vaſſalli, ſed requiri etiam expreſsè cõceſſionem Domini inueſtientis: & cũ hac opinione etiam reſidet [.Regens Lanarius patruus meus in hoc cap.num.204.cum ſeq.]

Et opinio iſta roborari poteſt ſequentibus rationibus; Nã feudum non poteſt conſtitui niſi mediante inueſtitura [cap.1.quibus mod.feud.conſt.pot.§. fin.de feud.cognit.] Si ergo ad formandum feudum eſt neceſſaria Domini inueſtitura; ſequitur, quòd vaſſallus ſine expreſſa Domini conceſsione non poterit facere rem burgenſaticam feudàlem, etiam in augmentum feudi.

Secundò. De eſſentia,& feudi ſubſtantia eſt,vt dominium directum ſit penes dominum, à quo feudum recognoſcitur [cap. 1.§. huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amit. §. fin. de inueſt. de re alien.facta, ita probant Bal. Aluar. & cæteri in prælud.feud.] ſed dominium quæritur nuda voluntate[l.namque nuda. ff.de acquir. rer. dom. ſed eſt traditio neceſſaria, l. traditionibus. C. de pact.] ergo ſola vaſſalli recognitio non ſufficit,vt res burgenſatica fiat feudalis.

Tertiò hoc idem probatur in d.§.ex contrario,de inueſt.de re alien.fact.] vbi habetur, quòd ſi à vaſſallo prædium ſit additum feudo,quod per ſe ſubſiſtere poteſt, illud non accreſcit feudo, neque feudale efficitur;ſecus eſt in ſeruitute quæſita feudo, quæ per ſe ſola ſtare non poteſt, illa erit feudalis, & de ea iudicatur prout de feudi parte: ergo ſequitur, quòd bona extrinſeca, & à feudo ſeparata,quæ de per ſe ſtare poſſunt,nullo modo fieri poſſunt feudalia ſine expreſſa domini conceſſione.

Vltimò hoc multo magis procedit iure Regni,quo iure nullus poteſt feudũ dare niſi ſolus Rex, vt [Iſern. de contreu. feud. apud par.term.num.10.de his qui feudum dar.poſſ.num. 8. de pac.iuram.firm. nu.50.] & Baroni eſt tantum permiſſum excadentias concedere, vt in conſtit.Conſtitutionem: ergo ſequitur, quòd Baro non poteſt bona burgenſatica iuxta fines feudi feudalia efficere.

Sed ſi quis vellet contrariam opinionẽ tueri, quæ re vera maiori Doctorum ſuffragio eſt munita,poſſet his argumentis reſpõdere. Et primò non obſtat,quòd feudum conſtitui non poſſit ſine inueſtitura, & expreſſa Domini uoluntate: nam hoc non procedit in augmento feudi, quod eſt eiuſdem naturæ, prout eſt feudũ; immò dicitur pars ipſius, & proinde in augmento feudi non eſt neceſſaria noua inueſtitura, neq; augetur feudi ſeruitium,vt docet

Iſer.

[Iſern.per quos fiat inueſtitura, num.6. & in cap.1. §. de manſo, num. 17. vbi Aluarot. num.7.& cæteri de contr. inueſt.] Et ideo licèt feudum augeatur, non mutatur feudum, ſed remanet idem feudum prout ab initio fuit conceſſum, & ſecundùm tenorem primæ inueſtituræ.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur; quoniam licèt nuda voluntate non transferatur dominium; tamen in caſu noſtro adeſt aliud factum: nam dum vaſſallus augmentum feudi à Domino recognoſcit, retinet illius vſumfructum, & per retentionem vſusfructus dicitur translatum dominium in Dominum [l. quiſquis, C. de donat.] præſertim ſi concurrit præſtatio ſeruitij, ſiue fidelitatis; quo caſu procedit [text. in l. cenſualis, vbi Bald.C.de donat.vt benè explicat Guidonpap. deciſ. 272.] tantò magis quoniam in conceſſione feudi videtur etiam tacitè actum inter dominum, & vaſſallum, vt poſſit feudi meliorem conditionem facere; vt in dicto [§. econtrario] & ſic dum feudatarius à domino recognoſcit feudi augmentum, videtur tacitè dominus aſſentire.

Tertium argumentum non obſtat, quoniam,licèt prædium emptum iuxta fines feudi, quod per ſe ſubſiſtere poteſt, non fiat feudale [iuxta dict.§. econtrario; intelligitur vt non fiat non feudale contra vaſſalli voluntatem, ſecus ſi vaſſallus voluerit: & intellectus iſte eſt veriſſimus ad dictum §. econtrario, quæ venit copulatiuè ad §. præcedentem, quid ergo, & ille §. loquitur in caſu, quo feudum Domino eſt deuolutum, vt ibi declarant Doctores, & præcipuè Mart. Lauden. & ideò prædium ſeparatum à feudo, & ab eo diſtinctum non poſſet Domino deuolui, in caſum caducitatis, niſi prius illud prædium fieret feudale voluntate vaſſalli, illudque à Domino in feudum recognoſcatur, & hoc caſu procedit communis intellectus Doctorum, vt allodiale fiat feudale feudatarij voluntate.

Vltimum argumentum corruit: Nam verum eſt, quòd in Regno ſolus Rex poteſt de nouo dare feudum: ſed dum feudum augetur, non eſt de nouo dare feudum; & ideò non eſt neceſſaria noua inueſtitura, ſed remanet idem feudum ſecũdùm tenorem primæ conceſſionis, vt eſt demonſtratum.

Ex prædictis patet an & quando poſſit Baro excadentias concedere. Reſtat videre qualiter bona demanialia fiant excadentialia,& feudum planum, & de rabula in eſſe deducatur. Sed quia ſubfeudum originaliter prouenit ex feudo quaternato, & illius

lius dicitur partus, vt infra apparebit, ideò neceſſariò erit videndum prius de ipſo feudo quaternato.

65 Feudum quaternatum vſuali nomine huius Regni, ità nuncupatum eſt. Patet in [Conſt. honorem, la ſeconda in conſt. magnæ Curiæ, in Conſtit. Iuſtitiarij nomen, & normam, in fin. & in Conſtit. Poſt mortem] & dictum eſt quaternatum alluſione uocabuli, quia ſcriptum eſt in quaternionibus donorum [l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. petat. l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.] quælibet enim prouintia ſua habet uocabula [cap. 1. §. ſimiliter in oſtentitijs, ubi Iſern. de Cap. Conrad. cap. 1. §. ualuaſores, de his qui feud. dar.

66 poſſ.] & licèt hoc feudum ſit incognitum de iure communi feudorum, ut teſtantur [Addentes ad Iſern. de contr. feud. apud pares, num. 9. Frecc. in tit. de differentijs feudi quaternati in princ. de orig. baron. num. 40. Capyc. in inueſtitura, in uerb. feudum quaternatum] hoc tamẽ intelligendum eſt quoad nomen tantum; ſed quoad effectum, & ipſius eſſentiam, benè fuit cognitum de iure communi feudorum: nam feudum ad Regis collationem

67 dicitur quaternatum, etiam non deſcriptum in quaternionibus Curiæ, ut infrà apparebit in tertia ſpecie feudi quaternati: & de feudis ad Regis collationem, habemus plures ſanctiones de iure communi feudorum, vt eſt [tex. in cap. 1. quis dicatur Dux, in cap. primo, de natur. feud. in cap. 1. de feudo Marchiæ, & alibi:] quæ feuda ad Regis collationem ualde differunt à feudis, quæ tenentur à Dominis inferioribus, ut notant [Doctores in d. cap. 1. de natur. feud. & in cap. 1. quis dicatur Dux] & ideò etiam dicimus in Regno, quòd feudum quaternatum in multis diſtat à feudo plano, & de tabula, ut plenius eſt uidere apud Frecc. differentiarum collectorem.

68 Sed quia diſtincta faciliùs percipiuntur [iuxta l. 1. ff. de dol. except.] ideò præmittendum eſt, quod feudorum quaternatorum plures ſunt ſpecies; aliud dicitur feudum uerè, & propriè quaternatum; aliud præſumptiuè quaternatum; uerè quaternatum, eſt duplex; aliud ſimpliciter, aliud ſecundùm quid.

69 Feudum ſimpliciter quaternatum dici poteſt tribus modis: uel quia eſt ſcriptum in quaternionibus: uel quia eſt caſtrum: uel quia eſt feudũ ad Regis collationem. Diſtinctio iſta colligitur ex doctrina [Iſer. in cap. 1 nu: 9. & 10. de contr. feud. apud par. Camer. in cap. Imperialem, fol. 69. lit. A. & ſeq. Frecc. in tit. de different. feud. quaternati, in princip. Capyc. in inueſtitura in uerb. feudum quaternatum, Afflict.

flict.in conſtit.ſtatuimus num.4. Cumia in repet.cap.ſi aliqui, in verb.in capite. & nouiſſimè Regens de Ponte lect.1.num.58. & ſeq.] ideò diligenter,& ſpecificè videndum erit de qualibet ſpetie feudi quaternati.

70 Propriè,& verè feudum quaternatum dicitur illud, quod ſcriptum reperitur in quaternionibus Curiæ: ex hac enim deſcriptione aſſumpſit nomen feudi quaternati,vt dicuut Iſern.& cæteri allegati; & ideo caſtra,& cætera feuda ad Regis collationem. quia poſſet eis deficere qualitas deſcriptionis, dicuntur loco feudorum quaternatorum, vt docet [Iſern. in conſtit. Iuſtitiarij nomen,& normam in fine,ſequitur Capyc.in verb. feudũ quaternatum,& Frecc.auctor. 29. num.3.

71 & 5.] Verùm quia hæc feuda ad Regis collationem iudicãtur ſecundùm leges Regni,tam circa ipſorũ alienationem, quàm ſucceſſionem; ad differentiam feudi plani,& de tabula; ideò ſimiliter feuda quaternata appellantur, vt benè [Camer.in c. Imperialem, fol.69.lit.M. & O. Frecc. auctor. 39.num.1.Addentes ad Iſern.de contr.feud.apud pares,num.9. in verb.quaternionibus] & infra latius demonſtrabitur in 3. ſpecie feudi quaternati.

72 Sed nè aliquid antiquitatis incognitum remaneat [l.vnica.§.& cum triplici.C.de caduc. tollen.] ſciendum eſt, quòd quaterniones vbi olim feuda regiſtrabantur, quaterniones Dohanæ appellabantur, vt habetur in [Conſtit. honorem la ſeconda, in Conſtit. Poſt mortem,in Conſtit.Iuſtitiarij nomen, & normam,& in Cõſtit.magnæ Curiæ:] & ſucceſſiuis temporibus regnantibus Regibus de Angiò, dicta regiſtra conſeruabantur in Curia Siclæ, in cuius locum ſucceſſit Regia Camera, vt recenſet [Frecc. de orig.baron.num.41. & de officio Magni Camerarij num.3. & ſeq. Capyc. in verb. feudum quaternatũ, Afflict. in c. 1. n.9.de cõtr. feud. apud pares, nu.9.vbi Add. ad Iſern. in verb. officium Iudicis:] & proinde videmus priuilegia,& inueſtituras Regũ de Angiò, quæ antiquitus repoſita erãt in Curia Siclæ, hodie conſeruari in Regia Camera, ſed in Archiuio ſeparato à priuilegijs, & documentis Regum de Aragonia, quæ ob bellorum calamitates, hoſtium inuaſiones,Regum mutationes,ac totius Regni eo tempore perturbationes, in maiori parte diminuta,& deperdita fuerunt: adeò vt neceſſitate vrgente, & pro bono pacis fuerit emanata pragmatica ædita Thori,Sereniſſimi Regis Catholici, de poſſeſſoribus non turbantibus;ex eo, quia lites, & Regni controuerſiæ non poterant recto iudicio ſedari ob confuſionem ſcri-

pturarum, & priuilegiorum perditionem.

73 Verùm in hoc cauendum erit à [Loffred. in cap. 1. de controu. feud.apud par.term.] affirmante, q; liber cedularij, & liber quaternionum ſint idem: nam reuera liber cedularij eſt diuerſus à libro quaternionum: nam liber cedularius dicitur ille, vbi notantur Adohamenta, & ſeruitia debita Regi, in libro quaternioñu regiſtrantur inueſtituræ, & aliæ conceſſiones feudorum, vt oculis cernimus in Regia Camera: & hoc idem notat [Camer. in cap. Imperialem fo. 69. lit. D. Regens de Ponte conſi. 5. num. 72. Dominus de Curte in ſuo diuerſorio feudali, fol. mihi 41. nu. 56. & nouiſſime Patruus meus in hoc cap. num. 107.]

74 Sed pulchrum eſt quærere An ex ſola deſcriptione in quaternionibus Regijs dicatur conſtitutum feudum quaternatum; Et videtur quòd ſic [argum. l. fin. C. arbitr. tutel. & ideò notabiliter dixit Angel. in l. omnes, in princ. C. ſine cenſu, vel reliq.] quòd in

75 exactionibus collectarum, attendendus eſt quinternus vbi nomina collectantium deſcripta ſunt: quam Angel. doctrinam ſequuntur communiter Doctores, teſte [Theſaur. deciſ. 164. numero 4. & ideo Iſern. in §. huius autem generis, in fin. ex quib. cauſ. feudum amitt. dicit, quòd deſcripta in

76 quaternionibus pſumuntur feudalia, vbi [Addentes, & in cap. 1. num. 12. de controu. feud. apud pares, Afflict. in cap. Imperialem §. præterea Ducatus, num. 67. & ſequen. Frecc. auctor. 5. num. 9. in fine.]

Sed in contrarium affertur doctrina [Iſern. in cap. 1. num. 9. in fin. de contr. feud. apud par. term. vbi ait, quòd deſcriptio facit feudum quaternatum, ſi illa res deſcripta eſt feudalis; & ideò Loffred. in cap. 1. ex quib. cauſ. feud.

77 amitt.] refert deciſionem Regiæ Cameræ, quòd ſi quis eſt inueſtitus pro hæredibus ex corpore, cum clauſula, vt regiſtretur in quaternionibus; ſi tamen non conſtat de feudo, licet ſeruitium pro eadem re præſtetur Regiæ Curiæ; adhuc res allodialis cenſenda erit: nam vt [Bar. docet, & cæteri ſequuntur in l. omnes. C. ſine cenſu, vel reliq.] ad ſciendã qualitatem rei non ſufficit ſola deſcriptio, niſi conſentiat is, de cuius agitur præiudicio [l. cenſualis, vbi DD. C. de donat.] Et ideò licèt bona deſcripta in quaternionibus feudalia præſumantur, ſi aliter conſtet non eſſe feudalia, præſcriptio debet cedere veritati [cap. fin. de præſumpt.] Datio enim in feudum eſt quid facti [Iſern. ex quib. cauſ. feudum amitt. num. 13. vbi Add. Frecc. quis dicatur ſubfeudatarius, n. 2.] & factum non præſumitur niſi pro-

probetur [l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.] dicitur enim feudum ſpecies ſeruitutis, [§. 2. ſi de feud. def. mil.] vbi omnes; & ſeruitus nõ habet cauſam naturalem niſi conſtitutam, vel præſcriptam, ſecundùm [Bald. in cap. communes, nu. 21. de conſtit. & ante eum dixit gloſ. in l. 1. ff. de vſucap.]

78 Secunda ſpecies feudi quaternati dicitur caſtrum, nam omne caſtrum in Regno dicitur feudũ quaternatum, probatur in [conſtit. Iuſtitiarij nomen, & normã, in fin. vbi Iſer. & in conſtit. ſi dubitatio, in conſtit. poſt mortem, & in cap. 1, nu. 10. de contr. feud. apud par. Camer. & Frecc. locis allegatis: & hoc idem fatetur D. Lanarius patruus meus hic num: 112.] Quare autem caſtrum dicatur feudum quaternatum, eſt ratione iuriſdictionis caſtro annexæ, vt dicit [Frecc. in tit. de different. feud. quaternat. num. 33. & ſeq. & auct. 29. num. 4.] licèt iactet, quod nemo peritorum noſtrorum hoc ſcripſerit; nihilominus ante eum hoc ſcriptum reliquit [Paul. de Caſtr. conſi. 179. nu. 5. verſ. ſecunda ratio, Iacob. in ſua inueſtitura feudali, in verb. de caſtro rubei montis, num. 16. & ſequuti fuerunt Camer. in cap. Imperialem fol. 72. liter. Q. Loffred. in cap. 1. quis dicatur Dux, Dominus de Ponte deciſ. 2. num. 19.] Si ergo caſtrum dicitur feu-

79 dum quaternatum ratione iuriſdictionis, quam feudatarius exercet in ſuos vaſſallos, ſequitur videre an iuriſdictio præſumatur feudalis, vel allodialis.

80 Iuriſdictio; quia eſt poteſtas de iure publico introducta, ſecũdùm [gloſ. & Doct. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & in magiſtratibus conſiſtit, vt in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur.] non præſumitur teneri iure priuato, & in allodium, ſed in feudum; vt probat [Paul. de Caſtr. d. conſ. 179. Iacob. loco cit. cum alijs cumulatis per Bambacar. in cap. inter filiam, nu. 4. & ſeq. ſi de feud. defunc. mil.]

81 In contrarium, quòd de iure communi feudorum iuriſdictio præſumatur allodialis, & nõ feudalis, tenet [Innoc. in cap. cæterũ; nu. 4. ibi Hoſt. Butr. & cæteri, latius hoc probat Reg. de Ponte in ſua deciſ. 2.]

82 Iuriſdictio enim origine fuit penes Rempublicam, à qua fuit tranſlata in Regem [l. 1. ff. de conſt. Principum] ſed facta vniuerſali diſtinctione dominij, multa fuerunt effecta de regalibus, inter quæ fuit iuriſdictio, [cap. 1. quæ ſint regalia] aliqua remanſerunt penes ipſam Rempublicam; pleraque ſingulorum, §. 1. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. ff. eodem] Et licèt iuriſdictio ſit de regalibus; tamen regalia ſpecie differunt à feudalibus; poſſunt

enim regalia tam in allodium, quàm in feudum haberi, vt probat [Frecc. lib. 3. in ſecunda formula inueſtituræ, num. 26. Camer. in cap. Imperialem, fol. 37. lit. O. & ſeq.] Neque obſtat argumentum, quo communiter vtũtur DD. defendentès partem cõtrariam, vt iuriſdictio ſit iuris publici: Quoniam, licèt iuriſdictio ſit penes Regem, à quo fluunt omnes iuriſdictiones [cap. 1. de allod. cap. 1. quis dicatur Dux] tamen ſolet iuriſdictio concedi à Rege & in allodium, & in feudũ; immò ſemper iuriſdictio cenſetur conceſſa in allodium, niſi ſpecificè dicatur in feudum, Allego textum punctualem, quem à nullo vidi ponderatum ad hoc propoſitum [in cap. 1. qnis dicatur Dux] vbi Capitaneus, quem nos Baronem appellamus, prout etiam ibi omnes communitèr exponunt, ſi ſit inueſtitus à Principe de aliqua plebe, ſiuè populo. niſi expreſsè dicatur in feudũ, intelligitur cõceſſa iuriſdictio in allodium, prout apertè probantur illa verba per feudum inueſtitus, ibi [Iſern. num. 2. quem ſequuntur ibi Addentes Aluar. nu. 3.] & alij, immò etiam in Regno,
84 in quo iuriſdictio præſumitur feudalis, ſi apparet inueſtitura, & non dicitur in feudum, intelligitur conceſſa in allodium, vt benè [Addentes ad Iſern. ex quibus cauſ. feud. amitt. num. 13.] Sunt etiam in Regno multæ iuriſdictiones, quæ in allodium tenentur, vt latius infrà apparebit; Et proinde non poſſum non mirari de Regente de Ponte ſummo Feudiſta, qui latiſsimè in ſua deciſione ſecunda tractat articulum An iuriſdictio præſumatur feudalis, vel allodialis, & non allegat textum feudalem in terminis decidentem quæſtionem iſtam: Et licèt [Freccia, quis dicatur ſubfeudatarius, num. 2. & Addentes ad Iſern. ex quib. cauſ. feudum amitt. nu. 13. illius rextus meminerint in cap. 1. quis dicatur Dux] non tamen illum cõſiderauerũt ad hunc finem probandi, an iuriſdictio præſumatur feudalis, vel allodialis, vt videri poteſt.

Iure verò Regni iuriſdictio pręſumitur feudalis, & non allodialis, probatur in conſtit. Regni Iuſticiarij nomen, & normam, in fine] vbi Iuſtitiarij cognoſcunt de cauſis feudalibus, præterquam de caſtris, Baronijs, & magnis feudis. Vt ergo exceptio ſit de regula, neceſſariò infertur, quòd caſtrũ præſumatut feudum, vt colligũt ibi gl. Iſer. & DD. Si ergo in Regno caſtrũ præſumiiur feudũ; & hoc ſit ratione iuriſdictionis caſtro annexę, vt ſupra eſt demõſtratũ, multo magis ipſa iuriſdictio feudalis præſumitur; licet de iure communi ſit contrarium, vt ex prædictis patet.

Stat

Stat ergo concluſio, quòd in Regno omne caſtrum præſumatur feudum: & hoc procedit etiã in quolibet oppido, ſiue Caſali, ſecundùm[Iſern.in conſtit. ſi dubitatio,in principio, Frecc .in tit. de different. inter feuda quaternata,in princ.] Immò etiam Villæ Sclauonum, & Albanenſium
85 præſumuntur feuda quaternata, ſi ſunt in ſufficienti numero vaſſallorum,ſecundùm [Loffred.in cap.1. quis dicatur Dux] ſecus ſi eſſent pauci homines,ſecundùm [Camer. in d. cap. Imperialem, fol.72.lit.Q.] Sed ego conſidero,quòd licèt ad conſtructionem populi requirantur ad minus decem perſonæ, ſecundùm [Gloſ. in cap.1.vbi Abb.& DD.de elec. Bart.in l.prætor la 2. ff. de vi bonor. rapt.] tamen ex poſt facto Vniuerſitas etiam in uno poteſt remanere,& conſiderari [l. ſicut. §. 1. ff. quòd cuiuſque vniuerſi] & ideò ſi Sclauones habitãt animo domicillandi,& poſſeſſiones ibi,animalia, & cætera bona habent, licèt ex poſt facto redacti eſſent ad tres,vel quatuor, adhuc dici poteſt feudum quaternatũ; Faciunt etiam adducta ad [Iſern. quis dicatur Dux, verſic. habens uaſſallos,Frecc.auctor. 5. nu. 12. & auctor.2.quæſt.10.& 11.]
86 Amplia, quòd etiam ſi caſtrũ teneatur à Barone, adhuc dicitur feudum quaternatũ,ut in [Conſtit.poſt mortem,ibi Iſern. & in cap.1.num.10.de controu. feud. apud pares, & in cap.1. de capt. qui cur.ven.num. 14. Capyc. in verb.feudũ quaternatum, Frecc. de orig.baron. nu. 41. & quis dicatur ſubfeudatarius,nu.13. & q. 4.nu.1.& q.34.]
87 Concluſio prædicta limitatur multis modis; & primo non procedere in caſtro diruto, quod deſinit eſſe caſtrum [l.ſi vſusfructus,la prima,ff.quib. mod. vſuſfruct.amitt. argum. l. domum,& l.arboribus, ff de contrah. empt. diruto enim ædificio, alia res dicitur.§.cum in ſuo loco,Inſtit.de rer.diuiſ.& conſequenter amittit nomẽ feudi quaternati, Camer. in cap.Imperialem,fol.72. lit.N. &ſeq.Frecc.auctor.29.nu.3.& in tit.de different. inter feuda quaternata,nu.34.]

Et licèt locus, etiam diruto ædificio, ſacer maneat[§.ſacra, inſtit.de rer.diuiſ.ibi intelligit glo.] niſi remoueantur ea, qui talem illũ reddebant;ſed caſtrum dicitur feudum, ob iuriſdictionem, quam Baro exercet in vaſſallos, vt ſupra eſt probatum: ergo Caſtro effecto inhabitato, ob deficientiam vaſſallorum, non dicitur amplius feudum quaternatũ. d.l.ſi vſusfructus.

Dicitur caſtrum feudum quaternatum,ſed territorium caſtro annexum non dicitur quaternatum, niſi ſit deſcriptum in quaternionibus, ſecundùm [Afflict.

M 3 in

in Conſtitut. ſtatuimus numer. 4. Caſtrum, quod dicitur locus muris circundatus, ſecundùm [Bald.in cap.1.num.8. de Capit. qui cur.vend.] quo diruto non poteſt dici amplius caſtrum, & dum eſt inhabitatum effectum ob uaſſallorum deficientiam, & iuriſdictionis exercitium, nec etiam poteſt dari feudum quaternatum, & territorium non deſcriptum in quinternionibus de per ſe ſit quaternatum: ergo Caſtrum effectum dirutum ex omni ſui parte, deſijt eſſe feudũ quaternatum.

88 Et ex prædictis ſequitur, quòd diruto caſtro non tenetur poſſeſſor præſtare ſeruitium domino, prout de feudo habitato, cum vaſſallis, ſecundùm [Loffred.in cap. 1. quis dicatur Dux, Frecc. auctor.5.num.12. & 21. Camer. in cap.Imperialem,fo.73. lit.A.] ſecus ſi caſtrum eſſet effectum inhabitatum in parte, vt ſupra dictum eſt in Villa Sclauonum.

89 Et hæc hodie practicari poſſunt in Prouintia Apuliæ, vbi die vltima menſis Iulij præſentis anni 1627. accidit miſerabilis caſus, vt terręmotus impetu fuerint ſubmerſa plura Caſtra, Procinæ, Leſinæ, Sancti Pauli, ſimul cum Ciuitate Sancti Seueri, & Vniuerſitate Turris maioris, & aliæ in maiori parte dirutæ, non ſine notabili damno illius Prouintiæ, & totius Regni, maximo omnium timore; & ſic etiam anno præterito in aliquibus Terris in Prouincia Calabriæ, prout in Terra Girifalchi Illuſt. Ducis eiuſdem Terræ, mei clientis amatiſſimi; & propterea fuerunt per S. E. & Collaterale Conſiliũ expeditæ prouiſiones, quod prædictæ Ciuitates, & Terræ tractētur immunes pro functionibus fiſcalibus per decennium.

90 Secundò limitatur, quòd Caſtrum non dicitur feudum quaternatum poſſidente Eccleſia, vt [Iſern.in conſtit.Iuſtitiarij nomen, & normam, in fine, vbi Afflict. num. 40. Nam Caſtrum dicitur feudum quaternatum in Regno, vt in dicta conſt. Iuſtitiarij, probatur; ſed conſtitutio illa non extenditur ad bona Eccleſiæ, ex defectu poteſtatis, ut in [cap.eccleſiæ Sanctæ Mariæ, de conſtit.] ergo in Eccleſia ſeruatur ius commune feudorum, quo iure caſtrum non feudale, ſed allodiale præſumitur, vt infrà apparebit: & ſic Caſtrum, poſſidente Eccleſia, dicitur allodium, niſi per inueſtituram appareat cōceſſum in feudum, vel dominus ſit in poſſeſſione exigendi ſeruitia, & alia iura dominicalia, vt [Iſer.in d.conſt Frecc. auctor.29. num.5. Capyc. in verb. feudum allodium, in fin.Ann.ſing.71.]

Sed id, quod dicimus caſtrum præſumi allodium, & non feudũ Eccleſia poſſidente, quia tamen

Ca-

Caſtro eſt annexa iuriſdictio, quę eſt de regalibus [cap. 1. quæ ſint regalia, & omnis iuriſdictio eſt Regis, vt in cap. 1. de allod. in cap. 1. quis dicatur Dux] præſumitur facta conceſſio caſtri Eccleſiæ, ſaluo iure ſuperioritatis, & appellationis, quod dicitur ius Regium, & à Corona inſeparabile, ſecundùm doctrinam [Angel. communiter receptam in l. 1. §. qui mandatum. ff. de officio eius] & proinde etiam tenente Eccle-
91 ſia caſtrum in allodium, adhuc ab officialibus Eccleſiæ appellandum erit ad Regios officiales, & non ad ſuperiores Eccleſiaſticos, ſecundùm [Couarru. pract. quæſt. q. 4. Franc. Mar. deciſ. Delfin. 368. vol. 2. Frecc. in tit. de differen. inter feuda quaternata, num. 34. & cumulat Regens de Ponte in ſua deciſ. 2.] prout etiã fundaui ſupra num. 17. & ad ſaturitatem multa correlaria in hac materia vide [Scip. Rouitum in pragm. 2. de cler. ſaluat.]

92 Tertiò illud, quod dicitur omne caſtrum in Regno eſſe feudũ quaternatum, intelligi debet pręſumptiuè; nam ſi apparet inueſtitura caſtri, & non dicitur in feudum, cenſetur facta conceſſio in allodium; ita [Iſern. in cap. 1. num. 13. & ibi Addentes declarant in verb. in feudum, & de cõtrou. feud. apud par. term. nu. 10. in verb. item caſtrũ, Frecc. auct. 29. num. 4. Præſ. de Franch. deciſ. 131. Anna alleg. 105. & ideò Regens de Curte in ſuo diuerſ. feudali in cap. incipien. Poteſt quoq; num. 11. fol. mihi 28.] teſtatur in multis partibus Regni teneri iuriſdictionem in allodium.

93 Sed videtur nullo modo poſſe teneri iuriſdictionem in allodiũ; nam allodium dicitur res libera, quæ à nullo recognoſcitur, eſt text. in cap. 2. vbi Iſern. Bal. & cæteri, ſi de feud. defunct. milit. & quia Rex dicitur quaſi Dominus fiſcalium, l. 2. §. hoc interdictum, lo 2. vbi Alber. Angel. & cæteri. ff. ne quid in loco publico, & ſecundùm Bald. tutor, ſiuè adminiſtrator Regni, vt in cap. intellecto, in princ. de iureiuran. immò notabiliter dixit Luc. de Penn. quòd Rex dicitur maritus Reipublicæ, in l. quicunque, C. de omn. agr. deſer. & idem Iſern. qui ſucceſ. ten. num. 26.] Ideò videtur dicendum non poſſe teneri caſtrum in allodium, quia eſſet alienare fiſcalia, ſiue Regni demanialia, etiã quo ad directum dominium, quod fieri nequit, ſecundùm [Camer. poſt repet. cap. Imperialem in Dialogo, fol. 108. lit. K. Regens de Curte in ſuo diuerſorio feudali fol. 7. nu. 33.]

Sed in contrarium eſt veritas, vt Rex poſſit demanialia Regni alienare, ſi alienatio non tenderet in diminutionem Coronæ, ſecundùm [Innoc. Bald. Abb. & alios in d. cap. intellecto, de iureiuran-

iurando, Iſer.in conſtit.dignum, & in cap.Imperialem, nu. 44. & ſeq.] & quod in Regno Reges ſoliti ſunt etiam facere alienationes quoad directum dominium, teſtatur [Camer. ſibi contrarius in d.cap.Imperialem, fol.71. lit. A.] & ex prædictis DD. patet nedũ Eccleſias, ſed etiã priuatos in multis partibus Regni tenere caſtra, & iuriſdictiones in allodium., vt ſupra fuit fundatum.

94 Quartò poteſt dari caſus, ꝙ caſtrum ſit allodiale, & iuriſdictio feudalis, ſtant.n.caſtrũ, & iuriſdictio vti diuerſa, & ſeparata; & vnus poteſt eſſe dominus caſtri, & alius iuriſdictionis, ſecundùm Bald. Aluarot. Afflict. & alios in §.è contrario, de inueſt.de re alie. fact. Roſental. cap. 10. concluſ. 43.num.18. Et vt caſtrum poſſit teneri in allodium, & iuriſdictio in feudum: fatetur Paul. de Caſt. conſi.179.num.5.verſ. ſecunda ratio, vol.1. ſequitur Iacob. in ſua inueſtitura, in verb. de caſtro rubei montis, num.16. Et quamuis dicatur iuriſdictio territorio cohærere, l.pupillus. §. territoria. ff.de verb.ſign.l. 1. §. 1. de offic. præfect. & diſtrictu terminari. l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omn.iud. Nam Proconſul ingreſſus portam Romæ, amittit Imperium, l.1.& l.fi.ff.de offic. Proconſ.] tamen formaliter, & actiuè iuriſdictio reſidet in perſona dominantis, iuriſdictio enim nõ eſt ius merè reale, vt ſeruitus prędialis, ſed ius quoddam, quod perſonæ cohæret ratione rei, vt docet [Bart. in l. 1.num. 15. vbi Iaſ. Dec. & cæteri ff. de iuriſd. omn. iud. & ideò eleganter dixit Bald.in cap.ad hoc, num.4. & 7. de pac.iuram.firm.] quòd iuriſdictio ſtat in territorio ſicut nebula ſupra paludem.

Hanc Caſtrenſis doctrinam ex Regnicolis ſequuti ſunt [Capyc. in verbo feudorum allodia, circa finem, in verſ. ſtant ergo ſimul] (vbi inquit) ſtant ergo ſimul, ꝙ corpora locorum, puta caſtrũ, iure priuato teneantur, & ſint allodialia, & tamen iuriſdictio iure publico teneatur, ad quod allegat Innoc.doctr. & Caſtrenſ. in præcitatis locis.

Eandem opinionem tenuit Io. Angelus Piſanellus, cuius reſponſũ dedit mihi Peritiſſimus olim cauſarũ patronus primarius Ferdinandus Brancia, nunc meritiſſimus Regens in ſupremo Conſilio Italiæ, ipſumque de verbo ad verbum tranſcribere volui.

Habui conſulere, & determinare, ſi Eccleſia prætendens iuriſdictionem criminalem contra Baronem poſſidentem tam in Caſtro Eccleſiæ, ſi obſtaret exceptio Regiæ pagmaticæ de geſtis per Reges Aragoneos, cum ſępe fuerit ordinatum, quòd contra Eccleſiam agentem nõ in feudo obſtet Regia pragmat. &

& dubium faciebat doct. Andr. in conſtit. Iuſtitiarij nomen, vbi requiritur, quòd caſtrum fuerit datum in feudum, alias non diceretur feudum penes Eccleſiã, tamen tenui contrarium, quia iuriſdictio non poteſt eſſe niſi feudalis, & ita cenſet [Paulus Caſtren. conſil. 179. num. 5. in fine. volum. 1. in nouis, ſequitur Iacob. in ſuo inueſtit. in verbo de Caſtro col. 4. & facit optimum verbum Bald. in cap. 1. §. ex eadem lege de leg. Conrad. ibi & eſt notandum, vbi Aluarot. in 6. not. & per Curt. ſen. conſ. 57. col. 3. verſ. Decimo comprobatur,] & per cõſequens obſtabit excep.

In eandem opinionem reſidet famoſiſſimus, & noſtris temporibus facundiſſimus Aduocatus [Camillus Medices in conſ. 149. nu. 11.] licèt de Caſtrenſi conſi. nullam faciat mentionem, his verbis, & ſpecificè ad caſum, q͂ dum quis habet caſtrum in feudum, cæteris adiacentibus munitum, ſi deinde iuriſdictionem accumulet huic feudo, talis iuriſdictio non accedit feudo, ſed abſolutè ſtat per ſe, ſalua ſui ſubſtantia à Caſtro, nam ſtat caſtrũ ſine iuriſdictione, & iuriſdictio ſine territorio, quia eſt qualitas ſeparata, in tantum quòd licèt ſit addita feudo; erit augmentum extrinſecum alterius naturæ, & qualitatis fundat peritiſſima gloſ. . . & dum dicitur, inquit ipſe, iuriſdictionem inhærere territorio ſicut nebula ſupra paludem, procedit in territorio vniuerſali, non autem in conceſſione certæ rei, vt in Caſali, vel poſſeſſione aliqua [Bald. in l. imperium col. 2. nu. 1. verſ. ſed aduerte de iuriſd. omn. iud.] ſubdit deinde num. 13. quòd vendita, aut conceſſa iuriſdictione non ſolũ territorio caret, quinimmo nullum ius, parit meri imperij in homines, quia nuda eſt conceſſio [Couarru. pract. quæſt. cap. 1. poſt num. 10. verſ. qua ratione.]

Idem tenuit [Bambac. in tit. ſi de feud. defunc. milit. queſt. 7. ex Cuiac. allegat eandem gl. loco à me non cita. & Capyc. deciſ. 27. nu. 36.] omnino videndus, quia multa notatu digna dicit.

[Capiblancus nunc meritiſsimus Iudex Mag. Cur. Vicariæ de auctor. Baron. in pragmat. 8. par. 1. num. 55. Franchis deciſ. 458. num. 3. Afflictus cap. 1. de inueſt. de re alien. de Curte fol. 28. num. 10. latiſſimè Petrã de poteſt. princip. cap. 18. per tot.] & per has doctrinas fuit nuper deciſum per Regiã Cameram, in Collaterali Conſilio eſſe concedendam iuriſdictionem in feudum ſuper inſula Niſitæ, quæ poſsidetur in burgenſaticum per eximium Iuriſconſultum, & primarium Aduocatum meum dilectiſsimum, & chariſsimum dominum Io. Vincentium Macedonium.

Et

95 Et hic offertur locus cõgruus explicandi doctrinam [Iſerniæ in conſtit.poſt mortem,in fin.] quæ diuerſimodè fuit intellecta à noſtris maioribus, dicentis ſacramẽ tà hominum etiam feudi non quaternati peti à Regia Curia, ex cuius verbis colligitur [Capycius in ſua inueſtitura in verb. quaternatum] quod poſſit eſſe feudum cum vaſſallis,& non eſſe feudum quaternatum, quem ſequuntur [Addentes ad Iſern.de contr.feud.apud pares term. nu. 10.verſ.Item caſtrum.] Sed parcant mihi,non perceperunt mentem Andr.qui fuit in opinione, quòd poſſidentes bona in Baronia, ſiue ibi habitantes,licèt non ſubditi, ſed de alieno territorio; tenentur Baroni præſtare iuramentum aſſecurationis, vt [Iſer. de noua for. fidel. núm.5.in fin.] & ideò dixit ſacramenta hominũ & non vaſſallorum : & rectiùs fuit loquutus [Frecc. auctor.29. num. 5.] licèt nec ipſe declaret verba Andreæ,ex quibus non poteſt colligi ſingulare,vt poſſit dare feudum cum vaſſallis, & non ſit quaternatum : ſed dixit Iſern. ſacramenta hominũ etiam feudi non quaternati peti à Regia Curia, quia non poteſt præſtari ſacramentum Baroni niſi cum licentia Regia; vt in [conſtit. Cõmite, quem etiam allegat ibi Andreas] & hic eſt uerus intellectus verborum Andreæ.

Quintò,licèt de iure Regni ſit præſumptio,quòd omne caſtrum dicatur feudum quaternatum,de iure communi feudorum præſumptio eſt in cõtrarium, vt omne caſtrum dicatur allodium,niſi in ſpecie ſit facta conceſſio in feudum,probat [text. apertus in cap. 1. quis dicatur Dux] ibi inueſtitus per feudum de aliqua plebe,ſiue populo,vt ibi [Iſer.nu. 2. & Addentes Aluar.nu.3.] immò etiam caſtrum, cui eſſet annexus titulus Comitatus,& Marchionatus,adhuc dicitur allodiũ, ſi non apparet in feudum conceſſum.Probat [text. in cap.1.de feudo Marchiæ,ibi per beneficiũ inueſtitus,ſequitur Frecc. auctor. 29.nũm.3. cum cæteris cumulatis per D.de Ponte deciſ.2. num. 9.& ſeq.]

96 Tertia ſpecies feudi quaternati dicitur illud,quod eſt ad Regis collationem [Iſern. de controu. feud.apud par.num.9. Camer. in cap.Imperialem fol.69. litera A. Frecc.in tit.de differen.inter feuda quaternata, num. 1.] etiam quòd iſta feuda ad Regis collationem non reperiantur ſcripta in quaternionibus Curiæ,vt infra apparebit; nam licet eis deficiat qualitas inſcriptionis, nihilominus iudicantur ſecundùm leges Regni,ad differentiam feudi plani, & de tabula, quæ in multis differunt a feudis ad Regis collationẽ, vt pluries ſupra eſt dictũ.

Sed

97 Sed hoc non ſimpliciter, ſed cum hac declaratione eſt intelligendum, quòd ſi eſt conceſſum caſtrum cum molendinis, tappetis,iardenis, & alijs bonis, caſtrum erit feudum quaternatum, & nõ alia bona, cum quibus fuit conceſſum caſtrum; niſi illa bona de per ſe ſint ſcripta in quaternionibus. Ità declarat [Affl. in conſt.ſtatuimus,num.4.quem refert, & ſequitur Camer. in cap. Imperialem fol.69. lit. K. Frecc. auctor. 29. num. 6. Addentes ad Iſern. de contr. feud. apud pares num.10.in verb.item caſtrum]

Sed ſalua pace tantorum Patrum,credo quòd eorum opinio non ſit vera, & ad id demonſtrã-
98 dum,conſidero,quòd ſi eſt facta conceſſio caſtri, omnia bona ſiſtentia infra fines caſtri, poſſidente feudatario, feudalia præſumuntur,ut apertis verbis tenet [Iſern. de contr.feud.inter maſc.& fœm. num.3.argum.l.ſi fines, vbi DD. C.de euict.Camer.in d. cap. Imperialem,fol.39.liter.E.& G.Regens de Ponte conſ.11.num 5.& ſeq.]Si ergo bona infra fines feudi, feudalia præſumuntur, non poſſunt præſumi ſubfeuda, quæ à Barone tenentur, vt in [conſtit. conſtitutionem, in fine] ergo ſequitur neceſſario, quòd præſumuntur feuda quaternata,dum à Rege, & non à Barone reperiuntur conceſſa.

Secundò,ſi eſt facta conceſſio feudi dignitatis, prout illud eſt indiuiduum, vt [in §.propterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder.] ſimiliter bona cum dicto feudo conceſſa iudicanda erant indiuidua, ſecundùm [Tiraq.de iur.primogen.q.4. nu.52. & 54.Camer.in cap.Imperialem fol.98.lit.G.] membra enim ſequuntur naturam ſui capitis[cap. cum non liceat 12. diſtinct. cap. cum non liceat de præſump.] & turpis dicitur pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo [cap. fin. de ſponſa duorum.]

Tertiò vna, eademque res nõ debet diuerſo iure cenſeri [l. ex hoc iure.ff.de vulg.ſubſtit.] modo dicere,quòd caſtrum ſit feudum quaternatum, & alia bona caſtro annexa non ſunt quaternata,dum vnica fuit conceſſio,& aliter non apparet de mente concedentis, eſſet vnam, eandemq; diuerſo iure cenſeri,vt benè conſiderat [D.de Ponte deciſ. 2. nu. 18.in fin.]

Quartò Caſtra cum ſuis pertinentijs non iudicantur vt ſeparata,ſed iuris intellectu vnum corpus conſtituunt:& hinc eſt,quòd capta poſſeſſione caſtri, dicitur etiam capta poſſeſſio prædiorum caſtro adiacentium, ſecundùm [Bart.in l.3.nu.5. vbi Angel. Iaſ. & cæteri loquuntur, ff.de acquir. poſſeſſ.]& ſi ex vicinitate rei feudalis præſumatur feudum,ſecundùm [Iſer.de controu. inter maſ.

&

Digitized by Google

& fœm. num. 23.] multo magis ex connexitate ſui capitis feudalis; membra etiam feudalia erant iudicanda.

Et opinionem iſtam tenet vir acutiſsimi ingenij, & feudorum Princeps inter Siculos [Gugl. de Pern. in conſi. 15. in princip.] latius opinionem iſtam defendit [Cumia. in cap. ſi aliquem, in verbo in capite num. 18. & ſeq. probatur etiam in deciſ. Afflic. 267.] vbi clarius Addentes, quòd conceſſa cũ feudo quaternato, quaternata præſumantur, feudatario poſſidente, & hoc idem colligitur ex deciſ. Minad. 32.

Neque obſtant conſiderata ab Afflict. Frecc. & ſequacibus, quod bona conceſſa cum caſtro non ſint de per ſe ſcripta in quaternionibus: nam deſcriptio illa eſt neceſſaria tantùm in feudo quaternato, quod à Barone tenetur: ſed feudum ad collationem Regis, licèt non deſcriptum in quaternionibus, adhuc quaternatum dicitur, vt probatur in [Conſtit. honorem, la ſeconda, & ibi fuit originale dictum Bartholomęi de Capua, quem refert, & ſequitur Frecc. auctor. 29. num. 2. in fi. Camer. in cap. Imperialem fol. 69. liter. N. & O. Afflict. in deciſ. 282. num. 4. & nouiſſimè Cumia in cap. ſi aliqui, in verb. in capite, nu. 11.] Et ideo credo, quòd iſti Peritiſſimi Viri in hoc allucinati fuerunt, vt aliquando accidit Papiniano Iuriſconſultorum Principi, qui & ſi acutiſſimi fuerit ingenij, vt [in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. quandoque tamen ab alijs Iureconſultis notatur, vt in l. Claudius, ibi Imol. & cæteri

99 ff. de acquir. hæred.] Nã ſi adeſſet aliquod feudum in Regno, non deſcriptum in quaternionibus, & ignoraretur à quo tenetur, iuris præſumptione cenſetur à Rege teneri, vt feudum quaternatum, vt [Iſern. de his qui feud. dar. poſſ. num. 13. latiùs Camer. in cap. Imperialem fol. 69. lit. N. & O.] & ſi in dubio feudum poteſt dici quaternatum, multò magis quando cum caſtro ſunt annexa alia corpora, illa dici debẽt feudalia [argum. l. Barbatius, in fin. ff. de offic. prætor. l. cui pacto. ff. de ſeruis exportand.]

100 Sed adhuc videntur alia obſtare: Nam in conceſſione generali numquam veniunt feuda quaternata, niſi expreſsè ſit dictum, vt [Iſern. de controu. feud. apud pares. num. 10. immò ex ſtylo Cancellariæ ſolent exceptuari, vt teſtatur Frecc. auctor. 5. num. 4. & ſeq. & ante ipſum dixit Afflic. in cap. Imperialem, §. prætetea inter duos, nu. 21. de prohib. feud. alien. per Feder.] ergo non poteſt dici conceſſum feudum quaternatum niſi expreſſis verbis dicatur.

Facilis erit reſponſio: nam ideò non veniunt feuda quaternata

nata in generali cóceſsione, quia ipſa feuda quaternata ſtant de per ſe, & ſeparata à feudo, quod conceditur; ſed diuerſum eſt, quando vnica conceſſione datur caſtrum cum alijs corporibus; quæ omnia penes Regem erant allodialia, & dicere, vt caſtrum, ſit feudum quaternatum, & alia corpora annexa non? eſſet vnam, eandemque rem diuerſo iure cenſeri, & membra à ſuo capite ſeparari, quæ ſunt in iure irrationabilia.

101 Sequitur videre de alia non minus curioſa quæſtione, an feudum planum, & de tabula poſſit teneri à Rege [Afflict. in prælud. conſtit. quæſt. 25. in conſtit. dignum, num. 13. in conſtit. poſt mortem, nu. 3. & in deciſ. 282.] fuit in opinione, quòd etiã ſubfeudũ poſſit dari penes Regem, cui ſi erit deuoluta Baronia cum ſubfeudis, & Rex ſimpliciter illa concedit, dare cenſetur iure priſtino, non mutata natura ſubfeudi; & ideo ſi deinde alius fuit inueſtitus de Barònia, erunt dicta ſubfeuda ad collationem Baronis, & non Regis: Et Afflictum ſequitur [Camer. in cap. Imperialem, fol. 69. lit. M. ſecundùm Add. ad Iſern. de his qui feud. dar. poſſ. num. 12. & nouiſsimè Conſiliarius Georgius in repet. §. fin. quib. cauſ. feud. amitt. cap. 8. nu. 17. vſque ad fin.]

Amplius, deuoluta Baronia Regi, ſubfeuda firma remanent, ſi ſubfeudatarius eſt paratus idē ſeruitium præſtare Regi [in d. cap. 1. §. 1. qualit. olim pot. feud. alien. Ita Camer. in cap. Imperialem fol. 7. lit. G. & N.]

Contrariam opinionem, quòd penes Regem non poſsit conſiderari ſubfeudum, ſed tantùm feuda quaternata nobilia, tenet [Frecc. auctor. 5. nu. 7. quem ſequitur Regens de Ponte lect. 7. nn. 10. & ſeq. & probatur auctoritate Iſern. ex quibus cauſ. feud. amitt. num. 13.] vbi, ſi eſt deuo-
102 lutum feudum Regi, & deinde iterum illud concedit; cenſetur dare iure allodij, niſi expreſsè dicat in feudum. Et ratio eſt, quia penes Regem res datur libera, & non feudalis; feudum autem continet ſpeciem ſeruitutis [cap. 2. vbi Bal. & Doct. ſi de feud. defunct. milit.] & in re ſua non poteſt eſſe ſeruitus [l. in re. ff. de ſeru. vrb. præd. & mutatione perſonæ mutatur rei conditio. l. per procuratorem. ff. de acq. hæred.] Et ideo deuoluta Baronia cum ſubfeudis Regi, tam Baronia, quàm ſubfeuda deſinunt eſſe feudalia, & incipiunt eſſe bona libera, quæ ſi deinde conceduntur a Rege, non poteſt intelligi iure priſtino conceſsiſſe, & ſub natura ſubfeudi iam mutata; quoniam à priuatione ad habitũ, non datur regreſſus [l. quæritur, §. ſi venditori. ff. de ædil. edict.] &

N ideo

ideo tamen penes Baronem poſſunt dari ſubfeuda,iuxta[conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, in fine,& non penes Regem.]

103 Sed mihi videntur hæ opiniones diſtinctionis fœdere conciliari poſſe.Nam, aut Rex non quæſiuit dominium Baroniæ, ei deuolutæ, quoniam ex delicto regulariter feuda non amittũtur ipſo iure, ſed mediante ſententia priuatiua,ſecundùm [gloſ. communiter receptam in §. callidis, de prohib.feud.alien. per Feder.] & ſi Rex ante ſentẽtiam ſubfeuda concedit, cenſetur dare iure pristino ,non mutata eorum natura: & iſto caſu potuit procedere opinio Afflict. Si verò poſt quæſitum dominium Baroniæ Rex ſubfeuda concedit, vel eſſet Baronia Regi deuoluta ipſo iure, prout in crimine læſæ maieſtatis; iſto caſu,quoniam penes Regem deſijt eſſe feudum, cenſetur de nouo dare feudum, ſecundùm [gloſ. Bald.& Doct.in §.inſuper, de prohib. feud.alien. per Feder. Iſern.de vaſſ.decrep.ætat.num.1. Add.& ibi Afflict. num. 12.] & iſto caſu poſſet procedere opinio Frecc. diſtinctio enim proxima eſt veritati [l.falſus.§.1.ff.de furt. Salyc.in l.filiæ,num. 5. C. famil. hercisc.] Vel poſſent conciliari alia diſtinctione, an feudum reuertatur ad dominum titulo vniuerſali,vel titulo particulari, iuxta theoricam [Andr. de controu. feud.apud pares, num.11.in fin. pro qua videatur Regens de Pŏte deciſ.3.num.25.vel conſidera textum in d.cap.1. qualiter olim poter. feud. alien.] qui poteſt ad ſubfeudum applicari, vt ſupra eſt dictum.

Sed [Cumia. in repetit. cap. ſi aliquem,in verb.in capite, num. 33. aliter intelligit Frecc. auctor. 5.num. 7.] & in alium ſenſum fuiſſe loquutum credit, vt feudũ ruſticum non poſſit teneri à Rege; ſed omne feudum eſſe nobi-

104 le: & ſic quodlibet feudum quaternatum,quod à Rege tenetur,etiam quod non habeat vaſſallos,pariat nobilitatem.Quam ſententiam tenet etiam [Capyc. in ſua inueſtitura, in verb.feudũ nobile, & latiùs cumulat cæteros [Regens de Curte in ſuo diuerſorio feudali in principio.]

Sed quæſtio iſta non ita de plano procedit,immò magnam habet difficultatem. Et hinc eſt, quod Tiraq.de nobilitate cap.7. poſt relatas Doct. varias opiniones,adeò fuit obſcurus, vt vix diſcerni poſſit,quæ fuerat eius ſententia;ſed [Luc.de Pen.in l. mulieres col.2.C. de dignit.] apertè firmat contrariam opinionem, vt ex feudo nullo modo poſſit contrahi paradogium, ſiuè nobilitas, niſi feudum habeat vaſſallos etiam quòd à Rege teneatur, & eum ſequitur [Afflict.in cap.1.num.10.& ſeq. quis dicatur

tur

tur Dux] & Doct.iſti non reddũt rationem, quare feudum ſine uaſſallis non poſſit conferre nobilitatem.Et ideo ego conſideraui, quòd feudatarius non poteſt dici nobilis ratione rei conceſſæ in feudum,neque ratione adminiſtrationis, neque ex inueſtitura feudi: Ratione rei, poſſeſſor feudi ſine iuriſdictione non poteſt dici nobilis; quoniam res à perſona,& non è contra,conditionem recipit [l.1.C.de imp.lucrat. deſcript.]& nobilitas non rei cohęret,ſed perſonæ: dicitur enim nobilitas ens perſonale, quod poſſeſſionem cõcomitatur quocunque accedat, ut docet [Otolora Hiſpanus de nobilitate 2. par. cap. 5.] Neque poteſt dici nobilis ratione adminiſtrationis, dum feudum iuriſdictione caret: nam iuriſdictio continet dignitatem, ex qua oritur nobilitas, [iuxta cap. 1. quis dicatur Dux; explicat Luc. de Penn. in rub. C. de dignit.] Similiter ex inueſtitura feudi non cenſetur nobilitas,dum hoc eſt omiſſum in priuilegio conceſſionis, ſecundùm [Laud.in cap.1.num.11. quis dicatur Dux] Quoniam licet Rex ſolo verbo,& ad ſui libitum nobilitatem conferat [l.fin.ff.de Senat.vt Bal.& DD.in l.ſacrilegi.C. de diuerſ.reſcrip.] quia tamẽ nobilitas eſt qualitas extrinſeca,quę nõ præſumitur,niſi probetur, ſecundùm [Bar.in l.1.n.98.&ſeq. C.de dign. que refert Couar. lib. 1.var.q.16.n.10.&11.]ideo ex his ſequitur,ꝙ ſimplex ĩfeudatio ſine iuriſdictiõe nõ pariat nobilitatẽ.

Ego verò ſum in cõtraria opinione, ꝙ omne feudũ ad Regis collationẽ pariat paradogiũ, ſiuè nobilitatẽ, ẽt ꝙ vaſſallos non habeat, & ad id demonſtrandum conſidero,quòd feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore,& honore Dñi acquiritur[cap.1.de feud.dat.in vicem legis cõmiſſoriæ] Si ergo vaſſallus à Rege honoratur in receptione feudi, ergo nobilitatur: qm̃ nobilitas dicitur dignitas honoraria,quæ à cæteris plebeis ſeparatur,sm̃ [Bar.in l.1. C.de dignit. nu.44.&46. Affl.in c.1.quis dicatur D x,nu.20.]

Amplius, feudũ ad Regis collationem nobilitat ratione militaris ſeruitij; dum feudatarius ei ſeruire tenetur perſonaliter,& cũ equis,ſecundùm[Iſer.de Cap.qui cur.vend.nu.14.&in c.1.quis dicatur Dux,in fin.] immò ratione ſeruitij in fidelitate contenti vaſſallus eſt obligatus Dominũ adiuuare,nedum opera, ſed etiam conſilio,vt in [c.1.de form.fidel. vbi omnes, ita etiã Bal.in l. quoties,num.7.C.de ſuis, & legit. Et ideò notabiliter dixit Minad.in conſtit.in aliquibus,in verb. Co-

105 mitum,num.45.quòd quilibet feudatarius dicitur Regius Conſiliarius: quia eſt obligatus Dominum ſuo conſilio adiuuare: Si

ergo vaſſallus in explicatione ſeruitij poteſt ſimul cum Rege equo inſedere, eique dare conſilium, Iſti actus militares non poſſunt ſeparari à nobilitate & perſonis plebeis conuenire non poſſunt; nam ſi ſeruus eo ipſo;quod dominus paſſus eſt militare, conſequitur libertatem ratione militiæ, vt [in l. ſuper ſeruis. C. qui milit. non poſſunt] multò magis feudatarius ratione militaris ſeruitij, quod Regi debetur, nobilis efficitur; & ideò [gloſ.ſingularis in conſtit. vt de ſucceſſionibus in princ.] dixit,
106 quòd ad cognoſcendum, an feudum ſit nobile, vel ruſticum, attendendum eſt ſeruitium:quoniam ſi ſeruitium eſt militare equorum, & armorum, feudum dicitur nobile: ſi verò ſeruitium eſt ſordidum, præſtandum Baroni, dicitur feudum ruſticum.

Et ab hac opinione non diſceſſit [Iſern.noſter, qui in cap. 1. num. 10. in fin. de his, qui feud. dar.poſſ.] dicit, quòd Rex donat feuda nobilia quaternata, & caſtra, & ideò apertè ſentit, quòd nedum caſtrum, ſed quodlibet feudum quaternatum eſt nobile, etiam qnod vaſſallos non habeat: idem tenet [per quos fiat inueſtitura, num. 13. in fin. & in cap.filij nati, ſi de feud. defunct. milit.& de Capit. qui cur. vend. num. 14.] dicit, quòd feudum, quod in capite, & immediatè à Rege habetur, dicitur nobile. Et licèt ibi Addentes in verbo nobilitat, affirment, quòd [Iſer. in cap. 1. quis dicatur Dux] clarè ſentiat, quòd feudum non conferat nobilitatem, niſi habeat vaſſallos: credo, quòd decipiantur:nam verum eſt, quòd [Iſern. in cap.primo, quis dicatur Dux, num. 4.] dicit, quòd propriè feudum dicitur nobile, quando datur Caſtrum, vel aliud, habens vaſſallos, ſed remittit ſe ad dicta per eum [in cap.primo, de Cap. qui cur.vend.in fin.] vbi duo dicit ibi Iſern. numer. 14. Primò, quòd feudum, quod à Rege in Capite, & immediatè tenetur, dicitur nobile. Secundò dicit, quòd feudum, quòd ab alio tenetur, non eſt nobile, niſi ſit Caſtrum, & ſic apertè ſentit, quòd
107 feudum collatum à Barone non ſit nobile, niſi ſit Caſtrum; ſed feudum ad collationem Regis ſemper dicitur nobile, etiam, quòd vaſſallos non habeat, vt patet clariſſimè ex verbis Iſerniç locis citatis, vbi enim adſunt verba clara, non eſt recipienda voluntatis quæſtio [l.ille, aut ille, ff.de leg. 3.]

Et non ſolùm feudum ad Regis collationem, poſſeſſorem nobilitàt, ſed etiam quod tenetur a Barone, quamuis vaſſallos non habeat, dummodo fuerit poſſeſſum ab antiquis temporibus, & probat [tex.in c. 1. §. cęteri,

quis

quis dicatur Dux; ibi Bald. Aluar. & alij, Frecc. quis dicatur ſubfeudatarius, num. 11. Iacobut. de Franch. in præludio feudorum, num. 32. Capyc. in inueſtitura in verb. feudum nobile, in fin. magna eſt enim auctoritas antiquitatis, cap. quanto, de translat. epiſ. cui lex, & natura cedere ſolent, [l. in ſumma, vbi gloſ. ff. de aqu. pluu. arcend.] ad inſtar diuitiarũ,
108 quæ, licèt non connumeretur inter modos acquirendi nobilitatem, ſecundùm [Luc. de Penn. in l. mulieres, C. de dign.] ſi tamẽ diuitiæ ſunt antiquæ, poſſunt nobilitatem conferre, prout ſentit [Alber. in rubric. ff. de vulg. ſubſt. num. 95. cum cæteris congeſtis per Tiraq. de nobilit. cap. 3. num. 8.] Non tamen nego, quòd vna nobilitas non ſit maior altera, nam prout ſtellæ inter ſe differunt claritate; ità etiam vna nobilitas ab alia eſt diuerſa [cap. ſolitæ, de maior. & obed.] quantò enim maioribus quis præeſt; tantò magis erit nobilior [§. nos igitur, in auth. de defenſ. ciuit.] nihilominus ſufficit habenti feudum antiquum à Barone, vt inter nobiles connumeretur, & priuilegijs nobilitatis gaudere poſſit: magis enim, & minus ſpecie non differunt [l. fin. ff. de fund. inſtr. leg.] Et ex prædictis ego valde dubito contra Regentem de Curte in diuerſorio feudali in principio num. 4. aliter ſentientem: cui etiam obſtat auctoritas [gloſ. in conſtit. vt de ſucceſſion. in princ.]

Explicatis ſpeciebus feudi quaternati: ſimpliciter, ſequitur videre de feudo quaternato ſecundùm quid: Sed quoniam maiores noſtri in Conſtit. iſtius feudi ſunt adeò varij, & inter ſe diſcordes, vt dici poſſit quot ſunt capita, tot ſunt ſententiæ; hinc eſt, quòd ipſius reſolutio eſt valdè periculoſa: vbi enim maius imminet periculum, ibi cautiùs agendum, [cap. vbi periculum, de elect. in 6.] & propterea in hoc ſequi debemus exemplum Modeſtini Iureconſulti, qui notando, & diſputando; bene, & optima ratione de munere miſto decreuit [l. fin. ff. de muner. & honor.]

109 Diximus ſupra feudum quaternatum ſimplicirer fuiſſe incognitum de iure communi feudorũ quoad nomen; ſecus autem quoad ipſius qualitatem, & eſſentiam: ſimiliter dici poteſt de feudo quaternato ſecundũ quid, ſaltem quoad quædam conſuetudines feudales, de eo cognitionem habuiſſe: nam prout dicimus in Regno feudum quaternatũ teneri a Barone; vt in [Conſtit. poſt mortem, & in conſtit. honorem, la ſeconda, ità etiam dicitur de iure communi feudorum, vt in §. illud, de prohib. feud. alien. per Federic.] pariter
110 prout ſeruitia, releuia, & alia

iura dominicalia præter feudi collationem,ſunt Baronis, vt infrà demonſtrabitur; ſimiliter hoc eſt diſpoſitum de iure communi feudorum,vt [Bald.Aluar.& cæteri notant ad §. illud amplius, prout. dicimus feudum quaternatum ſecundùm quid teneri ſub eo,& ab eo,ſcilicet ab eo Barone ; & ſub eo Rege, vt docet [Iſer.in conſtit. ſi quis Baro] eo-
111 dem modo dici poteſt de iure communi ab vtroq; teneri, poſtquam vtriuſque aſſenſus, tam Domini mediatè, quàm immediatè requiritur in alienatione iſtius feudi, vt[Iſern.d.§.illud,nu. 63. cum cæteris cumulatis per Schrad. de feud. par. 8. cap. 2. nu. 26.& huic ſententiæ etiam videtur adhærere D.Frecc.auctor.29. nu.2. circa fin.] Quanquam verū eſt, quod orta in Regno prohibitione ſubinfeudandi,ex conſtit.conſtitutionem, vbi Iſern.in verb.iure proprio, apertis verbis ceptum eſt vſitari feudum quaternatum ſecundùm quid: nam
112 Duces, Marchiones, & cæteri Barones, vt grati ſe redderēt ſuis alumnis ob recepta ab eis ſeruitia, deſiderabant caſtra, & alia feuda eis concedere: ſed hoc erat prohibitum ex conſtit. conſtitutionem; ideò petebant validari eorum cōceſſiones ex Regio aſſenſu; & hoc modo ceperunt in Regno feuda quaternata ſecundùm quid,vt [Frecc. de orig.Baron.num.41.& quæſt.54.in prin. Camer.in cap.Imperialem fo.69 lit.C.] & dum à ſolo Rege non tenebantur,non poterant vocari quaternata ſimpliciter, neque feuda plana, & de tabula, quia regiſtrari debent in quaternionibus Regijs, vt in conſtit.honorē, la ſeconda, ideò nuncupata fuerunt feuda quaternata ſecundùm quid,vt optimè [Iſern.in conſtit. vt de ſucceſſionibus, in prin. Camer.in cap. Imperialem fol. 69. lit.C.& ſeq. de quo feudo plura ponit exempla Regens Lanarius Patruus meus hic num. 110. & ſequen.]

113 Sed antequam vlterius progrediamur,quoniam feudū quaternatum ſecundùm quid, formatur in conſtit. poſt mortem, vbi feudum ob lineam finitam, ſiuè ex delicto, Regi aperitur ad ipſius conceſsionem; & per Capitulum Papæ Honorij,quod incipit,ſi contingat,aliter eſt diſpoſitum, vt ipſius feudi conceſſio non ad Regem, ſed ad Baronem pertinere dicatur,cuius verba Capituli referuntur ab [Afflict. deciſ.282.num.13. licèt diminutè, ſed magis correctè ponunt verba Addentes ad Iſer.de Capit. Conrad.num.12.] ideò ad intelligentiam dicendorū neceſſariò ſciendum eſt an conſtitutio poſt mortem, hodie correcta remaneat per Capitulum Papæ Honorij,& quòd correcta remaneat,eſt de-

mente

mente [Iſer. de Cap. Conrad. nu. 12. Afflict. in d. conſtit. poſt mortem, num. 1. Franc. de Amic. de his, qui feud. dar. poſſ. fo. mihi 87. incipiente, ſed quia, & ità ſeruari teſtatur Regens de Ponte de aſſenſ. Reg. §. 2. nu. 15.]

Contrariam opinionem, quòd Capitulum Papæ Honorij non ſit in Regno vſu receptũ : immò reuocatum per ſucceſſores Pontifices, videtur affirmare [Iſer. in d. conſtit. poſt mortem in princ. clariùs hoc tenent Add. ad Iſern. de Cap. Conrad. num. 12. & in §. ſed nec alia iuſtior, in fine, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. Conſiliarius de Georgio in §. huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amitt. cap. 7. num. 8. & Frec. in pluribus locis de ipſa conſtit. poſt mortem verba facit auctor. 29. num. 2. circa finem, auct. 39. num. 5. in tit. de differen. feud. regal. num. 14. ſimiliter Capyc. in cap. Imperialẽ, fol. 27. verſ. quarta concluſio] & nulla facta mentione Capituli Papæ Honorij affirmant ſeruari debere ipſã conſtitutionem poſt mortem.

Sed quatenus Capitulum Papæ Honorij eſſet ſeruandum, Aduerto, quòd illa verba Capituli, vt Dominus immediatus cũ onere ſeruitij conſueti perſonæ idoneæ concedat, Regi poſtmodum præſentandæ, vt eius ſuper hoc habeatur aſſenſus; importãt, quòd Regis aſſenſus non executiuè, ſed diſpoſitiuè veniat ad præſentationẽ Baronis, per [text. in l. 1. ff. de conf. tut.] quoties enim confirmatio non executiue, ſed cum inquiſitione venit ad actum, qui confirmat, dat l. adoptionem iure facta. ff. de adopt. ità Innoc. in cap. venerabilem, nu. 1. de elect. magis apertè hoc affirmat Bald. in l. 2. C. de conf. tut.] & in tantũ eſt verum, quòd Regis aſſenſus, ſiue confirmatio diſpoſitiuè veniat ad ſubinfeudationem, vt [Camer. in cap. Imperialem, fol. 70. lit. H. & ſeq.] qui tenet ſeruari debere Capitulum Papæ Honorij; adhuc ſit in opinione feudum eſſe ad electionem Regis, & nõ Baronis: quem ſequitur [Franc. de Amic. de his, qui feud. dar. poſſ. fol. mihi 88. incipiente, ſed quia] & tamen nominare, eligere, & confirmare ſtant vti diuerſa, & ſeparata, ſecũdùm [Bal. Salyc. & alios in l. ſi adſcribatur. C. de appell.]

114 His ſic prehabitis, videamus, quæ ſint neceſſaria ad formandũ feudum quaternatum ſecundùm quid: plura enim requiruntur ad ipſius ordinationem. Primò, vt conceſſio fiat per Baronem. Secundò requiritur aſſenſus Regis. Tertiò, vt feudum ab vtroque teneatur tam à Rege, quàm à Barone. Quartò, vt feudũ regiſtretur in Regijs quaternionibus.

Primò eſt neceſſaria conceſſio Baronis; nam ipſe dat feudum

cum Regis aſſenſu, & ſub eo, & ab eo tenetur, vt [Iſer. in conſtit. ſi quis Baro, & in cap. 1. de Cap. qui cur. vend. num. 21. Camer. in cap. Imperialem fol. 69. litera C. Frecc. quæſt. 34. in princip. Dom. de Franch. deciſ. 154.] Et ideò ſi tenens feudum à Barone impetraret Regium aſſenſum ſine Baronis licentia, & voluntate, non conſtitueretur feudum quaternatum ſecundùm quid, vt tenet [Afflict. in conſtit. poſt mortem, n. 4.] nã dum vtile dominiũ feudi eſt Baronis, ſine eius voluntate ab eo diſcedi non poteſt, [Iſern. de contr. feud. apud pares nu. 11. & in cap. Imperialem num. 10. Camer. ibi fol. 73. lit. D.]

Sed D. Regens de Ponte lect. 1. nu. 61. ponit duos modos conſtituendi feudum quaternatum ſecundùm quid; vno modo ad conceſſionem Regis, vt in conſt. poſt mortem: Alio modo ad cõceſſionem Baronis, ſed cum Regio aſſenſu, ſeruata forma Capituli Papæ Honorij: ſed ego credo, quòd in hoc decipiatur, & parcat mihi patruus meus: nam prima infeudatio, ſiuè iſtius feudi cõſtitutio ſemper eſt Baronis, ipſe enim dat feudum, vt ſub eo, & ab eo teneatur, vt [Iſer. Camer. & Frecc. teſtantur locis allegatis] Eſt verum, quòd ſi poſt formatũ feudum acciderit, vt ex linea finita, vel ex delicto perdatur, controuerſia eſt inter conſtit. poſt mortem, & Capitulũ Papæ Honorij, an Regi, vel Baroni feudũ aperiatur quoad ipſius conceſſionem; & ſic conſtit. poſt mortem, & Capitulum Papæ Honorij non loquuntur de prima infeudatione, ſed tantùm in caſum caducitatis feudi ob lineam finitam, vel ex delicto.

115 Et in tantum eſt verum, quòd ſine voluntate feudatarij nõ poſſit conſtitui hoc feudũ; vt ſi Rex bis, vel ter concederet feudum ſiſtens in terra Baronis, non efficeretur feudum quaternatum, niſi data præſcriptione triginta annorum; ut latius infra in tertio requiſito apparebit.

Benè verum eſt, quòd in erectione iſtius feudi, poſſet Baro concedere tam feuda quaternata, ſiue demanialia feudi, quàm non quaternata, & ſic feuda plana, & de tabula; & conſtituere hoc feudum mixtum, ut [Iſer. in conſtit. ſi quis Baro, ità etiam Adden. ad Iſern. de Cap. qui cur. uend. nu. 20. lit. B. Afflict. in cap. 1. num. 52. de controu. feud. apud pares.]

Secundò in ordinatione iſtius feudi eſt neceſſarius Regius aſſenſus, ut det uni feudum cum Regio aſſenſu, ut [Iſer. in conſtit. ſi quis Baro:] Sed quoniam non omnis aſſenſus quaternat feudũ; ideò præmittendum eſt, quòd aſ-

116 ſenſus tribus modis conſiderari poteſt: uno modo prout tollat

lat tantùm obſtaculum prohibitionis. Secundo modo quando aſſenſus habet viam diſpenſationis,& nouæ inueſtituræ. Tertio modo,quando neque vnum,neque alterum operatur effectum, ſed aſſenſus interponitur ex abũdanti cautela in actu non neceſſario.

Aſſenſus aliquando tollit tantum obſtaculum prohibitionis, iuxta [gloſ. in conſtit. conſtitutionẽ in verb.confirmatur,Iſern. in cap.Imperialem, num.14.ibi Addentes, lit.A.Camer.ibi f.52.
117 lit.F.& ſeq.] Et ideò notabiliter dixit [Bald.in cap. quæ in Eccleſiarum,nu. 19. in fi.de conſt.] quòd dominus conſentiens, non dicitur alienare, ſed alienantem non impedire, & ius eius prorogare.ſed non de nouo concedere,& adeò verum eſt.quòd dominus aſſentiendo non dicitur feudum de nouo concedere, vt ſucceſſor in feudo cum Regio aſſen
118 ſu dicatur illud habere iuxta tenorem primæ inueſtituræ; & ſi eſt difformitas inter aſſenſum, & primam inueſtituram, aſſenſus regulatur ab inueſtitura, & ad eius formam reducitur,vt pluries ſeruatum teſtantur maiores noſtri [Freccia quæſt.12. num. 14. & ſeq.Ann. ſing.563. Regens de Ponte de refutat. §. 11. num.17. & ſeq.Bambacar.in cap.ſi minori q.6.ſi de feud.defunct.milit.]

Aliquando aſſenſus nedum tollit obſtaculum prohibitionis, ſed tranſit in vim diſpenſationis, ſiuè nouæ inueſtituræ, vt docet [Iſern.in cap. Imperialem, num. 16.ibi Camer. fol.44.lit.L. & fol. 63.lit.G. & ſequen. Dominus de Ponte conſ.3.num. 34. & in fin. & de refutat. §. 11. num.26.Regens Lanarius patruus meus cõſ. 60.num.123.Ann.alleg.122.nu. 3.Bambac.in cap. ſi quis per triginta,nu.71.& ſeq.]

Aſſenſus aliquando non operatur neque vnum, neq; alterum effectum, dum interponitur in actu non neceſſario, ſecundùm [Iſern.quæ ſit prima cauſ.benef. non amitt.num.38. Dominus de Ponte lect.1.num.74.& ſeq.] ſed abundans cautela nocere non ſolet [l.teſtamentum, C. de teſtamen.]

119 Vt ergo aſſenſus quaternet feudum, non ſufficit, vt tollat tantùm obſtaculum prohibitionis, ſed neceſſe eſt,vt tranſeat in vim diſpenſationis, & nouæ inueſtituræ; adeò vt feudum teneatur nedum à Barone, ſed etiam à Rege,& ſic ab vtroque: & ideò [Iſern. in conſtit. ſi quis Baro] ad formandum feudum
120 iſtud,vtitur illis verbis effectiuis.vt ſub eo,& ab eo tenetur, & ſine illis verbis, vel æquipollentibus aſſenſus non poſſet operari effectum quaternationis, ſecundùm [Frecc. de orig. baron. num. 55. Afflict. de contr. feud.

pares

pares,nu.52. Dominus de Ponte lect.1.num.85. & ſeq. nouiſſime Dom.Conſiliarius de Georgio in repet.§.huius autem generis,cap. 8.num.6.& 7.]

Probatur etiam in conſtit.poſt mortem,vbi feudum iſtud eſt ad Regis conceſſionem, & nedum tenetur immediatè à Barone,ſed etiam dicitur teneri in capite à Rege,vt pleniùs demonſtrabitur infrà in 3.requiſito: & ideò nòn omnis aſſenſus quaternabit feudum, ſed tantùm ille, qui tranſit in vim diſpenſationis, & nouæ inueſtituræ habet vigorem.

Tertio requiritur de eſſentia iſtius feudi,vt ab vtroque teneatur,tàm à Rege, quàm à Barone. Et hinc eſt, quòd dum Iſern.vult formare hoc feudum, vtitur illis magiſtralibus verbis,vt ſub eo,& ab eo teneatur,in [d.conſt.ſi quis Baro,& in cap.1.nu. 21. de Cap. qui cur. vend. & ideò appellatur feudum mixtum, Camer.in cap. Imperialem,fol.69.lit.E. & ſeq. Frecc. in tit. differentiarum feudorum regalium,num.14.]& illa
121 verba,vt ſub eo,& ab eo, hanc recipiunt interpretationem, vt feudum intelligatur teneri ab eo Barone, & ſub eo Rege, vt benè explicat [Affliċt.in cap.1. nu.52. de controu.feud.apud pares, quē ſequitur Regens de Ponte lect.1. nu.85.& ſeq. & Conſiliarius de Georgio d.cap.8. nu.6.& 7.]

Sed Frecc. de orig. Baron. nu. 41. exponendo illa verba ſub eo, & ab eo,aliter intelligit, vt ſit tenere feudum à Barone immediatè, & in capite, ſequuntur [Addentes ad Iſern. de Cap. qui cur. vend.num.21. in verbo ab eo, & probatur in conſtit.honorem, la ſeconda] ex illis verbis, ſiue à nobis in capite teneant, vel ab alio, quæ in quaternionibus Dohanæ noſtræ inueniuntur in ſcriptis: & ſic feudum quaternatum dicitur teneri in capite à Barone. Et hoc idem fatetur [Iſer.de natura ſucc.feud.num.14.& ſimiliter Luc.de Pen. in l.1.col.8. verſ. prædicta quippe, de imp. lucrat. deſcript.] Si ergo feudum quaternatum dicitur teneri in capite à Barone; ergo tenetur à Barone in capite, & etiam immediatè, quoniam non eſt dubium feudū quaternatum teneri immediatè à Barone,vt probatur in [conſtit. poſt mortem, & in §.illud, de prohib. feud. alien.per Feder.] & illa verba ſub eo, & ab eo; quæ dant formam huic feudo quaternato,interpretationem recipiūt, vt dicatur teneri in capite, & immediatè à Barone tātùm: & probatur etiam apertiſſimè in [clement.paſtoralis,de re iud.] vnde forſan originem habuerunt illa verba ſub eo, & ab eo, verſ. qui ſub eo nullatenus, uel ab eo,ſed à nobis, & ſub nobis tenebat] Nam dum Rex Robertus mediante ſententia Henrici Impe-

ratoris

ratoris fuit priuatus etiam Regno Neapolis, non eſt dubium Regnum teneri ſub eo, & ab eo Pontifice; quod idem eſt dicere tenere in capite, & immediate: ergo ſequitur, quod illa verba ſub eo, & ab eo non poſſunt importare, vt à pluribus teneatur, ſecundùm intellectum Andr. de Iſer. ſed tantùm ab vno ſolo in capite, & immediatè, vt ex prædictis clariſſimè patet.

122 Verumenimuerò, quia de forma feudi quaternati ſecundũ quid, & de ipſius eſſentia eſt, vt ab vno ſolo non teneatur, ſed ab vtroque, ſcilicet à Rege, & à Barone, ad differentiam feudi quaternati ſimpliciter, quod à ſolo Rege tenetur; & feudi plani, & de tabula, quod à ſolo Barone recognoſcitur; hinc eſt, quòd in conſtit. poſt mortem, vbi formatur feudum iſtud, ex illis verbis, qui à Comite, vel Barone baroniam aliquam, vel feudum tenet, & deinde ſubſequuntur alia verba, ibi ad conceſſionem munificentiæ noſtræ; & apertè patet, quòd hoc feudum ab vtroque tenetur, & à Rege, & à Barone, hoc idem fuit etiam demonſtratum ſupra in requiſito Regij aſſenſus, qui debet eſſe talis, vt habeat vim diſpenſationis, & nouæ inueſtituræ, vt nedum Baro concedendo transferat ſuum vtile dominium, ſed etiam Rex aſſentiendo, dare videatur, dum ad ipſius collationem remanet feudũ, vt in Conſt. poſt mortem. Et licèt feudum iſtud dicatur teneri in capite à Barone, nõ repugnat, quin dici poſſit etiam à Rege teneri in capite, vt benè docet [Iſer. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, in principio, Camer. in cap. Imperialem fol. 69. lit. L. & ſeq. Dominus de Ponte lect. 6. num. 40. Cannet. in cap. ſi aliquẽ in princ. Cumia in eod. cap. ſi aliquem, in verb. ſubfeudatarium, num. 11.] probantes etiam in Regno Siciliæ teneri feudum quaternatum ſecundùm quid in capite à Regia Curia, vt patet in d. cap. ſi aliquem: & ideò ſi hoc feudũ mixtum dicitur teneri in capite à Rege; ſequitur, quòd immediatè tenetur à Barone: & ideò illa verba ſub eo, & ab eo hanc recipiũt interpretationem, ab eo Barone immediatè, & ſub eo Rege in capite, vt in actu mixto fiat denominatio à digniori, vt [in l. cũ quæritur. ff. de ſtat. hom. vt etiam tenet Frecc. auctor. 39. num. 5.]

123 Et ſimile habemus in feudo ex pacto, & prouidentia: nam licet illud verbum prouidentia poſſit etiam reſpicere recipientẽ feudum, nam Maiorum prouidentia, & non à morientè feuda habemus, ſecundùm [glo. in cap. 1. §. cum verò Conradus verſ. fratri, vbi Iſer. num. 15. Bald. Aluar. & cæteri gloſſam illam ſequuntur, de his, qui feud. dar. poſſunt] nihilo-

nihilominus, vt fiat denominatio à digniori, dicimus feudum pacto recipientis habere, & prouidentia dantis, vt [Camer. in cap. Imperialem fol. 94. lit. D. Thomas de Marinis titu. 1. num. 17. & 25.] ità ſimiliter dici poſſet in hoc feudo mixto, quòd in capite à Rege, & à Barone immediatè habemus; & quamuis tenere in capite idem ſit, quod tenere immeditè, ut declarat [Iſer. de cap. qui cur. uend. nu. 14. & ibi Addentes, ſequitur Cannet. in cap. ſi aliquem, in uerb. in capite in princ.] hoc tamen intelligendũ eſt, dum feudum ab uno ſolo tenetur : ſed quatenus feudum à pluribus habetur, differt tenere in capite, & immediatè, ut optimè [Camer. fol. 69. lit. L. & ſeq. cùm cæteris ſupra allegatis.

124 Et propterea ex prædictis infertur, quòd ſi eſſet conceſſum feudum cum Regio aſſenſu, ut teneretur in capite, ut immediatè à Rege, non eſſet feudum quaternatum ſecundùm quid, cuius forma eſt, ut ab utroque teneatur : ſed tranſibit in aliam ſpeciẽ feudi quaternati ſimpliciter [argum. l. 2. ff. ſi cert. peta. ut etiam tenet Camer. fol. 67. lit. M. & fol. 70. liter. R. Dominus de Franch. deciſ. 48. in fin. Frecc. auctor. 39. num. 5.] eſt enim de eſſentia, ut feudum quaternatum ſecundùm quid ab utroque teneatur, tam à Barone, quàm à Rege; à Barone dicitur teneri, quia utile dominium feudi eſt ipſius, & ſine eius uoluntate haberi non poteſt, ſecundùm [Iſerniam de controu. feud. apud pares term. num. 11. & in cap. Imperialem, num. 10. Camer. ibi fol. 37. lit. D.] eique ſunt debita ſeruitia, & releuia feudi, ut infrà apparebit. Similiter dicitur teneri à Rege, dum feudum eſt ad ipſius collationẽ, ut in conſtit. poſt mortem, & ſine Regio aſſenſu alienari, uel refutari nequit, prout [Iſern. d. cap. Imperialem num. 10.] & infrà demonſtrabitur : & proinde hoc feudum conſtituitur ab illis uerbis, ut ſub eo, & ab eo teneatur; & meritò à DD. feudum mixtũ nuncupatur.

125 E contra ſi eſſet datum feudum, ut in capite, & immediatè teneretur à Barone; quia feudũ quaternatum ſecundùm quid ab uno ſolo teneri non poteſt, diceretur feudum planum, & de tabula, ſecundùm [Frecc. quis dicatur Princeps, in quæſt. ſequen. incipiente ſed ut uerius, num. 6. Dominus de Ponte lect. 1. num. 93. & ita eſt intelligendus Frec. de orig. Baron. num. 41. auctor. 51. num. 3. & auctor. 29. num. 2. circa finem] aliàs non benè diceret.

126 Verùm collatio feudi iſtius, quòd eſt Regis, iuxta conſt. poſt mortem, illa eſſet conceſſa Baroni, ut ualeret inueſtituras feu-

di

di facere ſine alio aſſenſu Regis; non poſſet dici feudum quaternatum ſecundùm quid: quia penes Regem nihil remaneret, & in effectu eſſet feudum planum, & de tabula, vt [Afflict. in conſt. poſt mortem,num.1.& in conſt. conſtitutionem num.74.Camer. in cap.Imperialem,fol.71.lit. K. & ſeq.]

Si verò eſſet diuerſitas inter conceſſionem, & aſſenſum, vt puta Baro conceſſiſſet feudum tenendum in capite, & immediatè,& in Regio aſſenſu diceretur,vt feudum teneretur in capite, & immediatè à Rege,neutrũ valeret,& actus in totum corrueret [argum. l.1.§. ſi quis ſimpliciter.ff. de verb. oblig.] quia de forma iſtius feudi eſt, vt non ab vno ſolo, ſed ab vtroque recognoſcatur, prout firmat [Frecc. quæſt. 34. Camer. in cap. Imperialem,fol.56.lit.V.& ſeq.D.de Franch.deciſ.154.] Remanet firma concluſio, vt ad conſtituendum feudum quaternatum ſecũdùm quid, adſint verba tam in conceſſione,quàm in aſſenſu, vt ab vtroque teneatur, ſcilicet ſub eo, & ab eo, vel in capite à Rege, & immediatè à Barone; ſiue per alia verba æquipollentia, vt ab vno ſolo feudum nòn habeatur.

127 Rectè itaque conſtituto hoc feudo non poſſet mutari eius natura, licèt per actus poſſeſſiuos eſſet contrarium ſeruatum, vt puta, quia ſolus Baro conceſſiſſet feudum, vel ſolus concederet aſſenſum in ipſius alienatione. dum feudum erat ad Regis collationem, & aſſenſus vtriuſque erat neceſſarius; & ideò notabiliter docet [Iſern.de contr. feud. apud par.term.num.12.] quòd ſi feudum eſt in terra Baronis,licet Rex bis, vel ter daret feudum vt quaternatum,non conſtitueretur feudum quaternatum, niſi cum præſcriptione triginta annorum; quem ſequitur ibi [Afflict. num. 57. & 59. & Addentes ad deciſ. Afflict. 282. in princ.] & ſic vt ſubfeudũ Baronis efficiatur quaternatum, non ſufficit collatio Regis, niſi ſit legitimè conſtitutum, vel præſcriptum ſpatio triginta annorum, cum ſcientia aduerſarij, contra quem præſcribitur,data etiam bona fide præſcribentis: his enim concurrentibus poſſet natura feudi mutari, vt [Iſern.in §.præterea ducatus, nu. 37. & 38. de prohib. feud. alien. per Feder.Afflict. in conſtit.poſt mortem nu.4.] & feudum quaternatum fieri planum, & de tabula, & è contra, & illud, quod dicitur, quod conceſſio,ſiue pri-

128 uilegium declaratur vſu, & poſſeſſione ſubſequenti intelligi debet, vbi verba conceſſionis ſunt dubia,iuxta conſ.Bar.69.ſed dum eſt formatũ rectè hoc feudum, vt ab vtroque teneatur,nõ

O poſſet

poſſet mutari eius natura ſola poſſeſsione contraria; & feudum quaternatū ſecundùm quid fieri planum,& de tabula,& è contra, non accedente legitima præſcriptione: & ideò valdè dubitari poteſt contra [Regent. de Ponte in §. 2. de aſſenſibus Regijs, nu. 13. & 14.] niſi diceretur quòd dum ſenſus illorum verborum in capite, & immediatè eſt valde dubius apud DD. poſſet recipere interpretationem ex vſu, & poſſeſsione ſubſequenti,iuxta[d.cōſ. Bart.69.D.de Franch. deciſ.397. nu. 12. & Reg. Lanarius patruus meus conſ.34.num.3.]

129 Quartò,& vltimo ad formandum hoc feudum quaternatum, ſecundùm quid, neceſſe eſt, vt regiſtretur in quaternionibus Regijs, vt in [conſtit.honorem, la ſeconda, ibi Bartholomeus de Capua, quem refert, & ſequitur Frecc.auctor.29.nu.2.in fin. Camer.in cap. Imperialem, fol.69. lit.N. & O. & latius Cumia in c. ſi aliquem in verb. in capite,nu. 11.& ſeq.]

130 Sed pulchrùm eſt quærere,ſi non eſt rectè hoc feudū conſtitutū, ſed in effectu remanet feudum planum,& de tabula, & nihilominus reperitur regiſtratum in Regijs quaternionibus; an ſit iudicandū de hoc feudo plano, & de tabula,vel prout quaternato; dum eſt regiſtratū in quaternionibus donorum Regis. Iſta quæſtio remanet determinata ex his, quæ dicta ſunt ſupra de prima ſpecie feudi quaternati ſimpliciter,vbi eſt videndum.

131 Sed quoniam de hoc feudo quaternato ſecundū quid, latiſsimè, & benè diſtinctis terminis loquitur Peritiſs.Conſiliar.Scipio Rouitus in ſuis commentarijs ad Reg. pragmat. in rubr. de feud.a nu.49.vſq; ad finem, ad ipsū lectorem remitto, poſtquam eius doctrina communi omnium peritorum conſenſu fuit laudata, & approbata.Et reuera vir iſte integerrimus nedum doctrina, & religione admirabilis eſt,ſed etiam negotiorum aſsiduitate redditur incomparabilis.

132 Reſtat videre pro cōplemento iſtius feudi,dum à Doctoribus mixtum nuncupatur, ex eo,quia, dum à Barone tenetur,participat de feudo plano, & de tabula; & quatenus regiſtratum reperitur in quaternionibus Regijs, aſsimilatur feudo quaternato ſimpliciter,cui magis ſit comparandum, an feudo plano, vel potius quaternato ſimpliciter: & quia feudum iſtud origine pendet ex liberalitate Baronis, dum ipſius eſt vtile dominium feudi, & ſine eius voluntate haberi non poteſt, ſecundùm [Iſern. in cap. 1. num. 11. de controu. feud. apud pares term.Afflict. in conſt. poſt mortem,num.4.] eiq; debentur ſeruitia, & releuia, vt in ſequentibus

tibus apparebit; licèt in caſu caducitatis feudi, collatio ſpectet ad Regẽ, iuxta conſtit. poſt mortem;tamen illa conſtitutio eſt ſatis oneroſa, & ſtricti iuris,vt quis diſponat de re aliena inuito Domino; & proinde non extendenda, ſed ſuis limitibus continenda,vt dicit [Iſer. in cap.Imperialem,n.10.& ibi Add. Camer. ibi fol.73.lit.D.Reg.de Ponte de aſſenſib.Regijs.§.1.nu. 14. meritò Frecc.in tit. differentiarum feudi Regalis,n.14.]ponit regulam,dicẽs feudo plano,& de tabula eſſe hoc feudũ mixtũ comparandũ, præterquam in his, in quibus reperitur facta ſpecialis prouiſio in contrarium, quem refert, & ſequitur Cumia in c. ſi aliquem,in verb. in capite nu. 10. & faciunt notata per Reg. de Ponte de aſſenſibus Regijs §.2.nu.22.]

Et licet Frecc. auct. 39. nu.5. videatur tenere contrarium,vt in hoc feudo mixto prçualeat,quod eſt dignius, & magis ſit comparãdũ quaternato ſimpliciter, quã feudo plano,vt eſt etiam dictum ſupra in 3.requiſito;nihilominus loquitur in caſu,in quo eſt de iure facta ſpecialis prouiſio,vt iudicetur ſecundùm leges Regni; ad differentiam feudi plani,& de tabula:ſed in his,in quibus non reperitur aliter diſpoſitum, ſtandũ eſt regulæ,vt in dubio magis feudo planò ſit comparandũ, quam quaternato ſimpliciter.

Et quemadmodum in feudo plano,& de tabula ſeruitium debetur Baroni, vt [Iſer.de contr. feud. apud par.nu. 11.] idem eſt in feudo quaternato sm̃ quid, ſecũdùm [Bartholomeũ de Capua in conſtit.poſt mortẽ, quẽ ſequitur ibi Affl.n.6.Frecc.auct.5.n.2. & ſeq.Camer.in c. Imperialẽ fol. 77.lit.E.Add. ad Iſer.in eod. cap. Imperialem,nu.10. in verb. non obſtat,Domin. de Franch. deciſ. 154.prout etiam hoc erat diſpoſitum de iure communi feudorum,vt in [§.illud,de prihib.feu. alien. per Feder. ibi Bald. Aluar. & alij.]

133 Similiter releuium debetur Baroni, vt in conſtit.poſt mortẽ. Sed in hoc aduertendum eſt, ꝙ releuium eſt duplex:vnum quod Baroni debetur in actu inter viuos,dum Baro inducit in poſſeſſionẽ vaſſallũ à Rege inueſtitũ, iuxt.conſt.poſt mortẽ,& iſtud releuiũ non poteſt excedere decẽ vntias. Et licèt releuiũ nõ ſoluatur in cõtractu inter viuos,vt docet [Iſer.de Cap.Cõrad.n.14.]intelligi debet in cõtractu volũtario,& nõ neceſſario,iux.cõſt.poſt mortem.Eſt verum, ꝙ in eo,in quo excedit vntias decem [gloſ. in d. conſt. poſt mortem, refert fuiſſe iudicatum debere Regiæ Curiæ,& ibi Afflict.n.10.]& poſſet eius opinio fundari de iure communi: nam releuium debitum ex contractu defertur priori

Domino, vt tenet [glo. in §. illud, vbi Aluar. & alij de prohib. feud. alien. per Feder.]

Sed releuium, quòd debetur in caſu mortis feudatarij; ex vſu, & Regni conſuetudine, quod eſt medietas fructuum, ſecundùm [Iſer. de Capit. Conrad. num. 14.] iſtud etiã debetur Baroni, à quo feudũ tenet, & conſtit. poſt mortem, quę eſt oneroſa, & ſtricti iuris, non eſt extẽdenda ad caſum, de quo non loquitur [l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matr. & ita refert iudicatum Frecc. auctor. 3. num. 35. eſt de mente Camer. in cap. Imperialem fol. 73. lit. E. fol. 69. lit. S. & ſeq. fol. 71. lit. S. Iſern. in cap. Imperialem nu. 9. vbi Add. lit. P.] nam quemadmodum in ſubfeudo releuium Baroni debetur, vt [Iſern. in conſtit. poſt mortem, & de Cap. Conrad. nu. 14.] ita etiam fuit deciſum in feudo quaternato ſecũdùm quid, quod a Barone tenetur, uide adducta in hac materia, quod releuia, & ſubuentiones debeantur Baroni, latiſſimè, & doctiſsimè [Regens de Conſtantio in l. 1. nu. 34. C. de iur. fiſci lib. 10.] & de hoc feudo mixto regulariter eſt iudicandũ, prout de feudò plano, & de tabula, vt ſupra eſt demonſtratum, poſt hæc ſcripta vidi [Andream Capanum Iuriſconſultum, & Patritium Neapolitanum, qui ingenioſè, & diſtinctè fecit tractatum de iure releuij, qui ad præſens ſtat ſub prælo, qui pertranſeundo licet uideatur tenere contra hanc opinionem in 1. parte quæſt. 20. num. 5. attamen par. 4. quæſt. 33. latiſſimè diſcurrit materiam cum nonnullis illationibus, & concludit pro opinione mea communi, & ſic practicata.

134 Verum a regula prædicta receditur, & de hoc feudo mixto iudicandum erit prout de quaternato ſimpliciter in certis caſibus, in quibus eſt facta ſpecialis prouiſio: & quia de eſſentia iſtius feudi eſt, ut regiſtretur in quaternionibus Curiæ Regis, ut in conſtit. honorem, & regiſtratio fuit introducta ad ſciendum, qui ſint Regis uaſſalli, ut [Frecc. quis dicatur Baro, nu. 3. Cumia in cap. ſi aliquem, in uerb. in capite, nu. 5.] ideò ſubfeudatarius poſſidẽs hoc feudum mixtum, iudicandus erit vt Regis uaſſallus; & ſecundùm leges Regni tam circa ſucceſſionem, quàm alienationem, & alia [Frecc. auctor. 39. num. 5. & de feudis regalibus, num. 14.] & ſucceſſio iſtius feudi quaternati regulatur ſecundùm conſtitutionem Regni ut de ſucceſsionibus, ut gloſ. & Iſern. in d. conſtit. ibi Afflict. in 1. notab. Luc. de Penn. in l. 1. col. 8. de impon. lucrat. deſcrip. Camer. in cap. Imperialem fol. 69. lit. N. & ſeq. & ita iudicatum teſtatur Conſiliar. de Georg. in §. huius autem generis cap. 9.] Se-

Secundò, in hoc feudo mixto ſeruatur etiam conſt. cōſtitutionem, vt liceat iure proprio reuocare; & requiritur ſpecialis licentia, vt [Afflict. deciſ. 243. de Ponte de aſſenſib. Regijs. §. 2. nu. 25. & faciunt notata per Frecc. lib. 2. quæſt. 34.]

Tertio poſſidens hoc feudum quaternatū ſecundùm quid, quia Regis dicitur vaſſallus, & in eo habēt locū iura Regni; datur etiā à Rege maiori feudatario baiulus, vt latè [Frec. auct. 39. nu. 5.]

Quartò, quia de eſſentia iſtius feudi eſt: vt teneatur ab vtroque, tam à Rege, quàm etiam à Barone; ideò in alienatione aſſenſus vtriuſq; eſt neceſſarius: dū enim de intereſſe pluriū tractatur, omnium conſenſus eſt neceſſarius, [l. fin. C. de auct. præſt. l. in concedendo. ff. de aq. plu. arc. ita Iſer. in c. Imperialē, nu. 9. ibi Camer. fol. 68. lit. N. & ſeq. Ann. num. 196. & ſeq. D. de Franch. deciſ. 154.]

Quintò hinc eſt, quòd ſubfeudatarius non poterit feudum Baroni refutare ſine licentia Regis, [vt Iſer. in d. c. Imperialem, n. 10. & ſeq. Camer. fol. 73. lit. O. Frecc. differ. 3. in tit. differen. feudi quaternati, & de tabula.]

Sextò hoc feudum in caſum caducitatis ob lineam finitā, vel ex delicto Regi aperitur, ſecundū [glo. in conſt. poſt mortem. Iſer. de pac. tenen. in verb. heredes nu. 4. Frec. auct. 29. nu. 2. licèt ſecundùm Camer. fol. 69. & 70.] Regi aperiatur quoad collationem tātùm; & in hoc eſt etiam differentia inter conſtit. poſt mortem, & Capitulum Papæ Honorij, vt eſt notatum ſupra in principio.

Septimò dominus directus nō poteſt alienare feudum quaternatum ſecundùm quid, ſine conſenſu vtilis Domini, & de intellectu conſtitutionis poſt mortem, & an ſit correctum, & ſublatum per Capitula Papæ Honorij, & multa latiſſimè in materia vide [doctiſs. Regentē de Conſtatiō l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. num. 36. cū ſeq.] & latiſſimè ſupr. n. 113.

135 Hactenus de feudo quaternato ſecundùm quid. Sed quia diximus ſupra, quòd duplex ſit feudum quaternatum; aliud propriè, & verè quaternatum; aliud præſumptiuè quaternatum, iam demonſtratum eſt, quæ dicantur feuda verè quaternata; reſtat videre de feudo quaternato præſumptiuo, & in hoc reminiſci debemus, quod feuda origine exierunt à patrimonio Regū [§. optimum, in auth. de exhib. reis, Iſer. de his, qui feud. dar. poſſ. nu. 10. in fi.] & propterea ſequitur, quòd omnia feuda in Regno, aperto iure dicuntur in dominio Regis, vt probatur in [conſtit. Regni ſi dubitatio, vbi gloſ. & Iſer.] & ideò ſi in Regno eſſet repertū aliquod feudum non deſcriptum in quaternionibus, & non conſtaret à

quo tenetur, præſumitur à Rege teneri; & feudum quaternatum præſumptiuum nuncupabitur, vt [Iſern. de his, qui feud. dar. poſſ. num. 13. & ibi Addentes latius Camer. in cap. Imperialem, fol. 69. lit. N. & ſeq. Affl. in §. illud nu. 30. de prohib. feud. alien. per Feder.] & de hoc feudo præſumptiuè quaternato iudicatur ſecundùm leges Regni, tam circa ſucceſſionem, quàm circa alienationem, prout de feudo verè, & propriè quaternato, vt benè Camer. loco citato.

Declaratur tamen prædicta procedere ſi feudum eſſet repertum extra Baroniam: nam ſi adeſſet in territorio Baronis, non quaternatum, ſed planum, & de tabula præſumeretur; eſt de mẽte [Iſer. de contr. feud. apud pares. nu. 12. ſequitur Regens de Ponte lect. 1. num. 67. & ſeq. & illud, quod dicit Iſern. de contr. inter maſc. & fœm.] quòd Barone poſſidente quidquid eſt infrà fines feudi, præſumitur feudale, intelligi debet de feudo plano, & de tabula, & non de quaternato.

136 Sequitur iuxta ordinem propoſitum videre de feudo plano, & de tabula: & dicitur illud, quod tenetur à Barone, non tamen regiſtratum in quaternionibus Curiæ, vt docet [Iſern. de controu. feud. apud pares, nu. 10. Capyc. in ſua inueſtitura, in verb. planum, Regens de Ponte lect. 1. num. 60. & ſeq. poteſt feudum haberi nedum à Rege, ſed etiam à valuaſoribus, cap. 1. quis dicatur Dux. cap. 1. de nat. feud. cap. 1. de feudo Marchiæ] feuda enim quæ a Barone recognoſcuntur, dicta ſunt plana, ad differentiam caſtrorum, quæ poſita ſunt in montibus pro Regni defenſione; probatur in conſtit. poſt mortem, ibi ſiuè ſit caſtrum, ſiuè terra plana; & oculis cernimus caſtra, vt plurimum poſita eſſe in montibus: & lex adaptatur ad ea, quæ frequentiùs accidunt [l. nam ad ea. ff. de leg.] Dicuntur de tabula, quia concedi ſolent pro redditibus panis, & carnis, pro viuere Domini, ſecundùm [gloſ. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, in princip. Camer. in d. cap. Imperialem, fol. 37. lit. N. quem ſequitur Cumia in cap. ſi aliquẽ, in verb. in capite, num. 32.] & illud verbum de tabula, ſecundùm vulgare dictum ſumitur pro mẽſa [iuxta cap. quando il ſecondo, 44. diſt.] vel dicuntur de tabula, quia non ſunt ſcripta in quaternionibus Regijs, ſed in tabula, ſiuè inuentario Baronis; ſecundũ intelligentiam [Iaſon. in prælud. feud. nu. 27. Conſiliar. de Georg. in §. fin. ex quib. cauſ. feud. amitt. cap. 8. num. 11. & ſeq. Hieronym. de Roſis in ſuo conſ. inſerto inter deciſ. Viuij poſt deciſ. 225.]

Iſta feuda plana, & de tabula con-

conſtitui ſolent in paruis territorijs: & ideò dicuntur feuda minima, ſecundùm [Luc.de Penn. in l. quicunque col. 3. de omn. agr.deſer.& in l.agros,col. 2. de fund. limit. cum quo conuenit etiam Camer. in c. Imperialem, fol.72.lit.K.] Sed hoc eſt regulariter; nam quandoque etiam feuda magni redditus poſſunt teneri à Barone [Frecc.auctor.29.nu.2. in fin.Dominus de Pont.lect.14. nu.19.Ann.conſ.51.]

137 Solent quandoque appellari feuda ruſtica, iuxta [gloſ.1.in cōſtit.vt de ſucceſſionib. Afflic. deciſ.243.nu.1.& deciſ. 255. & ibi Vrſill.in §.illud, num.11.de prohib.feud.alien.per Feder.]ad differentiam feudorum nobilium, quæ à Rege tenētur: feuda enim quaternata ad Regis collationem pariunt paradogium,ſiuè nobilitatem,vt [Iſern.in cap.1. num.4. quis dicatur Dux,in cap.1.nu.10. in fin.de his qui feud.dar. poſſ. & ideo Frecc.auctor.5. nu.7.] tenet penes Regem nō poſſe dari feudum planum, & de tabula, ſed omne feudum eſſe nobile, quod tamen intelligendum eſt, vt ſupra declarauimus.

Tertiò quandoque feuda iſta appellantur à Baronibus ſolita concedi, vt habetur in [conſtit. conſtitutionem in fin.ibi Afflict. num.67.& deciſ.305. Iſer.de his qui feud.dar.poſſ.nu.8.]

Quartò,iſta feuda plana, & de tabula etiam dici poſſunt atenaſiæ,iuxta [gloſ. in princ.in conſt. vt de ſucceſſionib. Afflict. deciſ. 243. vbi Vrſill. cum alijs ſupra allegatis, Frecc. de feudo plano nu. 2.] & tantum eſt dicere atenaſiæ,quantū manſū de iure cōmuni feudorum, ſecundùm Camer.in cap.Imperialem, fol. 37. lit.N.] licèt atenaſiæ aliquando ponantur pro bonis feudo reddititijs, & vtroq; modo teneri poſſunt.

Tandem,aperto vocabulo Regni,dicuntur excadentialia, vt in dicta [conſtit.conſtitutionem; & ita nominantur à cadendo, ſecūdùm expoſitionem [gloſ.in eade conſtit.quia excidunt, & aperiūtur Baroni, vt [Paris de Put. de reintegrat. feud. fol. 2. & fol.15. num.6.Luc.de Penna de impon. lucrat.deſcript.l.1.col.3.verſ. ſed quid.

138 Sed pulchrum eſt quærere An bona excadentialia,& ſterilia feudi differant, vel habeant vnā, eandemque naturam [Frecc. auctor.19. in princ.] videtur eſſe in opinione;quòd tantùm ſit dicere excadentialia,quantum ſterilia. [Contra Frecc. tenet Ann.conſi. 51.nu. 3. Franciſc. de Amicis in cap.1.de his qui feud.dar.poſſ.fo. 45. incipiente in hoc diſcurſu.] Veritas eſt,quòd bona excadentialia, & ſterilia differunt ſpecie, cum bona excadentialia dicantur ſolita à Barone concedi ſub

con-

conſueto ſeruitio: vt in conſtit. conſtitutionem, vbi Afflict. num. 67. & poſſunt eſſe tam ſterilia, quàm fertilia, vt etiam conſentit [Frecc. auctor. 29. num. 2. in fin. D. de Ponte lect. 14. nu. 19.] Sed bona ſterilia dicuntur feudi demanialia, à Baronibus permiſſa concedi ad meliorandum, ex regiſtro Imperatoris Federici [Iſer. in cap. 1. in fin. an ille qui interfecit fratrem, & de capit. Conradi nu. 8. & Frecc. auctor. 19.] non deliberato conſilio, ſed curſim, & aliud agens in mẽte loquutus fuit, nec eſt credendũ feudiſtam maximum, & tantæ auctoritatis ignoraſſe differentiam inter excadẽrialia, & ſterilia feudi; & proinde male tam verbis contumelioſis reprehenditur ab [Anna in d. ſuo conſ. 11. nu. 3.]

139 Difficultas eſt magna circa cognitionem iſtius feudi plani, & de tabula, qualiter formetur, & in eſſe deducatur. Nam Frecc. fecit amplum tractatum de ſubfeudis: & nihilominus nobis incognitũ reliquit quomodo feudum iſtud conſtituatur. Ego credo, quòd duobus modis poſſit ſubfeudum formari: vno modo quando conſtat de prima cõceſſione valida facta mediante Regio aſſenſu: nam licèt poſtea ſtatim Baroni acquiratur: poterit de nouo cõcedi per Baronem abſq; alia ſolemnitate; probatur [in c. 2. de feud. ita etiam Iſern. in cap. 1. circa finem, de cleric. qui inueſtituram fecit, Afflict. in conſt. conſtitutionem. nu. 67. & deciſ. 305. Regens de Ponte lect. 3. nu. 39. & ſeq. Dominus de Curt. in ſuo diuerſorio feudali, fol. mihi 14. incip. videndum eſt, num. 36. & ſeq. & Regẽs Lanarius patruus meus in hoc Capitulo num. 100. & ſeq.]

Neque obſtat contradictio [Camer. in cap. Imperialem, fol. 69. colum. 2. & fol. 73. litera K. & ſequen.] dicentis, quòd ſi fiat conceſſio cum Regio aſſenſu, aſſenſus quaternabit feudum, & potiùs quaternatum ſecundùm quid, quam feudum planum, & de tabula eſſet dicendum. Nam reſpondetur, quòd non omnis aſſenſus quaternat feudum, ſed tantùm ille aſſenſus, qui habet vim diſpenſationis, & nouæ inueſtituræ, vt plene eſt demonſtratum ſupra de feudo quaternato ſecundùm quid, & Camerario obſtat [text. in d. cap. 2. de feud. & communis concluſio Doctorum, vt Benè Regens de Ponte in §. 2. de Regijs aſſenſibus, & lect. 1. nu. 94. & ſeq.]

Secundo modo poſſet conſtitui feudum planum, & de tabula, quoties Barones conſueuerunt illud concedere, & de eo diſponere, prout de re ſolita infeudari: nam per duas conceſſiones cum curſu triginta annorum introducitur cõſuetudo infeu-

feudandi,ſecundùm [Iacob. de Bel. Iſern. & cæteros in cap.1.de his qui feud. dar.poſſ. Afflict. in conſtit.conſtitutionem,num.62. & deciſ. 305. cum alijs ſupra allegatis.]

Et licèt ex duabus conceſſionibus cum curſu triginta annorũ ſit præſcripta conſuetudo infeudandi in petitorio, quo vero ad poſſeſſorium ſufficit vnica tantùm conceſſio ſine alio tempore triginta annorum, vt Barones conſtituantur in poſſeſſione ſubinfeudandi,ut tenet [Iſern. in d. cap. 1. de his, qui feud. dar.poſſ. Afflict.in cap.1.num.51.de controu.feud. apud pares. Regens de Ponte lect.6.in principio, & tandem Camer.in cap.Imperialem, fol.72.lit.K.]

Sed prædictis videtur obſtare doctrina [Iſern.in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. num.5.] vbi tenet, quòd ex vnica conceſſione tantùm cum curſu triginta
140 annorum dicitur introducta conſuetudo infeudandi; & nihilominus de eſſentia conſuetudinis eſt neceſſaria actuũ frequentia,vt ſaltem bis ſit facta conceſſio,ex [l.3.C.de epiſcop. aud. ita Abb. & DD. in cap. fin. de conſuet. & hoc tenent communiter Doctores Iacob.de Belu. Bal.Aluar. & cæteri in d. cap. 1. de his, qui feud.dar.poſſ.]
141 Nihilominus opinio Iſer. eſt veriſſima, vt per vnicam tantùm conceſſionem,cum lapſu triginta annorum, res demanialis fiat excadentialis,&Baro acquirat ius conferendi, & alienandi, prout de feudo plano, & de tabula, nõ ex vi conſuetudinis, quæ requirit actuum frequentiam, ſed in vim præſcriptionis, in qua ſufficit vnicus actus,ita docet [Iſern.in cap.Imperialem,§. præterea Ducatus, nu.36. circa med. de prohib.feud.alien.per Feder.] & eius opinio probatur apertè:nam conſuetudo reſpicit ius vniuerſitatis, & non ius ſingulare certæ perſonæ: & in hoc differt conſuetudo à præſcriptione [l. venditor. §. ſi conſtat.ff.com.prædiorum,Abb. & DD.in cap.fin.de conſuet.] Si ergo Baro acquirit ius concedendi certum feudum, & aſſentiendi prout de feudo plano, & de tabula,dicitur illud ius ei quæſitũ, non in vim conſuetudinis, ſed præſcriptionis: quoniam in iuribus per vnicum actum affirmatiuum acquiritur quaſi poſſeſſio, vt tenet [Bart.in l.1.§. hoc interdicto,num.1. ff. de itin.actuque priuat.ſequitur Abb. in cap.cum Eccleſia, nu.22. vbi alij de cauſ. poſſ.& propriet. cum cæteris cumulatis per Ann.ſing.96.]

Et quòd in præſenti caſu tractetur de iurium, & non rerum præſcriptione, patet manifeſtè, nam ſiue res dicatur demanialis, ſiue excadentialis, vtroque caſu dominium vtile feudi eſt penes

Ba-

Baronem,& quod ſuum eſt amplius ſuum effici non poteſt [l. cum res.C.de contrah.empt.] & tantò magis, quoniam ſubfeudũ eſt in poſſe ſubfeudatarij, & non Baronis. Verùm ex curſu temporis triginta annorum cum vnica collatione mutatur rei conditio, & demaniale fit excadentiale, & conſequenter Baro acquirit ius conferendi, & aſſentiendi, prout de feudo plano, & de tabula, vt [Iſer.in cap.1.num.4. in fin. de his,qui feud.dar.poſſ.] put è cõtra feudum planum, & de tabula fit quaternatum per lapſum triginta annorum, mediante vnica collatione feudi à Rege facta, prout de feudo quaternato, vt firmat [Iſern.de contr.feud.apud pares term. num. 12.] & ſic per vnicam feudi conceſſionem acquirit Baro ius conferendi, & aſſentiendi, à quo tempore incipit currere præſcriptio triginta annorum,iuxta [gloſ.in l.ſeruitutes, la ſeconda,ff.de ſeruit.]

142 Verùm quia ſine poſſeſſione non poteſt dari præſcriptio [l. ſine poſſeſsione. ff. de vſucap.] & quaſi poſſeſsio in iuribus non poteſt acquiri ſine ſcientia,& patiẽtia aduerſarij, contra quem præſcribitur [l.quoties. ff. de ſeruit.] ideò vt Baro præſcribere poſſit iura prædicta,eſt neceſſaria ſcientia Regis,contra quem Baro præſcribit,ex [l.2.C.de ſeruit.vbi gl. Bar.& alij : & hoc etiam fatetur Iſern.in cap. Imperialem. §.præterea Ducatus,num.37.& 38. de prohib.feud.alien.per Feder. vbi Addentes in verb.ſciente,ita etiã docet Peritiſsimus Regens de Tapia meus dominus Marchio Belmontis in ſua compendioſa deciſ.Ital.2.artic.5. num. 368. & ſequen.]

143 Sed quia Rex noſter iuſtiſſimus,eſt abſens a Regno,an ſufficiat ſcientia officialium, & præſentia Proregis.

Et quod ſufficiat ſcientia Officialium tenet [Bar.l.ſi publicanus.§.fin.num.1.& 2. ff. de publ. & vectig. cum cæteris cumulatis per Tiraq.de nobilit.cap. 14. nu. 3.& ſeq. Sed contrariam opinionem affirmat idem Bart.in l.1.§. denique. ff. de aq. plu.arcend. & ita deciſum in S. C. teſtatur Capyc.deciſ.57.]

Sed quod ſit neceſſaria ſcientia Regis,& non ſufficiat ſcientia eius Officialium,patet alia ratione : nam illorum Officialium requiritur ſcientia, qui poſsint actum perficere,ſecundùm [Salic.in l.2. num. 5. C.nou. vectig. imp.non poſſ. Couar. de præſcr. 2.par.in princ. num. 8. verſ. primum enim, & circa finem.] Et quia in Regno nullus poteſt dare feudum niſi Rex, ut plenè ſupra eſt demonſtratum; Imò Prorex non poteſt dare feudum,nec etiã præſumptiuè, ut [Camer. in cap. Imperialem fol.8.liter.G.& ſeq.]

& in

& in puncto, quòd non ſufficit præſentia Proregis, vide latiſſimè [Bambac. in ſuis commentarijs in cap. ſi quis per triginta q. 10. nu.71.& Vinc.de Ann.ſing.194. vbi refert ita iudicatum, & nouiſſimè Garſ.Maſtrillum de magiſt. lib.5.cap.6.nu.184.] & ſic non
144 poſſet aſſentire, vt res demanialis fieret excadentialis, quia eſſet feudum conſtituere: & ideò non poteſt Baro acquirere ius conferendi feudũ, & aſſentiendi, prout de feudo plano, & de tabula, dum Rex eſt abſens à Regno, & impedimentum iſtud ceſſabat tempore Andr.de Iſern.ex eo, quia Reges erant præſentes in Regno.

Verum quia in præſcriptione tanti tẽporis, de quo non ſit memoria hominum in contrarium, præſumitur ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur, iuxta [gloſ.in l.1. §. ductus aquæ. ff.de aqu.quotid. & æſtiu. quam ſequitur Camer.loco citato, Tiraq. de nobilit. cap. 14. & latius Oſaſc.Pedem.deciſ. 101. nu. 19. & ſeq.] quia excluſa omni præſcriptione, non videtur excluſa immemorialis latiſſimè, qui omnes cumulat more ſolito [Doctiſsimus Regens Valenzuela meus Dominus conſ.20. nu. 48. qui ob eius qualitates redditur incomparabilis, & ſingularis.]
145 ideò vt ex præſcriptione formetur hoc feudum planum, & de tabula, non ſufficit vnica collatio cum tempore triginta annorũ, dum Rex eſt abſens à Regno; ſed requiritur præſcriptio immemorabilis. Et hæc omnia ſunt notãda vti noua, & hucuſq; non conſiderata. Et hæc forſan mente agitauit hic num. 98. Patruus meus: verbis tamen non expreſſis.

Et vltra prædicta ad conſtituendum hoc feudum, eſt etiam neceſſaria bona fides Baronis credentis ſibi licere de feudo diſponere: vt de plano, & de tabula, ſine qua feudum præſcribi non poteſt, ſecundùm [Iacobum de Belu.Lauden.& alios in §. ſi quis per.30.ſi de feud. defunct. milit. vbi Affiict.in 1.notab.Tiraq.de iur.primogen.cap.30.num. 7. ita etiam affirmat Iſer.in §.præterea Ducatus, num.37.ibi Camer.fol. 108.lit.G.de prohib. feud. alien. per Feder.] & quòd in præſcriptione iſtius feudi plani, & de tabula, inter alia requiſita debeat adeſſe bona fides: tenet expreſsè [Regens de Curte in diuerſorio feudali fol. mihi 14. incipiente Videndum eſt modo, nu.36.]
146 Habita igitur plena cognitione feudorũ quaternatorum, nec non eorum, quæ plana, & de tabula dicuntur, quoniam feudum dicitur Vniuerſitas quędam apta continere nedum membra feudalia, ſed etiam cenſualia, & emphyteotica feudo reddititia, iuxta cap. 1. §.profectò, quid iuris ſit,

Ca-

Camer. in cap. Imperialem, fol. 39. lit.E & ſeq. & fol.40.liter.V. Frecc.auctor.5.num. 19. Napod. in quib.reb.habeat locum quarta,num.14.] ſequitur videre, in quo res feudo reddititia differat à ſubfeudo Baronis. Sed omiſſis pro nunc differentijs; videamus primò quot modis poſſit dici res feudo reddititia.

147 Poteſt conſtitui res feudo reddititia multis modis; Et primò quoties cum aſſenſu Domini alienatur feudũ ſub natura burgenſatica cenſuali, ſiue ad libellum,iuxta [§.profectò,quid iuris ſit.Camer.in cap.Imperialem fo. 39.lit.A.& ſeq. Regens dè Ponte conſ.13.& Napod.loco citato,dicitur res feudo reddititia.]

Secundò fit res feudo redditi-tia, ſi in erectione feudi Dominus ſimul cum feudo concedit alia bona cenſualia,ſiue emphyteotica,vt feudo correſpondeant de annuo redditu; vnde feudum dicitur quodam vniuersũ, quod poteſt continere ſuas partes, nedum feudales: ſed etiam allodiales,vt eſt dictum ſupra, & ſequitur [Freccia auctor. 29. num. 6. Franciſc. de Amicis, de his, qui feud.dar. poſſ. fol. mihi 44. incipiente Domini,Regens de Pont. de poteſt. Proreg. in tit. de elect. official.§.4.nu.20.]

Tertiò dicitur res feudo reddititia,dum Baro rem feudi demanialem, ſed ſterilem, concedit ad certam partem fructuum ex licentia Regiſtri Imperatoris Federici,cuius meminit [Iſern.in cap.1.in fin.an ille,qui interf.fratrem Dom.ſui, & de Cap. Conrad.num.8.& in conſtit.conſtitutionem, in verb. minuendis, ibi Affict.nu.13.& 66. Ann. ibi nu. 64.& 73.Camer.in cap.Imperialem,fol.4.l.p.Frecc.auctor.19. & latiſsimè Dom.de Pont.de elect. official.§.4.]

148 Sed quoniam in dies Barones Regni ſolent concedere ſterilia feudi auctoritate dicti regiſtri Imperatoris: videamus in quantum ſe extendat poteſtas regiſtri,& an & quando valeant Barones facere huiuſmodi conceſſiones feudorum ſub prætextu ſterilitatis.

Verùm quia ſupra de feudo plano,& de tabula demonſtrauimus demanialia feudi ſterilia ſpecie differre à bonis excadentialibus; reſtat videre ad ornatũ Regiſtri, & ad ipſius intelligentiam de ſequentibus alijs quæſtionibus.

Primo an Baro valeat concedere ſterilia feudi ſub natura burgenſatica.

Secũdò an poſſit redditus conſtitui nedum ſub certa portione fructuum,ſed etiam in pecunia.

Tertio an bona ſterilia feudi fructuoſa effecta, & ad Baronem reuerſa, poſſint iterum concedi ſine debita ſolemnitate.

Quar-

Quartò, An Regiſtrum Imperatoris ſe extendat etiam ad iura inutilia feudi.

Vltimò, An credatur Baroni aſſerenti bona demanialia feudi eſſe ſterilia,& conſequenter alienabilia abſque alia probatione.

149 Quoad primam quæſtioné, quòd Baro poſſit ſterilia feudi concedere in allodium ſub natura emphyteotica, tenet [Frecc. auctor. 19. Camer. in cap. Imperialem, fol. 15. lit. A. limit. 2. Afflict. deciſ. 129. in 2. & 5. dubijs, & pleniùs Regens de Ponte loco citato de elect. official. §. 4. num. 4. 9. & ſeq.]

Sed ego valdè dubito contra iſtos Venerandos Patres, vt feudi ſterilia Baro concedat tantùm in feudum, & non in allodium: & pro reſolutione difficultatis eſſet recurrendum ad verba dicti Regiſtri, quod non habemus, ſed conſeruari in Regno Siciliæ teſtantur [Addentes ad Iſern. in d. cap. 1. an ille qui interf. in fin. ſequitur Frecc. auctor. 19. & Afflic. in conſtit. conſtitutionem num. 13. & 66.]

150 Verba autem regiſtri recenſentur ab [Iſer. de Capit. Conrad. num. 8. & in conſtit. conſtitutionem, in verb. minuendis] in quibus locis dicit, poſſe feudatarios res parum vtiles feudi locare, vt plantentur, & certa portio fructuum reddatur Domino, non in pecunia. Si ergo Baro tantum locat feudi ſterilia, quomodo poteſt inferri, quòd poſſit concedere ſub natura burgenſatica in emphyteuſim, dum per contractum locationis, non ſolùm non mutatur rei conditio, ſed nec etiam in recipientem transfertur dominium, ſiue poſſeſſio rei locatæ [l. non ſolet. ff. locat. l. officium. ff. de rei vend. §. poſſidere, Inſtit. de interd.] etiam ſi eſſet locatio ad longum tempus, ſiue in perpetuum; adhuc non mutatur natura rei [l. 1. & l. fin. ff. ſi ag. veſtig. l. viam. C. locati.]

Amplius dum Regiſtrum permittit Baroni, vt poſſit feudi ſterilia locare, intelligi debet in feudum, & non in allodium, vt probatur in conſtit. conſtitutionem, ibi excadentias locare: quod verbum locare exponunt ibi [glo. & DD. in feudum dare.]

Eſt tamen verum, quòd [Iſer. in cap. 1. in fin. an ille qui interf. fratr. dom. ſui] relato dicto regiſtro, dicit, quòd Baro poſſit ſterilia feudi concedere, vt plantentur, & communiter Doctores vtuntur hoc verbo concedere, ad menté regiſtri prædicti, prout [Afflict. in conſtit. conſtitutioné, num. 66. & in deciſ. 129. in fin. Camer. in cap. Imperialem, fol. 4. lit. I. Frecc. auct. 19. Ann. in conſtit. conſtitutionem, num. 64. & 73. Regens de Ponte d. §. 4. num. 2. & ſeq. & nouiſsimè Præſidens de Franch. deciſ. 561.]

P Sed

Sed nec etiam benè concludunt præcitati Doctores, quòd ſub verbo conceſſionis, ſit tributa Baroni facultas concedendi in allodium: Quoniam, licet verbum concedere ſit generale,
151 aptum comprehendere tam dominij, quàm vſus translationem, iuxta [l.fin.vbi Barto. ff.de donat.Alex.conſi.7.num.14. lib. 7.] nihilominus verbum, concedere interpretationem recepit à natura rei, de qua agitur, non mutata illius conditione, vt docet [Alber.in ſuo dictionario, in verbo concedi: & in terminis loquitur D. Franciſc. de Amicis de his, qui feud.fol. mihi 59. nu.1. incip.Sumus modo.]

152 Et licèt [tex.in cap. feudum, ea lege, ſi de feud.defunct. milit. & in cap.1.de feud.non habente propriam feudi naturam, probet, quòd conceſſio feudi cum pacto vt vaſſallus poſſit alteri dare, intelligatur in allodium, & non in feudum: hoc eſt, vt verba conceſſionis aliquid operentur; nam dum vaſſallus de iure communi poterat ſubinfeudare, iuxta [cap.primum.§.ſimiliter, de leg. Conrad.cap.1.§.ſi verò, qualiter olim poter.feud.alien.] vt verba conceſſionis aliquid operentur, intelligi debent, vt poſſit concedere in allodium, vt benè declarant [Iacob. de Belu.Bald.Aluar. & cæteri in d.cap.1.de feud. non hab.propr. feud.nat.]

Sed quia in Regno eſt prohibita ſubinfeudatio, & Baro poteſt tantùm excadentias locare, vt in conſtitut. conſtitutionem, & ibi Iſern. in verbo Iure proprio, & de Cap.Conrad. num.7.] ſequitur, quòd facta inueſtitura cum pacto, vt poſſit feudũ alijs dare, intelligitur per feudum, & non in allodium, vt optimè explicat [Iſern. in dict. cap.primo, de feud.non haben.num.4.latius Camer. in cap. Imperialem, fol. 29.lit.M.& ſeq.]

Præterea [textus in dicto cap. feudum ea lege, & in cap.primo, de feud.non habente propriam feudi natur.] ſunt intelligendi de prima infeudatione tantùm, & non extendendi ad alios caſus, vt probat [Roſental.de feud.cap.9. concl.38.num.6. & ſeq.& concl. 41.nu.22.& ſeq.]

Et ideò [Iſern. in cap. Imperialem num. 11. & ibi Aluarot. num.15.] & alij affirmant, quod data licentia vaſſallo, vt poſſit feudum alienare, ſiuè concedere, intelligi debet de vtili dominio feudi, & non de directo, de
153 quo non fuit cogitatum: & proinde conceſſa licentia Baroni, vt poſſit ſterilia feudi concedere ex licentia dicti regiſtri, intelligi debet per feudum, & non in allodium ſecundùm propriam rei naturam, & non mutata illius conditione, vt tenet [Camerarius in cap.Imperialem

fol.37.

fol. 37. liter.I. & fol.40.liter.K.] Tantò magis quoniam licentia dicti regiſtri eſt diſpenſatio quædam, quæ ſtrictè debet intelligi, vt probat [Anna de vaſſall. decrep. ætat. numer. 71. & 73.] membra enim debent ſequi naturam ſui capitis, [cap.non debet, 12. diſtinct. cap. cum non liceat,de præſcript.] & turpis dicitur pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo, capit. fin.de ſpon. duorum.

154 Neque dicatur, quòd etiam iure communi inſpecto de generali conſuetudine ſit permiſſum feudatario, vt poſſit feudi ſterilia concedere in emphyteuſim, vt teſtatur [Curtius de feud. quarta par. numer. 91.in fine.] Nam hoc dicitur in Regno correctum, dum Baronibus eſt prohibitum feudi demanialia alienare, & permiſſum tantùm excadentias locare, vt in [conſtit. conſtitutionem, vt benè etiam aduertit [Regens de Ponte de electione officialium. §.4. in principio.] & ideò in Regno fuit neceſſaria noua licentia Baronibus data ex dicto Regiſtro Imperatoris: cuius prouiſio fuiſſet fruſtatoria, ſi hoc idem eſſet eis permiſſum de iure communi feudorum, vt eſt [textus l. 2. C. quibus non ob. long. temp. præſcript.l.ſi quidem. Cod.de præd. minorum.]

155 Dictum uerò Napodani eſt ueriſsimum, in quibus rebus habeat locum quarta,num. 14.] ut res feudo reddititia ſit burgenſatica, & redditus feudalis; ſed loquitur in caſu ſatis diuerſo, iuxta capit. profectò quid iuris ſit, quando cum aſſenſu Domini alienatur feudum ſub natura allodiali ad cenſum, ſiuè ad libellum, ut benè etiam explicat [Loffredus in cap.1. de controu. feud.apud pares termin. fol.mihi 28.] & auctoritate Napodani Doctores noſtri de Regno lapſi ſunt in errorem, affirmantes ex licentia Regiſtri poſſe Barones ſterilia feudi concedere in allodium ſub natura emphyteotica, quòd iure cautum minimè reperitur, qui per multa media uidetur inclinare in mea opinione [doctiſsimus Regens Tapia in deciſio. 9. Sac. Conſilij num. 2. 9.& 12.] ad quem quando caſus acciderit pro ueritate, & eius auctoritate eſt recurrendum.

156 Offertur ſecunda quæſtio in ordine, An bona feudi ſterilia poſsint locari, nedum ad certam partem fructuum, ſed etiam ad ad redditum in pecunia, & iam demonſtratum eſt ſupra in quęſtione præcedenti in Regno non reperiri Regiſtrum Imperatoris Federici,cuius auctoritate concedūtur feudi ſterilia,& proinde recurrēdū eſt ad uerba DD.& præſertim Andr.de Iſern. feudorum patris,dum verba regiſtri recen-

ſet: & prima facie videtur dicendum poſſe Barones concedere ſterilia etiam ad redditum in pecunia.

Probatur auctoritate [Iſern.in conſtit.conſtitutionem, in verbo minuendis, dicentis, quòd feudatarius poſſit res parum vtiles de demanio feudi locare, vt plantentur, & portio fructuum reddatur domino in pecunia non tam modica, vt præſumi poſſit fraus: ergo patet poſſe fieri ſterilium conceſſiones etiam ad redditum in pecunia.

Secundo, etiam ſi verba dicti regiſtri expreſsè dicerent, quòd fiat conceſſio ſub certa portione fructuum; adhuc poſſet conſtitui redditus in pecunia. Probatur in conſtitut. Regni auctoritatem, vbi idem Imperator Federicus tribuit licentiam concedendi demanialia Curiæ ad certam portionem fructuum, & ibi Afflict. num. tertio intelligit dictam conſtitutionem, vt posſit fieri conceſſio etiam ad redditū in pecunia.

Tertio hoc idem fatetur Dominus Freccia auctoritate 19. quem refert, & ſequitur Ioſeph Cumia in repetitione cap. ſi aliquem, in verbo in capite, numer. 24. & ſequen. & ſimiliter Conſiliarius de Anna in ſuo conſilio 51.]

Vltimò affertur deciſio Sacri Regij Conſilij Præſid. de Franch. deciſ. 561. vbi refert poſſeſſores bonorum ſterilium fuiſſe per Sacrum Conſilium abſolutos, non obſtante prætenſa nullitate contractus: ex eo, quia locatio facta erat in pecunia, & non ad certam portionem fructuum.

Ex aduerſo validiores vrgent rationes. Et primò dum Iſernia huius regiſtri meminit in [capit. primo, in fine, an ille, qui interfecit fratrem domini ſui, & de Capit. Conrad. numero octauo] apertis verbis tenet, quòd res parum utiles feudi locentur ſub certa portione fructuum, & non in pecunia, & cum Iſernia conueniunt communiter [Doctores Paris de Puteo in ſuo tractatu de reintegratione feudi, folio mihi quarto, in capitulo incipiente Aliqua verba, num. nono, & decimo, Afflict. in conſtit. conſtitutionem, numer. 13. & 66. Capycius in ſua inueſtitura in uerbo feudorum alienationes, quarta limit. Camerarius in capit. Imperialem, fol. quarto. liter. P.] Vnde dum omnes iſti concludunt res parum utiles feudi poſſe cōcedi ad portionem fructuum, & non in pecunia; ex licentia dicti regiſtri, ipſius forma diligenter ſeruari debet [l. diligenter. ff. mandati, cap. prudentiam, de offic. deleg.]

Secundò locatio ad certam partem fructuum eſt ſatis diuerſa, &

ſa,& ſeparata à locatione ſub redditu in pecunia, vt probat [text.in l.ſi merces, §. vis maior, vbi Doctores ff.locati] nam portio fructuum non iure locationis,ſed quaſi ſocietatis iure debetur, & ſeparatorum ſeparata ratio reddi debet [l.inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbor. oblig.]

Tertio, licentia dicti Regiſtri eſt fundata in augmento feudi, vt res ſteriles ad culturam reducantur, ex qua cultura, vt experientia docet, in dies fructus augentur, quod non eſt in redditu in pecunia: vnde meritò eſt permiſſa locatio ad portionem fructuum,& non in pecunia, vt bene conſiderat [Anna in repet.de vaſſallo decrep.ætat. num. 64. & ſequen.]

Quartò, dum feudatario eſt interdicta alienatio demanialiũ feudi, & permiſſa locatio ſterilium, ex Regiſtro Imperatoris, iſta licentia dicitur diſpenſatio quædam, & proindè ſtrictè eſt intelligenda, & non extendenda de caſu ad caſum;vt probat [Anna loco cit.& Camer.in cap. Imperialem fol.5.lit. L. & probatur etiam in l. pupillorum. §. ſi prætor,vbi Alber.Bald. & cæteri, ff. de reb.eor.] & quòd non poſſit fieri locatio in pecunia, dum eſt permiſſa ad certam partem fructuum,eſt [tex.vbi gloſ.Luc. de Penn.& cæteri in l.Domini prædiorum,C.de agric.& cenſ.] & in hac opinione reſideo; & ſic fuit deciſum per Sacrum Conſilium, me patrocinante in cauſa Illuſt. Principis Ottaiani cum Vniuerſitate, & particularibus; licere ipſi Principi facere conceſſiones ad certam partem fructuum, non autem in pecunia, in banca Carbonis.

His ſic formatis, non obſtant in contrarium allegata. Et primò non obſtat auctoritas [Iſern. in d.conſtit. conſtitutionem, in verb. minuendis, vbi litera eſt corrupta, vt dicit Dominus de Franch. deciſ. 561. num. 3.] & patet manifeſtè: nam dum Iſer. in alijs locis loquiturde eodem regiſtro, vt in [cap. 1. in fin. an ille, qui interf.fratrem dom. ſui, & in cap. 1. num. 8. de Capit. Conrad.] ſemper fatetur, quòd res parum vtiles feudi locentur ad certam partem fructuum,& non in pecunia.

Secũdò corruit auctoritas Afflict.in conſtit. auctoritatem, dũ dicit poſſe recedi à forma mandati;dum illud, quod fit,eſt vicinum mandato: Nam, vt ſupra eſt demonſtratum,locare ad certam partem fructuum, & in pecunia non ſunt proxima, & vicina,ſed diuerſa,& ſeparata.

Ad Frecc.auctoritatem 19.& ſequaciũ reſpondetur;quòd contra ipſum tenet [Ann.de vaſſ.decrep.ętat.nu.61.& ſeq.]& moue-

tur ualidioribus rationibus: namdum eſt permiſſum Baroni locare res parum vtiles feudi ad certam partem fructuum: ex iuris diſpoſitione, cenſetur prohibita locatio in pecunia, vt probāt duo iura ſatis aperta [l.ſi merces. §.vis maior.ff.locati, & tex.in l.Domini prædiorum.C.de agric.& cēſ.] obſtant etiā regulæ diſpenſationis, vt non fiat extenſio de caſu ad caſum, vt plene eſt demōſtratum ſupra.

157 Ad vltimum argumentum facilis eſt reſponſio: nam in deciſione de Franch. 561. præſupponitur in facto fuiſſe factā conceſſionem ad certam partē fructuum condecentem, & territorio proportionatam. Et licet eſſet etiam redditus conſtitutus in pecunia, ille redditus erat vltra debitum affictus, & non conſiderabilis; tanto magis quoniam territoria conceſſa erant meliorata, & fructuoſa effecta, ſumptibus, & laboribus poſſeſſorum, & durum erat, quòd meliorationes cederēt in beneficium concedentis, & cum aliena iactura locupletari, & poſſeſſores decepti remanerent auctoritate Regiſtri Imperatoris [argum. tex. in d.conſtit. auctoritatem, & probatur in l. ſi. C.de alluuion.]

158 Abſoluta quæſtione prædicta, ſequitur tertia in ordine, An bona ſterilia fructuoſa effecta, & ad Baronem reuerſa, poſſint iterum concedi ſine debita ſolemnitate. Et pro parte affirmatiua probat [tex.in l.pater, §. quindecim. ff.de leg.3.] vbi ſi res prohi-

159 bita alienari, ſemel legitime eſt alienata, ſemper durat alienabilis; Et pro hac opinione videtur aſſentire [Regēs de Curte in ſuo diuerſorio feudali, in cap. incip. videndum fol.mihi 15.num. 57. & 58. Garzia Maſtr. deciſ. 99. & Alſan. coll.492.]

Secundò patet: nam ſi eſt facta alienatio rei demanialis cum aſſenſu Domini, vt teneatur in capite, & immediatè à Barone, ſi contingit feudum ad Baronem deuolui; poterit iterum concedere ſine alio aſſenſu, vt res excadentialis, & ſolita à Barone concedi: Probatur in [cap.2.de feu. Iſer.in cap. 1. circa fin. de cleric. qui inueſtituram facit, Afflict. in conſtit.conſtitutionem, nu.62.& deciſ.305.] & plenius eſt demonſtratum ſupra de feudo plano, & de tabula.

Tertiò eſt [tex.in l.ſciendum. §.fin.ff.qui ſatiſdar. cogan.] vbi ſi conuentus præſtat cautionē pro ſecuritate creditoris, licèt poſtea augeantur facultates, adhuc remanet ſalua cautio præſtita: & ſic ſpectādum eſt initium actus, & non curatur de caſu ſuperueniente. Et idem dicendum eſt, quòd ſufficiat rem feudi demanialem eſſe ſterilem tempore conceſſionis; nec erit in conſide-

ratio-

ratione, an ex poſt facto fructuoſa, ſiue vtilis efficiatur: nam factũ legitimè non debet retractari ex caſu ſuperueniente [cap. factum, legitimè, de regu. iur. in 6.]

160 In contrarium affertur punctualis deciſio [Abb. in cap. vt ſuper, num. 11. de rebus eccleſ. non alien.] vbi dicit, quòd ſi eſt conceſſa res ſterilis ab Eccleſia ad meliorandum, re illa ad culturam redacta, & deinde ad Eccleſiam reuerſa, non poterit de nouo concedi ſine debita ſolemnitate, & ceſſante cauſa ſterilitatis, debet etiam ceſſare ipſius effectus [cap. cum ceſſante, de appellat. quem ſequitur Curt. de feud. 2. par. nu. 10.]

Opinio Abbatis probatur in [l. non tantùm. §. eos. ff. de excuſ. tut.] vbi, licèt alicui competat excuſatio à tutela ratione paupertatis, auctis deinde facultatibus, ceſſat dicta excuſatio. Et hoc idem probatur in [cap. ſugeſtum, de decim.] Similiter ceſſat excuſatio munerum, ex eadem ratione [l. his honoribus. §. auctis. ff. de vacat. muner.] Ita dicimus in licentia Baroni data auctoritate Regiſtri Imperatoris concedendi demanialia feudi ſterilia, vt ei in tantùm ſit tributa facultas, quouſque bona demanialia feudi ſunt ſterilia: ſed illis fructuoſis effectis, ceſſat ratio regiſtri fundata in augmentũ feudi, & licentia erit temporalis, & non perpetua [l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honor.] Et ſubſtinẽdo opinionem Abbatis, non obſtant in contrarium allegata.

Et primo non obſtat §. quindecim, quòd res ſemel legitimè alienata, ſemper duret alienabilis: nam ille §. procedit quoties prohibitio eſt perſonalis, facta certis perſonis: ſecus ſi prohibitio eſt facta ratione rei, vt eſt in feudo alienari prohibito per leges Lotharij, & Federici; ac etiam iure Regni; ita [Bart. in l. peto. §. à fratre, num. 2. & 3. ff. de lega. 2. reſpondet ad d. §. quindecim; ſequitur Paul. de Caſtr. in l. voluntatis, num. 7. C. de fideicom. cum cæteris cumulatis per Ripam in l. filiusfamilias. §. diui, num. 64. & ſeq. ff. de leg. 1.]

Non obſtat ſecundum argumentum, quòd res demanialis cum aſſenſu alienata, ſemper durat alienabilis, & ad Baronis collationem: Quia eadem res ſemper permanet in eodem ſtatu; ſecus eſt in caſu noſtro, in quo mutatur rei conditio, & de re ſterili, fit fructuoſa: & meritò ceſſante cauſa, debet etiam ceſſare effectus: & cui non couueniunt verba legis, nec etiam adaptari debet legis diſpoſitio [l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Et ita intelligendus eſt Patruus meus hic nu. 197. & 204. qui videtur tenere contrarium.]

Ad

Ad tertium argumentum [l. ſciendum.§.fin.ff.qui ſatiſd.cog.] Reſpondetur, quòd non curatur caſus ſuperueniens: quia paupertas, & diuitiæ debitoris tendunt ad eundem effectum, pro ſecuritate creditoris: ſecus ſi tenderet ad diuerſos effectus, Ita [Barto. Paul.de Caſtr.& cæteri declarant dictum §.fin.] Sed in caſu noſtro feudi ſterilitas, & vbertas tendunt ad diuerſos effectus, cum ſterilitas validet feudi conceſſionem auctoritate regiſtri, vbertas irritet: meritò cauſa ſuperueniēs eſt in conſideratione.

161 Quartò, eſt quæſtio an regiſtrum Federici Imperatoris extendatur ad iura inutilia feudi. Et pro parte affirmatiua conſuluit [D. de Anna conſ. 51. Sed ego valde dubito: nam regiſtrum dat facultatem Baroni res parum vtiles feudi locandi ad certā portionem fructuum, vt [Iſer.in cap. 1. in fin.an ille qui interf. fratr. dom.ſui,& in cap. 1. num. 8.de Cap. Conrad. & in conſtit. conſtitutionem, in verb. minuendis:] quæ verba regiſtri ab Iſern. relata non poſſunt applicari ad iura feudi; & cui non conueniunt verba legis, nec ei poteſt adaptari legis diſpoſitio [l.4.§.toties.ff.de damn. infect.] & extenſio fieri debet ſecundum poſſibilitatem verborum, & non aliter, vt probat [Alber.in l. beneficium, nu. 13.ff.de conſtit.Princip.]

Amplius prouiſio dicti regiſtri circa feudi ſterilia, dicitur diſpenſatio quædam ſtricti iuris, non extendenda de caſu ad caſum, vt probat [Ann. in repetit. Capituli de vaſſall. decrep. ætat. num.73.Camer.in cap.Imperialem,fol.5.lit.L.]

162 Præterea, vbi fit extenſio de re ad rem, & de caſu ad caſum, dicitur fieri per fictionem, & nō ſecundūm naturalem veritatem docet [Bart.in l.ſi is qui pro emptore,nu.43.& ſeq.ff.de vſucap.] ſed verba ſunt intelligenda in caſu vero, & non ficto [l. 3. §. hæc verba.ff.de neg.geſt.l. fin. C. de his qui ven.ætat.]

163 Probatur etiam: nam prout aſſenſus hominis non recipit extenſionem de re ad rem [Iſer. in cap.1.num. 11. qui ſucceſſ. ten.] idem dicendum erit in aſſenſu legis, vt probat [Camer.in c.Imperialē, fo.51. lit.S.] & ideo licen-

164 tia regiſtri, q̄ loquitur in terra parum vtili, concedenda ad partem fructuum, non erit extendēda ad iura feudi. Relinquo tamē peritioribus cogitandum.

165 Vltima erit quæſtio, an credatur Baroni aſſerenti bona demanialia feudi eſſe ſterilia, abſq; alia probatione. Et pro parte negatiua affertur [text.in l.ſi fortè,& in l.caſtrēſe.ff.de caſtr.pec.] vbi patet, quòd non creditur filio familias aſſerenti bona eſſe de peculio caſtrenſi, prout non creditur

ditur tutori in diſtractione rerũ pupillarium [l.magis puto. §.non paſſim.ff.de rebus eorum:] bona ergo ſterilia dicuntur demanialia feudi, vt [Iſern.de cap. Conrad. num.8.& in conſtit. conſtitutionem,in verb.minuendis] & Baro locat tantùm excadentias, vt in conſtit.conſtitutionem: & in tantum alienat demanialia,in quantum ſunt ſterilia, ex regiſtro
166 Imperatoris: ideò illa qualitas ſterilitatis eſt probanda [l. fin.C. de alen. lib. cap. ſuam de ordin. cogn. & ita tenet Capyc. in ſua inueſtitura, in verb.feudum dant fol.mihi 145.concluſ.14.] Fallit niſi eſſemus in facto antiquo, ſecundùm [Capycium loco cit.ſed vide Dominum Lanarium Patruum meum, hic num. 164. & ſequen.]
167 Explicatis quæſtionibus prędictis, videamus modo an res feudo redditiτia,dicatur feudalis, vel allodialis: & iam diximus ſupra bona feudo redditiτia dici poſſe multis modis: & primò quando alienentur ſub natura burgenſatica ad cenſum, ſiue ad libellum,iuxta cap.1.§. profecto, quod ius ſit, & hoc caſu res feudo redditiτia dicitur allodialis,vt probat [textus in d. §. profectò. vbi DD.Napod. in quibus rebus habeat locum quarta, num. 14.] cum alijs ſupra citatis.Verùm in hoc Regno raró, aut nunquam reperiũtur alienata feuda ſub natura cenſuali,vt teſtatur [Afflict. in §. ſi quis per triginta, in 6.notab.in fin.ſi de feud.defunct.mil. & hoc idem affirmat Capyc. in repet.c.Imperialem,fol.mihi 26.
168 Secundò, res parum vtiles feudi ex regiſtro Imperatoris Federici concedi ſolent etiam in allodium,ſub natura emphyteotica,ſecundùm opinionẽ [Frecc. auctor.19.Camer. in cap. Imperialem,fo.14.lit.A. & pleniùs per Regentem de Ponte de poteſtate Proregis, de electione officialium,§.4.]

Sed ſecundùm noſtram opinionem res parum vtiles feudi non poſſunt concedi ſub natura burgenſatica,ſed tantum in feudum, vt ſupra latè demonſtrauimus: & ſic bona feudo redditiτia poſſunt eſſe nedum burgenſatica,ſed etiam feudalia, præſertim excadentialia,quæ non aliter à Barone conceduntur, niſi ſub ſolito,& conſueto ſeruitio,ſecundùm propriam naturam feudalem,vt probatur in [conſtit. conſtitutionem,vbi gloſ.& Doct.]
169 Verùm,licèt bona feudo redditiτia regulariter dicantur burgenſatica,prout à maioribus noſtris appellãtur;nihilominus duo continent in ſe ſpecialia: Primò, quia licèt ſint burgenſatica: redditus tamẽ, quia loco rei eſt ſubrogatus,dicitur feudalis,iuxta dictum [§.profectò,vbi omnes,Camer.in cap.Imperialem, fol. 39. lit.

lit.O.Frecc.auctor.5.num.18.& de feudis planis,& de tabula, nu. 5.23.& 29.Afflict.deciſ.232.nu. 8.& hoc idem fatetur Iſern. in d. conſt. conſtitutionem, in verbo tranſactionis.

170 Secundum ſpeciale eſt in his bonis reddititijs feudi, quod quamuis allodialia, non poſſunt alienari ſine aſſenſu Baronis, vt tenet [gloſ.Iſern.& Afflict.in conſtit.ſi quãdo contingerit, Camer. in cap.Imperialem, fol.39 & 40. & de Ponte de electione officialium §.4.]

171 Si ergo ſub feudo poſſunt cõtineri bona burgenſatica reddititia ſub diuerſa natura, & cẽſuali,& emphyteotica,pulchrum eſt quærere,an in dubio bona feudo redditia præſumantur emphyteotica,vel cenſualia. Iſta quæſtio non reperitur deciſa per cõſuetudines feudales: ideò recurrendum eſt ad ius Romanum: quo iure attento, potius iudicari debet cenſualis, quàm emphyteotica, vt probat [Alber. in l.2. num. 13. C. de iur. emphyt. latè cæteros cumulat Menoch. lib.3. præſump.106.Capyc.deciſ.103. & in cap.Imperialem,fol.26.plenius Regens de Ponte d.§.4.de elect. official.]

172 Quod tamen intelligendum eſt vbi bona ab antiquiſſimo tẽpore fuerunt feudo reddititia, & non conſtat de prima conceſſione facta: vnde ſi poterit apparere dicta bona teneri à Barone; eo caſu potius iudicãda erunt emphyteotica,quã cenſualia, ſecundùm deciſionem [Afflict.129.& in §.ſi quis per triginta, in 6. notab. in fin. Capyc.deciſ.103. vbi ita reſpondet dictæ deciſ.Afflict. 129.& ita etiam Regens de Ponte de elect. official. §. 4.] & hoc probatur etiam in conſtit.ſi quãdo contigerit, vbi gloſ. & Iſern. tenent, quòd bona feudo reddititia non poſſunt alienari ſine aſſenſu Baronis: ergo iudicanda erunt emphyteotica: quoniam, ſi eſſent cenſualia. non eſſet neceſſarius aſſenſus Baronis: nam per contractum cenſualem, in recipientem omne dominium eſt tranſlatum [d. cap. conſtitutus,de relig.domib.latiſſimè Regens Tapia meus dominus omninò videndus,qui tenet pro mea opinione in deciſ. 9.nu.3.& 4.]

173 Supereſt videre in quibus bona feudo reddititia differũt à ſubfeudis Baronum; quæ licèt feuda minima appellentur, vt ſupra diximus loco ſuo; tamen adhuc
174 iudicatur de eis ſecundùm conſuetudines feudales, vt [gloſ. & DD.in §.notandum,de his,qui feud.dar.poſſ. Luc. de Penn.in l. quicunq; col.3. C. de omni agro deſer.Frecc.auctor.39.num.5. & de feudis planis,& de tabula, nu. 29.Afflict. in rubr. de feud. non habente propriam feudi naturã, Dom.de Ponte lect.14.nu.19.]

Sed

175 Sed bona feudi reddititia regulariter ſunt burgenſatica, & ideò contribuunt in collectis; & de his iudicatur ſecundùm leges Romanorum, vt dicit [Luc. de Penn. loco citato, Capyc. in ſua inueſtitura, in verbo vaſſallorum redditibus, Frecc. in tit. de feudis planis, & de tabula, num. 5. & 29. Afflict. in §. plauſtrorum, nu. 41. quæ ſint regalia, & in conſtit. cõſtitutionem, num. 70.] & prout bona burgẽſatica differunt à feudalibus, ita etiam diſtant bona feudi reddititia à ſubfeudo Baronis.

Sunt tamen Doctores, qui ponunt bona reddititia feudi pro feudis planis, & de tabula, & tanquam ſynonima appellant; videtur eſſe de mente [gloſ. in conſt. vt de ſucceſſionibus, in princ. Capyc. in cap. Imperialem, fol. mihi 26. verſ. primum eſt, Frecc. in tit. differentiarum feudi quaternati; & plani, num. 14.] & in hoc vidi peritiſſimos errare, ſed reuera feuda plana, & de tabula valde diſtant à bonis feudo reddititijs, nam feuda plana, & de tabula iudicantur ſecundùm conſuetudines feudales, & retinent naturam, & ſubſtantiam veri feudi; vt eſt probatum: Bona verò, pro quibus præſtatur redditus panis, carnis, & ſimilis; regulariter ſunt burgenſatica, & in eorum ſucceſſione, & collectis ſeruatur ius commune Romanorum: Ita ſe declarat [gloſ. prædicta in conſt. vt de ſucceſſionibus, Luc. de Penn. in l. quicunque, col. 2. verſ. ſunt alia feuda. C. de omn. agro deſerto. Freccia in titu. de feudis quaternatis, & planis, nu. 5. & 29. Capyc. in verbo vaſſallorum redditibus, & in verb. feudatariorũ immunitas, Afflict. in §. plauſtrorum, num. 41. quæ ſint regalia, & in conſtit. conſtitutionem, num. 70.] ſed quia bona reddititia sũt in territorio Baronum, non alienantur ſine ipſorum aſſenſu; largo modo, & impropriè dici poſſunt feudalia. Et iſta ſunt notanda pro vera cognitione terminorum,

Et vltimo, vt nihil curioſitatis intactũ relinquam, poſſet quæri an cap. ex præſumptuoſæ, habeat locum in ſubfeudis Baronum, & in feudis planis, & de tabula, & ex generalitate verborum prædicti cap. videretur dicendum, quod ſic: attamen teneo contrarium, ex doctrina [Marin. Frecc. lib. 3. de differen. inter feudum quaternatum, & planum, num. 21. qui dicit, quod ita audiuit fuiſſe iudicatum, domini Regentis de Ponte de poteſtate Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 6. fol. 204. nu. 42. & 43. Bambac. in cap. 1. ſi de feu. defunct. milit. §. 1. q. 2. cap. 50.] & ego addo deciſionem punctualem Regiæ Cameræ in cauſa inter Regium Fiſcum cum Illuſt. Marchione Vici vtili domino

no Terræ Montisfuſcoli, & caſalium, qui, dum ob mortem Ioan. Federici Raſcichæ olim Baronis Caſalis S.Petri à Delicati ſubfeudi prædictæ Terræ Montisfuſcoli conceſsi à Baronibus prædeceſſoribus, mediantibus legitimis aſſenſibus ſine legitimo ſucceſſore in feudalibus, cepiſſet poſſeſſionem vigore cap. prædicti, & prædictus Marchio prætenderet, quòd ad ſe ſpectaret; tandem facta longa diſcuſſione, fuit ordinatum Caſale prædictum ſpectare, & ſpectauiſſe tanquam deuolutum prædicto Illuſtr. Marchioni, & diſſequeſtrari poſſeſsionem in eius beneficium, vt in banca de Felice, fol. 113.

Verùm quia in hac nôſtra vtili, & copioſa additione ad Repetitionem Regentis Lanarij patrui mei pleniſsimè eſt demonſtratũ, quot modis dici poſsit feudum quaternatum, tam ſimpliciter, quàm ſecundùm quid: & inſuper qualiter formetur feudum planum, & de tabula, & in eſſe deducatur, & quot modis poſſit dici res feudo reddititia; reſtabat pro complemento materiæ nouas excitare quæſtiones, An bona
176 gentilitia, quæ numeroſa ſunt in Prouincia Aprutij, dici poſsint feudalia, vel allodialia, & de eorum natura, & eſſentia diſſerere, in dies enim oriuntur inter Barones, & poſſeſſores bonorum lites, & controuerſiæ, quæ legibus Regni terminari non poſſunt, dũ leges non habemus, quæ de his bonis diſponunt, & maiores noſtri perpauci ſunt, qui de his verba faciunt, exceptis [Viu. in deciſ. 515. & Hieronym. de Roſis, qui conſilium edidit inter dictas deciſiones, inſertum poſt deciſionẽ 225.] Viri iſti, & ſi doctiſſimi ſunt, non tamen multum verſati in hac feudali ſcientia, & ideò ſolebat dicere [Ann. in repet. Capituli primi de vaſſallo decrep. ætat. nu. 82.] non omnis doctor ſcit feudalia iura: & tempore Romanorum, dum Scęuola Iureconſultus de iure prætorio interrogabatur, ad freſium, & Caſtellum, qui huic ſcientiæ dediti erant, Conſultores remittebat, teſte [Piſanel. in ſuo reſponſ. poſt repetitiones Canneti compilato nu. 1.] Ego verò altiùs, & pleniùs ad faciliorem rei cognitionem, conſiderandum putaui bona iſta
177 appellata fuiſſe gentilitia, ideſt nobilia: legimus enim in Codice Henrici IV. Regis Francorũ, titulum de prædijs gentilitijs, ſiuè nobilibus, quę feuda dicuntur ita etiam [Franciſcus Ottomanus in commentario verborum Iuris in verb. gentilis: & eandem interpretationem ſequitur Frecc. in tit. de antiquo ſtatu Regni, num. 67. & ſeq.]

Sed inſurgit difficultas non modica, quomodo gentilia dici poſſunt nobilia, dum [Luc. de Penna

Penna in l.mulieres, col.2.C.de dignit.] contendit etiam feuda quaternata ad collationem Regis non poſſe dici nobilia, neque paradoginm, ſiuè nobilitatem conferre poſſe, ſi vaſſallos non habeat; quem ſequitur, & refert [Affliƈt.in cap.1.num.10. & ſeq. quis dicatur Dux.]

178 Putarem reſponderi poſſe, gentilitia dici bona gentilium perſonarum;ad differentiam bonorum burgenſaticorum, quæ per burgenſes, ſiuè villanos poſſidentur, vt [Bald. in præludijs feudorum num.55. ibi Iaſ. num. 119. Vel poſſet dici, quod quam-

179 uis bona gentilitia nō ſint feudalia, ſed rebus feudo reddititijs comparanda; nihilominus negari

180 non poteſt, quin redditus ſit feudalis, iuxta [cap.1.§. profeƈtò, quid iuris ſit] & latiùs infrà demonſtrabitur: & in hunc ſenſum gentilitia dici poſſunt, ſi non nobilia, ſaltim minus nobilia, etiam ſi à Barone recognoſcantur, vt [gloſ.in conſtit. vt de ſucceſſionibus, in principio, Capyc. in ſua inueſtitura, in verbo feudum minus nobile, præſertim ſi gentilitia ſunt antiqua, vt plenè eſt diƈtum ſupra de feudo quaternato ad Regis collationem.

Verùm pro perfeƈta iſtorum bonorum cognitione, & ad ſciendam ipſius naturam, & eſſentiā, principaliter videndum erat, an gentilitia dicantur bona feudalia, vel allodialia: nam ex reſolutione iſtius quæſtionis, de facili poterunt determinari controuerſiæ, quæ occurrunt inter Barones cum poſſeſſoribus gentilitium.

181 Hieronymus de Roſis in allegato conſilio eſt in opinione, quòd bona gentilitia in effeƈtu ſint feuda plana, & de tabula, quæ à Barone tenentur: & eius opinio poſſet firmari ſequētibus rationibus.

Non eſt dubium, quòd feuda plana, & de tabula dicantur minima, conſiſtentia in paruis territorijs, vt [gloſ.prima in conſtit. vt de ſucceſſionibus, Luc. de Pen.in l. quicunque, col.3. C.de omni agro deſerto, & in l.2.C.de fund.limit.Camer.in cap. Imperialem, fol. 72.lit.K.] ita etiam ſunt bona gentilitia: ergo.

Secundò, ſubfeuda Baronum non aliter conceduntur, quam ſub ſolito, & conſueto ſeruitio, vt in conſtit.conſtitutionem, ſimiliter gentilitia ſunt feudo reddititia, & Baroni correſpondent de annuo redditu, & ſeruitio, vt infrà pleniùs demonſtrabitur: ergo.

182 Tertio feuda plana, & de tabula non alienantur ſine Baronis aſſenſu [Gloſ. in conſtit. conſtitutionem, in verb. licentia, Affliƈt. deciſ.243. Camerar.in cap. Imperialem, fol. 67. 71. & 73. Frecc.auƈtor.1.& in tit. differentiarum inter feuda quaternata, & plana, different.2.] ità etiam in

alienatione bonorum gentilitiũ debet adeſſe aſſenſus Baronis, cui de conſuetudine in Aprutio ſoluitur etiam certa pars pretij in actu alienationis: ergo vbi militat eadem ratio idem ius reddi debet [l.illud.ff.ad leg.Aquil.]

183 Quartò bona gentilitia Baroni deuoluuntur ob lineam finitam; quo caſu, nullo iuris ordine ſeruato, Barones de facto procedunt: ſimiliter ſubfeuda excidunt Baroni, vt [gloſ. Iſern.in conſtit.poſt mortem, Afflict. deciſ.282.in fin.Frecc. auctor. 29.] ergo bona gentilia ſub feudorum iure à Baronibus teneri fatendum eſt.

In contrarium, quòd bona gentilia nullo modo dici poſſunt feudalia, ſiuè inſpiciamus originem, ſiuè ipſorum progreſſum, apertisſimè demonſtratur, Dom. Frecc. Iurecõſultus doctisſimus,

184 & antiquitatis Regni fidelis Interpres in tit.de antiquo ſtatu Regni, num.65.& ſeq. teſtatur gentilia vſu cępiſſe in Aprutio anno Domini 874.& à Comitibus Pẽnæ inſtituta, quo tempore contractus feudalis in Regno nedũ erat cognitus, immò frequẽtiſſimus: nam licet feuda ſint nomina noua, & tempore Romanorum incognita, teſte [Iſern. in prælud. feudorum quæſt.2.] & à

185 Regibus Longobardorum à Germania in Italiam introducta, ſecundùm [Frecc. de orig. feud. num. 56. & ſequen. prout latè idem fatetur Roſental. de feud. cap.1.concluſ.8. nihilominus Reges Longobardorum dominari ceperunt in Italia anno Domini 568. & eorum Imperium durauit per annos 200. in circa, & feudum extinctum in perſonam Regis Deſiderij, debellati à Carolo Magno, vt notiſſimum eſt apud Hiſtoricos, & illo tempore conſtat feuda vſu fuiſſe in Regno, & non apparet gentilitia in feudum fuiſſe conceſſa: ſequitur, quòd liberè ſine onere feudali iudicanda ſunt, omne enim prædium, ſua origine inſpecta, liberum præſumitur [l. fin. ff.de ſeruit.l.altiùs.C.eodem.] Dare enim in feudum eſt quid facti, probat text. in cap. 1. quis dicatur Dux, ibi per feudum inueſtitus, docet hoc Iſern.in quibus cauſis feud. amitt.num. 15. Camerar.in cap. Imperialem, fol. 41. liter. D. & ſequen. Frecc. auctor.5. num.9. Dominus de Ponte lect. 14. nu. 19.& facta non prę ſumuntur niſi probentur, l.in bello, §.facta.ff.de capt.& poſtlim.reuer.continet in ſe feudum ſeruitutis ſpeciem, vt Iſer.Bald.& cæteri in cap.2.ſi de feud.defunct.mil. & ſeruitus non habet cauſam naturalem niſi cõſtitutam, vel præſcriptam, vt dicit [Bald.in cap omnes, num.21. de conſtit.] ſequitur, quòd bona gentilitia, etiam origine inſpecta, feudalia dici non poſſunt.

Neque

Neq; illo tpe anno ſalutis noſtræ 974. Comitibus Pennæ poterat eſſe obſtaculũ cõſtit. Regni,cõſtitutionẽ diuæ memoriæ,qua fuit reſtricta poteſtas infeudãdi: nã illa cõſtitutio fuit ędita ab Imperatore Federico II.qui dominabatur in Regno anno Dñi 1230. & ſic tpe quo gentilitia conſtituta fuerũt vſu foreſi, vrgebãt tm̃ cõſuetudines feudales, quo iure poterãt Comites, & Duces feuda dare[c.1.quis dicatur Dux,c.1.de his, qui feu. dar.poſſ.] non.n. cõſtat gẽntilitia in feudũ conceſſa: ergo ſequitur,ꝙ feudalia dici non poſſint.

186 Secundò teſtatur Frecc. loco cit. Bona gẽtilitia fuiſſe inſtituta libera abſq; vllo onere, prӕterquã à reddi-tu debito cõcedenti sm̃ ſeriẽ cõceſſionis:ſed de natura feudorũ eſt, vt veniant onera, & ſeruitia, ẽt ſi nihil ſit dictũ in cõceſsione,& bona feudalia libera dici nõ poſſunt, dum in ſe continent ſeruitutis ſpeciem, vt [Iſern. Bald. & cæteri ſequuntur in cap.2.de his,qui feud.dar.poſſ.] ergo gentilitia non ſunt feudalia.

187 Tertio Bona gẽtilitia de generali conſuetudine in Prouincia Aprutij ſoluũt collectas,& ponũtur in appretio:feuda verò plana,& de tabula nõ cõtribuunt in collectis, quia nõ pñt à Barone concedi, niſi ſub ſolito, & cõſueto ſeruitio,vt in cõſt. conſtitutionẽ:& eadẽ ratio,q̃ militat in feudo quaternato, nè res duplici onere grauetur, ꝓcedit ẽt in ſubfeudo Baronis. Tãtò magis,qm̃ in cap.Regni porrecta, bona oĩa feudalia ab appretio ſeparentur;& qui dat oẽ,nihil excludit [l.à Procuratore,vbi gl.C. mandati;& feuda plana,& de tabula non eſt dubium,ꝙ ſunt feudalia, & iure feudali cenſetur, vt eſt plenè dictum ſupra de re feudo redditicia.

Quòd aũt feuda plana,& de tabula ſint libera à collectis, tenet apertè [Luc. de Penn. in l.quicunq; col.2. verſ.ſunt ẽt alia feuda,C.de om.agr. deſer. & in l.agros, q.3. C. de fund. limitr.quẽ refert,& ſequitur Par. de Put.in tract. reinteg.feud.in c.incip. Viſo quę ſit natura rerum feudaliũ, n.5.& ſeq.fo.mihi 13.Capy. in inueſtitura,in verb.vaſſallorũ redditibus & in verb.feudatariorũ immunitas, in fi.Affl.in §.plauſtrorũ,nu.35.quæ ſint regalia, & in cõſt. cõſtitutionẽ, n.70. & Loffred.in d.§.plauſtrorũ ſe remittit ad Paridẽ loco cit.] & ita ſeruatur in Regno, & præſertim in Prouincia Calabriæ, vbi ſubfeuda Baronum ſunt multa.

Verũ eſt,ꝙ Frecc.in hac quęſt.fuit dubius,vt videri põt in tit.differentiar.feudi quaternati, & plani, n.14. Sed ceſſare debet omne dubiũ:vt ẽt ſi non extaret Capitulum Regni, adhuc iure commui inſpecto, bona feudalia ſeruari debẽt franca à collectis, vt tenet [Iacob.de S.Georg. in tract. de homag. nu. 41. Alber. Brunus conſ.103. nu.2.]

188 Et licet Ann. ſing.92. & alij teneant, ꝙ ẽt pro bonis feudalibus, q̃ à Baronibus recognoſcũtur, debeãtur collectæ, ſunt intelligẽdi in bonis feudo redditijs, quæ largo modo ẽt dici poſſunt feudalia, dum sũt in dñio Baronũ, & ab ipſis recognoſcuntur;docet[Luc.de Pen. in l.quicunq;col.2.verſ. ſunt alia feuda. C.

Q 2 de

de omni agr. deſert.Capyc.in verb. feudatariorũ redditibus, & in verb. feudatariorũ immunitas, Affl. in §. plauſtrorũ,n.41.q̃ ſint regalia, & in conſt. conſtitutionẽ, n.70. Frecc.in tit.differentiar.feudi quaternati, & plani,n.5.& 29.] ergo ſiuè attendamus originẽ bonorũ gentilitiũ, ſiue ipſorũ progreſſum, vtroq; caſu feudalia minimè appellari poſſunt.

Quartò feuda plana, & de tabula duobus modis ſolent conſtitui: vel quia feudi demanialia cõceduntur cũ Regio aſſenſu tenẽda in capite,& ĩmediatè à Barone,vel quia ab antiquiſs.tpe ſũt ſolita in feudũ cõcedi, & excadẽtiarũ iure tenẽtur, & dum iſta applicari nõ pñt bonis gẽtilitijs, ſequitur,ꝙ prout gẽtilitia,& Baronũ ſubfeuda nomine differũt,ẽt effectu ſeparari debeant [l.ſi idem; C.de cõ dic.] & cui nõ conueniunt verba legis;nec ẽt poterit adaptari legis diſpoſitio [l.4.§.toties.ff.de damn.inf.]

189 Verũ,quia bona gẽtilitia ſunt in territorio Baronũ,eorũq; dñio, non alienãtur ſine ipſorũ aſſẽſu, eiq; deuoluũtur,& tñ nõ ſũt feudalia,vt eſt

190 demõſtratũ;ſequitur, ꝙ bona gẽtilitia dñr feudo reddititia,ꝓbat[Luc. de Penn.in l.quicũq; col. 2. verſ.ſũt alia feuda.C.de om.agr.deſer. Capy. in iuueſt.ĩ verb. vaſſallorũ redditib. & cõcedẽti correſpõdere ſolent de redditu,vt [Frec.de antiq.ſtatu Regni,n.67.Viu.dec.515.] & non ſolũ Baroni correſpõdent in redditu, ſed ẽt qñ alienantur gentilitia, & Baro ſuũ ꝑſtat aſſenſum, ſoluitur ei certa pars pretij,& ita ſeruatur de cõſuetudine in Prouincia Aprutij.Ideo bona gentilia non ſub feudorum iure tenentur,ſed vti bona reddititia feudo iudicanda erunt.

Veriſimile eſt.n.ꝙ inſtitutis bonis gẽtilitijs,illiſq; in eſſe deductis, fuerint deinde ea per Reges Baronibus conceſſa,vt ab eiſdẽ recognoſcãtur, nõ mutata eorũ prima origine allodiali:Vel ẽt dici poſſint gẽtilitia aliquando origine fuiſſe feudi ſterilia, & per Barones conceſſa ſub annuo redditu;cum iſtis,& alijs modis bona dicantur feudo reddititia, vt eſt demonſtratum ſupra loco ſuo.

191 Ex qua concluſione ſic firmata multa notabilia colligi poſſunt. Et primò, ꝙ bona gentilitia, vti feudo reddititia regulantur, ſicut burgenſatica, licet eorũ redditus ſit feudalis.Probatur in c.1.§.ꝑfectò,quid iuris ſit.Napod.in tit.in quib. reb. habeat locũ quarta,n.14. Camer.in c. Imperialẽ fo.39.lit.O.D.de Ponte

192 cõſ.11.vol.1.] & ꝑinde ſequitur, ꝙ Barones nõ valeãt remittere redditũ ẽt vnius gallinæ ſine ſpeciali licentia Regis,ita[Iſer.in conſt.cõſtitutionẽ,in verb.tranſactionis,Frecc. auct.5.nu.18. Affl.deciſ.232.nu.8.]

Secũdò noto, ꝙ gẽtilitia,vti feudo reddititia,& burgenſatica, teneãtur ad ſolutionẽ collectarũ, vt ſupra eſt demonſtratũ; deducto tñ onere debito Baroni:& ità ſeruatur in Aprutio,vbi bona gentilitia ſunt deſcripta in appretio,ſeparato tamen à cæteris bonis burgenſaticis.

193 Tertio in ſucceſſione iſtorum bonorum gentilitiorũ ſeruatur ius cõe Romanorum.Ita [Luc. de Pen.in l. quicunq; col.2.verſ.ſunt alia feuda.

C.de

C.de omni agro deſerto, Frec.in tit.differ.feudi quaternati, & plani,n.5.& 29.Capyc.in ver.vaſſallorum redditibus,Affl.in §.plauſtrorũ,n.41.quę ſint regalia,& in conſt.conſtitutionẽ,nu.70.Verũ receditur à iure cõi Romanorũ, ſi aliter conſtaret de loci cõſuetudine,vt fatetur ſeruatum[Frec. in S.C.loco cit.nu.5.& hoc idem Viu.deciſ.515.& ſimiliter Hier. de Roſis in ſuo allegato conſil.]

194 Vltimo noto,ꝙ licèt bona gẽtilitia ſint feudo reddititia, & à Barone recognoſcãtur,nõ ſub natura feudali,ſed burgẽſatica, adhuc alienari non pñt ſine aſſenſu Baronis,vt[gl.Iſer.& Affl.in cõſt. ſi qñ contingerit,Camer.in c.Imperialẽ,fo.39.& 40. ita ẽt de Põte in ſuo tract. de poteſt. Proreg. in tit.de elect.official.§.4.]

Non tñ negarẽ, ꝙ ſi legitimè conſtaret de cõceſſione bonorũ gentilitiũ ſub natura feudali, & à Barone ſub feudorũ iure teneri; iſto caſu ſm̃ cõſuetudines feudales eſsẽt iudicãda;Opinio noſtra,

195 ꝙ bona gentilitia nõ feudalia, ſed feudo reddititia dicantur, intelligenda eſt quoties nõ apparet de prima cõceſſione in feudũ,ſed ab antiquiſs.tpe fuiſſe poſſeſſa cũ onere ſolutiõis collectarũ;licẽt in territorio,& ſub diſtrictu Barõię.

His ſic firmatis,de facili ſoluuntur argumẽta in cõtrariũ allegata.Et primò nõ obſtat.quòd ſubfeudadicãtur feuda minima, con ſiſtẽtia in paruis territorijs: nam hoc eſt regulare, aliqñ verò etiã ſubfeuda cõſtituuntur in magnis tenimentis,vt[Frec.auct.29. n.2. in fi. de Pont.lect.14.n.19.Ann. cõſ.51. magna,& parua territoria ſpecie non differunt [l.fin.ff.de fund.inſtr.leg.] Sed pũctus eſt an in feudũ, vel in allodiũ teneãtur.

Sm̃ argumentum corruit,qm̃, licèt gẽtilitia Baroni correſpondeant in redditu; non per hoc ſequitur, quòd feudalia dicantur: feuda.n.nõ redditu,ſed fidelitate in eſſe deducũtur [§. fi. per quos fiat inueſt.cap.1.de forma fidel.]

Ad 3. argumẽtum rñdetur:nã etſi in alienatione bonorũ gẽtilitiorum ſit neceſſarius Baronis aſſenſus; de neceſsitate non infertur, quòd feudalia dicantur: qm̃ bona reddititia etiã non alienantur ſine Baronum licentia,vt [gl. Iſern.& Afflict.in cõnſtit. ſi quan do contigerit] & tamen non feudalia,ſed allodialia dicuntur.

Vltimũ argumentũ nõ obſtat; nã licèt gentilitia ſoleant Baroni excidere,non ſequitur, quod ſint feudalia,qm̃ emphyteotica, liuellaria,& ſimilia etiam Dño deuoluuntur [vt in l.2. ibi DD.C. de iur.emphyt.] & tamen non ſunt feudalia,ſed burgenſatica, ſequitur ergo, quod bona gentilitia dicantur feudo Baronum reddititia, non tamen feudalia, vt iam apertiſsimè demonſtratum eſt.

FINIS ADDITIONIS.

SVMMARIVM

In repetitione cap. 1. de ſucceſſion. feud.

1 *Natura feudi conſideratur in ipſius natiuitate vita, & morte.*

2 *Feudum acquiritur per inueſtituram, & ſucceſſionem.*

3 *Natura generalis omnium feudorum tripliciter conſideratur ſecundùm vſus feudorum, ſecundum leges Regni, vbi ſitum eſt feudum, & ſecundum legem inueſtiture.*

4 *Natura ſucceſſionis feudi, dicto triplici modo conſideratur.*

5 *Natura ſucceſſionis feudi derogatur ex pacto.*

6 *Frater fratri ſuccedit in Regno etiam vterinus, niſi ſit conceſſum pro heredibus ex corpore.*

7 *Succeſſio in feudis ex forma contractus, & ſecundum propriam naturam actus.*

8 *Feudum in dubio præſumitur datum in forma communi.*

9 *Succeſſio feudorum ſecundùm diuerſa tempora, inſpecto iure communi feudorum, & Regni.*

10 *Feuda plana, & de tabula, quæ ſint, remiſſiuè.*

11 *Succeſſio in feudis planis, & de tabula quomodo regulatur, an ſecundum ius commune feudorum, vel ius Regni.*

12 *Gloſ. in conſt. Regni vt de ſucceſſionibus reprehenditur.*

13 *Reditus quando eſt feudalis, & res burgenſatica.*

14 *Gloſ. in conſtit. Regni ſi quando contigerit circa intellectum illius reprehẽditur.*

15 *Feudum, dum redit ad dominum, non eſt ſucceſſio.*

16 *Intellectus conſtitutio. Regni ſi quando contigerit, quod non loquatur de rebus quæ tenentur in feudum.*

17 *Intellectus conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus, dum patrem excludit à ſucceſſione feudi.*

18 *Frater an præferatur patri in ſucceſſione feudi antiqui.*

19 *Intellectus conſt. Regni in aliquibus.*

20 *Intellectus §. notandum, de his, qui feud. dar poſſ.*

21 *Feudum foriudicati ità demum vadit ad Baronem, ſi ab illo tenet, ſi liberos non habet.*

22 *Fœmina an ſuccedat in feudo plano, & de tabula.*

23 *Lex vna declaratur per aliam.*

24 *Feudum præſcriptum, ſortitur naturam feudorum.*

25 *Feuda plana, & de tabula tanquam membra Baroniæ debent regulari ſecundum caput.*

26 *Membra regulantur ſecundum caput quando in capite eſt aliquid proceſſum ex vi legis.*

27 *Filius habebit feudum, licet non ſit hæres patris, quando non ſtat per ipſum, quia eſt alius inſtitutus.*

28 *Succeſſores in feudo hæreditario admittuntur, licet alius ſit inſtitutus hæres ſine aſſenſu.*

29 *Filius an teneatur ad onera perſonalia defuncti, quando ſuccedit in feudo, non obſtante paterna diſpoſitione.*

30 *Afflictus reprehenditur in c. 1. an agnatus.*

31 *Succeſſor in feudo hæreditario tenetur eſſe hæres in ipſo feudo.*

32 *Hæres feudi an teneatur ad debita, & legata pro rata bonorum, etiam quando alius eſt inſtitutus in feudo ſine aſſenſu.*

33 *Succeſſor in feudo hæreditario poteſt grauari in pecunia vſque ad valorem feudi.*

34 *Hæres ille ex pluribus tenetur ad legata,*

Digitized by Google

ta, & onera, de quo apparet teſtatorem voluiſſe.

35 *Legato feudo debetur æſtimatio.*

36 *Succeſſor in feudo hæreditario ſolus tenetur ad feudi æſtimationem quando feudum eſt legatum ex tacita voluntate defuncti.*

37 *Filij maſculi qui ſoli ſuccedunt iu feudo de iure communi feudorum, an etiam ſoli ſuccedant in fructibus feudi.*

38 *Fructus feudi à ſolo ſeparati, non ſunt feudales.*

39 *Fructus pendentes feudi retinent naturam burgenſaticam, quando poſt Kal. Martias ſecundum Camer.*

40 *Fructus veniunt in omni translatione rei quæ fit de perſona ad perſonam in venditione, in legato rei, in legato vſus fructus, in fideicommiſſo, in conceſſione affictuum.*

41 *Conceſſo feudo, veniunt fructus.*

42 *Fructus & res ipſa faciunt vnam, eandemque rem.*

43 *Seruitium debet exhiberi vſque ad fructus feudi de iure communi feudorum.*

44 *Pater quare non habeat vſumfructum in feudo filij.*

45 *Intellectus S. his cõſequenter, & quomodo diſpoſitio illius legis eſt irrationabilis.*

46 *Fratres tenentur alere ſororem, & dotare.*

47 *Filius primogenitus in Regno ſolus ſuccedit in fructibus feudi etiã poſt Kal. martias contra Camera.*

48 *Camera reprehenditur circa diuiſionem fructuum pendentium poſt Kalend. Martias inter primogenitum, & ſecundum.*

49 *Feudum an veniat in petitione hæreditatis.*

50 *Filius non habet feudum ex pacto, & prouidentia iure hæreditario, licet nõ poſſit habere feudum niſi ſit hæres.*

51 *Feudum non eſt liberè corpus hæreditarium, licet ſit ius quodam in hæreditate annexum.*

52 *Petitio hæreditatis datur etiam pro rebus in quibus defunctus habebat nudam poſſeſſionem.*

53 *Bart. ſaluatur à contrarietate contra Iaſonem.*

54 *Odoffredus declaratur in articulo an feudum hæreditarium veniat in petitione hæreditatis.*

55 *Interdictum quorum bonorum an habeat locum in feudalibus.*

56 *Bar. & alij reprehenduntur in articulo an feudum veniat in petitione hæreditatis.*

57 *Poſſeſſio ciuilis domini, finito feudo trahit ad ſe poſſeſſionem naturalem vaſſalli.*

58 *Lex finalis C. de edicto Diui Adria. tollen. an habeat locum in feudalibus.*

59 *Aſſenſus Regis an requiratur quando inſtituitur proxime ſucceſſurus in feudo.*

60 *Filia fœmina inſtituta hæres, an mittatur in poſſeſſionem feudi extra Regnum vbi non ſuccedit.*

61 *Succedens in feudo, an dicatur hæres in re certa.*

62 *Hæres in re certa non habet remedium legis fin. C. de edict. Diui Adria. tollen.*

63 *Feudatarius habet duas hæreditates ſicut miles, & poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

64 *Feudatarius eſt miles.*

65 *Feuda annumerantur caſtrenſi peculio.*

66 *Baronia eſt quid vniuerſale ſicut peculium caſtrenſe.*

67 *Heredes feudi, & allodij tenentur ad onera pro rata bonorum.*

68 *Feudum non hæreditarium dicitur ſubiacens reſtitutioni.*

69 *Fideicommiſſarius vniuerſalis an habeat remedium l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen.*

70 *Remedium l. fin. an habeat locum in alio ſucceſſore quam vniuerſale.*

71 *Filius exhæredatus an ſuccedat in feudo.*

72 *Feudum conceſſum patri, & Petro filio præ-*

præſumitur conceſſum contemplatione filij.

73 Iſern. in cap. 1. de feu. cognitio. ſaluatur à contrarietate.

74 Feudo conceſſo patri, & Petro filio nominatim; filius non poteſt exhæredari ſecundùm opinionem Andreæ, & ſic concurrit Auctor in fine.

75 Nepos ex filio exhæredato an ſuccedat in feudo.

76 Inueſtitura feudi pro ſe, & hæredibus an reſtringatur ad liberos.

77 Vſuſfructus ſi legatur alicui, & hæredibus ſuis; hæredes ſcilicet filij habebunt dimidiam; & alteram dimidiam habebit pater, & ſic appellatione hæredis intelliguntur liberi.

78 Hæredibus verbum quando reſtringatur ad liberos.

79 Natura feudi ſemper videtur in eſſe etiam ſi nomen hæredis exprimatur ab homine.

80 Opinio Auctoris, quod ſemper quod in inueſtitura apponitur verbum, hæredibus, intelligitur de liberis, quod in Regno non procedit, quia licet ſit facta conceſſio pro ſe, & hæredibus, frater ſuccedit fratri, & ſic non reſtringitur, nu. 81. in fine.

81 Inueſtitura feudi facta alicui, & hæredibus comprehendit alios, quam filios, ſi inueſtitus eſt clericus.

82 Inueſtitura feudi ſub annua præſtatione in pecunia, an vocet alios, quam filios.

83 Feudum conceſſum non ſub ſeruitio perſonali, ſed ſub ſeruitio reali, an ſit propriè feudum, ita quòd in eo ſuccedat Monaſterium, fœmina. & hæres extraneus.

84 Camerarius falsò ſibi adſcribit opinionē Socci.

85 Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, an ſit hæreditarium.

86 Inueſtitura vbi eſt facta mentio de hæredibus, quam vim habeat, & optimè diſtinguitur.

87 Succeſſio in linea tranſuerſali an deferatur pro capite, vel in ſtirpes tam in feudo hæreditario, quam in alio.

88 Feudum an ſit corpus hæreditarium, vel defectiuum ab hæreditate.

89 Seruitium in feudo an diuidatur in capita.

90 Fratres patrueles hodie ſuccedunt per capitula Neap.

91 Signorolus reprehenditur circa intellectum tex. in cap. 1. de natur. ſucceſſio. feud.

92 Filius an ſubintret locum patris in diſpoſitione hominis.

93 Intellectus cap. 1. de gradib. ſucc. in feu. contra Mar. Anto. Natta.

94 Pater an poſſit prælegare feudum vni ex filijs.

95 Feudum ſimpliciter conceſſum an ſit hæreditarium.

96 Pater non poteſt peruertere ordinem ſucceſſionis.

97 Intellectus c. 1. de ſucceſſio. feud. an procedat inter filios.

98 Pater an poſſit in iure patronatus inter liberos vnum ex filijs eligere.

99 Aſſenſus an requiratur, quando ſit diſpoſitio inter coniunctos.

100 Pater an poſſit emphyteuſim pro ſe, & liberis receptam vni ex filijs prælegare, & quid in feudo ſic recepto.

101 Patris factum regulariter nocet filijs in feudo nouo.

102 Pater an poſſit præiudicare filijs in emphyteuſi recepta pro ſe, & filijs, & quid in feudo.

103 Iſer. contrarius in articulo an poſſit pater vni ex filijs aſſignare feudum diuiduum, & ſi poteſt ſaluari de contrarietate.

104 Inueſtitura feudi pro ſe, & hæredibus, vel ſucceſſoribus quibuſcunque an cōprehendat legatarios, an veniat in reſtitutionem fideicommiſſi, an tranſeat ad hæredes extraneos, & latiſſimè

mè quas vires habeat.

105 *Inueſtitura pro ſe, filijs ſuis, & quibuſcunque hæredibus, quam vim habeat.*

106 *Inueſtitura pro ſe, & hæredibus quibus vellet, quomodo intelligitur.*

107 *Verba quibuſcunque, & qualiſcunque, debent intelligi, vt non admittantur perſonæ alias inhabiles.*

108 *Fideicommiſſarius non est propriè hæres.*

109 *Filius primogenitus inſtitutus hæres vniuerſalis, an adeundo hæreditatem validet legatum feudi in ſecundogenitum quoad dominium.*

110 *Hæres, adeundo hæreditatem, videtur quaſi contrahere cum creditoribus, & legatarijs.*

111 *Hæres adeundo videtur approbare diſpoſitionem paternam.*

112 *Aſſenſus eſt impetrandus ſuper conſenſu in alienatione feudi, quando conſentiens eſt dominus, & nõ ſuper alienatione.*

113 *Donatio eſt inſinuanda tanquam facta à domino, ſi conſenſit in donatione, non tanquam facta à donante.*

114 *Aſſenſus inualidatur in venditione facta, quando in eo non eſt facta mentio de conſenſu filiorum, quibus feuda ſunt donata, ſecundum opinionem Auctoris.*

115 *Diuiſio feudi per partes inæquales ſuſtinetur in vim refutationis.*

116 *Feuda non includuntur in generali approbatione, & generali conſenſu.*

117 *Aſſenſus eſt impetrandus ſuper conſenſu expreſſo hæredis in alienatione hæredis facta per defunctum, & non ſufficit tacitus, & quid in teſtamento.*

118 *Hæres reuocat contractum defuncti nullum ſicut defunctus.*

119 *Feuda veniunt in generali obligatione, quando quis habet facultatem alienandi.*

120 *Capycius ſibi contrarius in articulo, quando aſſenſus impetratur ſuper teſtamento poſt mortem.*

121 *Hæres reuocat contractum defuncti nullum, quia ipſe ſi faceret reuocaret.*

122 *Hæres reuocat, quod defunctus fecit in fraudem ipſius.*

123 *An ex aditione facta p̃ primogenitũ vigore generalis inſtitutionis an cõualidetur legatum factum de feudo in beneficium ſecundogeniti abſque aſſenſu, concluditur, quod non.*

124 *Fideicommiſſum an poſſit fieri in feudo.*

125 *Feudum an veniat, & quando in reſtitutione fideicommiſſi.*

126 *Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque an veniat in reſtitutione fideicommiſſi.*

127 *Aſſertur ſolemne conſ. Soccin. 72. vol. 1. qui affirmat non tenere fideicommiſſum in feudo antiquo non hæreditario, tam in fauorem comprehenſi in inueſtitura, quàm omnium, qui ſubſtituerẽtur, qui erant ſucceſſuri.*

128 *Trebellianica, aut Falcidia an detrahatur in feudo.*

129 *Teſtamentum in quo eſt inſtitutus Rex, an teneat ſine alio aſſenſu.*

130 *Rex non includitur in lege, quæ prohibet commercium in feudo.*

131 *Epiſcopus an ligetur proprio ſtatuto.*

132 *Si in conceſſione feudi facta per Epiſcopum, eſt adiectum pactum, quod non poſſit alienare in Eccleſia, non intelligitur excluſiue ſuam Eccleſiam.*

133 *Statutum factum per aliquam Ciuitatem, quod nulla perſona poſſit vendere frumentum forenſibus ſub certa pœna, non comprehenditur ipſa Ciuitas vendens forenſi.*

134 *Statutum factum gratia ciuitatis non debet contra ciuitatem interpretari.*

135 *Aſſenſus non requiritur, quando contrahitur cum Rege.*

Aſſen-

136 *Aſſenſus non requiritur, quando quis obligat feudum domino.*

137 *Aſſenſus non requiritur, quando feudũ domino refutatur.*

138 *Aſſenſus non requiritur, quando refutatur feudum planum; & de tabula Baroni.*

139 *Aſſenſus non requiritur, quando quis confitetur rem feudalem, ſi eſt allodialis.*

REPE-

Digitized by Google

REPETITIO

CAP. I. DE SVCCESSIO. FEVDI.

NATVRA feu-
di multipli-
citer conſide
ratur. Habe-
mus namque
naturalia feu-
di in ipſius
1 conſtitutione, atque erectione,
ſeu natiuitate. Habemus item
naturalia feudi in ipſius conſer-
uatione,ſeu vita. Habemus ter-
tiò naturalia in ipſius extinctio-
ne,ſeu morte, cũ hic homo mu-
tus,ideſt feudum naſcitur, viuit,
& moritur,vt dixi in[cap.1.§.hu-
ius autem generis, ex quib. cauſ.
feud.amitt.] In ipſius feudi vita,
atque cõſeruatione habemus na-
turalia in vita feudatarij, vt ſer-
uitia; item naturalia poſt mor-
tem feudatarij. In titulo præce-
denti de natura feudi, tractatur
de natura feudi circa conſerua-
tionem in vita feudatarij;hic tra-
ctatur de natura feudi circa con-
ſeruationem ipſius poſt mortem
feudatarij. Hoc vltimum in ab-
ſtracto ſentire videtur [Bald. hic
in princ.] dum dicit: ſupra dictũ
eſt de natura ſtabilitatis feudi,
hic dicit de natura eius quoad
tranſmiſſionem: & idem eſt di-
cere de natura feudi quoad ipſius
tranſmiſſionem, ac dicere quali-
ter in feudo poſt mortem feuda-
tarij ſuccedatur. Pertinent quæ
hic dicuntur ad naturam ſucceſ-
ſionis feudi: de quo habemus in-
fra rubricam particularem,& hic
ſimul,& iſtam, & multa de illa
rubrica examinabimus. Vnde
videbimus quomodo cõſeruan-
do feudum in ſucceſſores feuda-
tarij,per ipſos acquiratur. Conſi-
2 deratur namq; in hoc libro feu-
dorum acquiſitio feudi per ſuc-
ceſſionem, ſicut per inueſtiturã,
vt in [cap.1.de ſucceſſio.frat.vel
gradib.ſucceden. in feud.] Hinc
alia emergit continuatio iſtius
rubricæ. Supra quibus modis
feudum per inueſtituram acqui-
ratur; nunc de feudo per ſucceſ-
ſionem acquirendo.

3 Præmittendum eſt primo pro
iunioribus, quòd ſicut conſide-
ratur natura generalis omnium
feudorum tripliciter; Alia ſecun-
dùm ius commune feudorum;
Alia verò ſecundùm legem, aut
conſuetudinem Regni, aut Pro-
uinciæ vbi ſitum eſt feudum;
Alia, quæ oritur ex pactis appo-
ſitis in inueſtitura cuiuſque feu-
di,vt hoc in primis bene probat
[Hoſtieſ.in ſumm.in tit.de feud.
verſ.quid ſit feudum;Dicit nam-
que quòd feudatarius obligatur
ad id,de quo conuentum eſt, ac
feudi natura requirit ſecundum
diuer-

diuerſarum Regionum conſuetudines. Et, ipſis deficientibus, iure ſcripto, & ſic virtualiter triplicem naturam in feudo conſiderat, & [Oldrad.in conſi. 159. in 2. dubio num.9.] conſiderat naturam feudi ſecundùm conſuetudinem loci in feudum dati; ſic etiam Zaſ. in tract. feud.part. 12.num.50.ponit naturam feudi ſecundùm ius commune feudorum, & ſecundùm conſuetudinem,aut legem alicuius Prouin-
4 ciæ,ſiue Regni. Ita etiam dum agitur de naturalibus feudi circa ſucceſſionem tripliciter conſiderari poteſt natura ſucceſſionis feudi. Alia ſecundùm ius commune feudorum; Alia ſecundùm legem, aut conſuetudinem Regni,vbi ſitum eſt feudum; Alia ſecundùm formam inueſtituræ,
5 per quàm derogatur natura ſucceſſionis feudi ex iure communi feudorum, vel ex lege,aut conſuetudine Regni [cap.1.de fratri.
6 de nou.benef. inueſt.] Exemplũ, in Regno frater ſuccedit fratri in feudo nouo;item vterinus etiam, licet non ſit coniunctus ab illo latere, vnde prouenit feudum, ſecundùm opinionem Iſern.in vtroq; iam receptam in Regno; & tamen excluditur,quãdo inueſtitura eſt ꝓ hæredibus ex corpore,vt ipſe dicit in [conſtit.Regni vt de ſucceſſionibus, ſuper gloſ. in verſ.fratres,ſicut in d.cap.1.de benef. fratr.] frater, qui aliàs excluditur per ius commune feudorum à ſucceſſione feudi noui, ex forma inueſtituræ admittitur; Et vt etiam in hoc non deſit auctoritas [Bald.in auth.ceſſante, num.5.C.de legit. hæred.] conſi-
7 derauit in feudis ſucceſſionem ex forma contractus, & ſic inueſtituræ: & apertiùs in conſi. 159. 5.vol.] conſiderauit vtramque ſcilicet ſucceſſionem ex forma contractus, & ſucceſſionem ſecundùm ius commune feudorũ, quam ipſe vocauit ſucceſſionem ordinatam per propriam naturã
8 actus, quãdo feudum eſt datum, dicit ipſe, in forma communi, quod eſt idem, ac dicere ſecundùm propriam feudi naturam, quod in dubio præſumitur [cap. primo, §. præterea,quid ſit inueſtitura.]

9 . Secundò præmittendum eſt, quòd de iure communi feudorũ plura tempora conſiderantur in feudorum ſucceſſione. Primum tempus fuit ius antiquiſſimum, ſecundum quod nulla erat ſucceſſio in feudo,& vita ipſius erat ad beneplacitum domini.Secundum tempus quando fuit modica vita data in feudum, ſcilicet per annum tantùm. Tertium tẽpus,in quo fuit prorogata ſucceſſio in feudo, & ſic vita ipſius feudi vſq; ad vitam feudatarij.Quartum, quando fuit ampliata ſucceſſio vſque ad vitam vnius ex filijs feudatarij,à domino eligendi.

di. Quintum, quando fuit facta ptorogatio ad vitam omniũ filiorum feudatarij. Sextum, quando fuit per Conradum ampliata vita feudi in linea deſcendenti vſque ad nepotes, & in linea collaterali in feudo paterno in beneficium fratrum. Septimum tempus fuit, quando fuit ampliata ſucceſſio in linea collaterali vſque ad quartum gradum. Octauum, quando in eadem linea fuit prorogatum vſque ad ſeptimum gradum ſecundùm vnam opinionem, vel in infinitum, ſecundùm aliam. Probantur iſta in [capit. 1. §. & quia,ſupra,de his, qui feud.dare poſſ.& ibi Iacob.de Beluiſ 3. col. & poſt eum Aluarot.2.colum.benè declarat.]

Tertiò præmittendum eſt, quòd in Regno duplex ius conſuetudinarium conſideratur, videlicet ius Longobardorum, & ius Francorum: ſecundùm ius Longobardorum, ſucceſſio pertinet ad omnes filios æqualiter; ſecundùm ius Francorum, ſucceſſio feudi pertinet ad primogenitum.

Quartò præmittendum eſt, quòd etiam in Regno habemus plura tempora in feudorum ſucceſſione. Primum tempus fuit, quando, per legem Federici in aliquibus fuerunt habilitatæ filiæ fœminæ ad feudorum ſucceſſionem,filijs maſculis non extantibus: & in hoc derogatum fuit iuri communi feudorum.Secundum tempus fuit, quando per conſtitutionem,Vt de ſucceſſionibus, eiuſdem Federici, per quam primò omnes de linea deſcendenti admittuntur in infinitum. Secundò diſtinguitur inter viuentes iure Francorum, vt inter illos primogenitus præferatur. Tertiò in collaterali linea admittit fratres,vel vterinos, vel coſanguineos tantùm. Quartò,præfert ſororem in capillo ſorori maritatæ, quam repellit à fraterna ſucceſsione. Quintò, in feudo antiquo admittit filios fratris, & alios in vlteriori gradu excludit, in hoc derogando iuri communi feudorum. Tertium tempus fuit, quando per Regem Carolum Secũdum fuit prouiſum, quòd in feudo antiquo fratres, vel ſorores ſuccederent fratribus, nõ obſtante,quòd fuiſſet facta inueſtitura alteri fratri primogenito, defuncto poſt mortem patris, pro ſe, & hæredibus ex corpore, vt in cap. Regni,conſiderantes. Quartum tempus fuit, quando per Regem Catholicum fuit prouiſum ex gratia, vt patruus in feudo antiquo, de quo lex Regni Vt de ſucceſsionibus ſpecificè non loquebatur, ſine dubio in feudo ſuccederet. Quintum tempus fuit, quando per Imperatorem Carolum Quintum fuit proroga-

ta ſucceſsio etiam ad amitam. Sextum tempus fuit, quando per eundem Imperatorem fuit ampliata ſucceſsio vltra tertium gradum ad fratres patrueles per lineam maſculinam deſcendentes à primo feudi acquiſitore. Septimum, & vltimum tempus fuit, quando nouisſimè per Catholicam Maieſtatem Regis noſtri Philippi fuit prouiſum, vt fratres, & ſorores ſuccederent in feudo empto à Regia Curia, vel à priuatis perſonis, licèt feudum eſſet quæſitum pro hæredibus ex corpore, dũ tamẽ tempore emptio-
A nis frater filios non haberet. A

Cognita generaliter natura ſucceſsionis feudorum, & temporibus diuerſis in ſucceſsione illorum ſecũdùm vtramque legem, ſcilicet Regni, & iuris cõmunis
10 feudorum. Videamus quomodo feuda plana, & de tabula ſub Barone, quæ qualia ſint, declaraui in cap. 1. ſupra de his, qui feud. dar. poſſ. regulentur circa ſucceſsionem, an ſcilicet ſecundùm leges Regni, vel ſecundùm feudales conſuetudines.

Hæc quæſtio tractatur per [gl. in d.l. Regni vt de ſucceſsionib. in princ. & in verſ. in omnibus, & concludit, quòd illa conſtitutio, quæ dat formam ſucceſsionis, in Regno non habet locum niſi in feudis quaternatis, quæ tenentur à Rege, vel à Barone, non autem in feudis planis, & de tabula ſub Barone, & ita ſecundum [gloſ. tenet Iſer. ibi tam in principio, quã in d. verſ. in omnibus, idem Iſer. in c. 1. 4. col. in 1. additione n. 14. de nat. ſucceſſ. feud. & rubr. de conſuet. rect. feud. in fin. Luc. de Pen. in l. 1. col. 7. & 8. verſ. ſed ex eo, & verſ. prædicta. C. de impon. lucr. deſcrip. tenet idẽ Affl. in d. conſt. Vt de ſucceſsionib. in prin. & num. 11.] qui propterea dicit, quòd in feudis planis, & de tabula non ſuccedit filia fœmina, nec frater fratri in feudo nouo cõceſſo pro ſe, & hæredibus, quod vltimum ſequi videtur [Frecc. lib. 2. 21. differen. inter feuda quaternata, & plana. Item [Affl. in cõſt. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, n. 69.] qui dicit ꝙ in feudis planis eſt ſucceſsio in linea tranſuerſali vſque ad ſeptimum gradum non vſq; ad tertium, ſecundum leges Regni, iterum in cap. 1. §. fin. in fi. de nat. ſuceſ. feu. quod ſequitur Frecc. vbi ſupra, in 1. carta, ſed Affl. ſibi cõtrarius hic in §. filia vero n. 6.] tenet, ꝙ fœmina ſuccedat in feudo plano, & de tabula, quia eſt habilitata per cõſtit. Regni in aliquibus, quod ſequitur Frecc. vbi ſup. 23. differẽt.

Et hæc ſunt, quæ in hoc articulo dicũt Doctores Regni, vnus poſt alium ſequentes rem iſtam ſic neceſſariam non multũ conſiderantes. Nos autem videamus primò rationes gloſ. quæ plures ſunt. Primò ponderat verba vlti-

ma

ma illius conſt. in verſ. in omnibus, dum ibi promittitur in caſu deuolutionis, ob defectum vocatorũ, præferre conſanguineos extraneis, quod non cadit in feudo plano, & de tabula, quia Baroni deuoluitur, & non Regi. Et licèt in principio conſtit. verba ſint generalia, apta cõprehẽdere ẽt feuda plana; nihilominus reſtringũtur per ſequentia verba, quæ loquuntur in feudis quaternatis.

Iſta ponderatio eſt ſatis friuola, quia ſunt iſta compatibilia, ꝙ conſtitutio loquatur de omnibus feudis, etiã planis, & de tabula, & ꝙ quantũ ad feuda, quę Regi deuoluũtur, Rex promittat conſanguineis prælationem cæteris paribus, nec eſt præſumendũ, quòd voluerit Rex legem condendo ſe incõtinenti corrigere [l. nõ ad ea, iuncta gl. ff. de cond. & demon.] & præcedentia ita influũt ad declarationem ſequentium, ſicut è contra [l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1.]

12 Et notate quomodo glo. decipitur, ipſa iam tenet, ꝙ illa cõſtitutio procedat in feudis quaternatis, quæ tenentur à Barone, de quibus loquitur cõſtit. poſt mortem; & tamen poſt verſ. in omnibus, in fine conſtit. dicitur, quòd Rex poteſt feuda deuoluta tenere in demanio, & conſanguinei hoc caſu conqueri non poſſunt attenta ratione glo. quod finis reſtringat principiũ, ſequeretur, qđ nec haberet locũ in feudis quaternatis ſub Barone, in quibus nõ cadunt verba conſtit. quia hæc feuda, licèt Regi deuoluantur ſm̃ legẽ Regni poſt mortẽ; nihilominus non poſſunt teneri in demanio, quia Baro ſuis iuribus priuaretur: & hoc eſt omnino indubitatum, vt ibi probatur.

Secundò glo. fundatur in conſtit. Regni ſi quando contigerit, vbi in effectu diſtinguitur inter ea bona, quæ quis tenet de feudo à Barone, vt in illis, deficientibus ſucceſſorib. qui ab inteſtato ſuccedũt, deſcendentibus, vel aſcendentibus, aut collateralibus, dñs feudi ſuccedat, in alijs autem Fiſcus, tanquã in bonis vacãtibus; & ſic cõſtitutio illa vr̃ dicere, quòd in bonis de feudo, quę quis tenet à Barone, ſuccedant illi, qui aliàs ab inteſtato ſuccederent.

Hæc conſtitutio aut intelligitur de his, quę tenentur à Barone in feudum, aut de his, quę tenentur de feudo Baronis, ſed non in feudũ, quia poteſt res feudi teneri à Barone, & non in feudũ, ſed
13 ſub annuo rèdditu; quo caſu redditus tantùm eſt feudalis, res autem eſt burgenſatica [Napodan. in conſuetud. in bonis quondam mariti, ſub rubr. in quibus rèbus habeat locum quarta, in verbo ſed in bonis feudalibus, num. 14. Affl. deciſ. 129. Loffred. in c. 1. de contr. feud. apud pares termi. Capyc. in deciſ. 103. & 196. & in c.

R 2 Im-

Imperialem, col. 117. in parua impreſſione, de prohib.feu.alien. per Feder.vbi Camer.fol.39.col. 3.liter.M.] Si tenemus, quod loquitur de his, quæ tenentur in feudum, prout tenet [gloſ.vtrobique, tam in d.l.ſi quãdo, quàm in dict.l.vt de ſucceſſionibus] ſequeretur, quòd in feudis planis, & de tabula non eſſet ſucceſſio ſecundùm legem Regni, nec ſecundùm ius commune feudorũ, ſed ſecundùm ius commune Romanum, prout in allodio, quod
14 eſt omnino falſum, & abſurdiſſimum, vt per illam conſtitutionem, quæ in effectu nihil aliud voluit, niſi vt titulus de bonis vacantibus non haberet locum in illis rebus, quæ tenentur de feudo Baronis, licèt non in feudum, voluit Baronem præferre in ſucceſſione, & Fiſcum excludere: In his autem, quæ tenebantur in feudum à Barone, non erat dubium, quod linea finita, ad Baronem deuoluebantur; & notate, quia conſtitutio illa pręſupponit, quod defunctus habeat ſucceſſores in illis bonis, quæ tenet de feudo Baronis, illos qui alias in allodio ſuccederent de iure communi, uon autem ſuper hoc aliquid diſponit, hoc præſuppoſitum non cadebat in his, quæ tenebantur in feudum, cum nulla lege hoc cauebatur. Et notate, quia illa conſtitutio admittit dominum feudi, per verbum, ſuccedat, quod verbum non congruit, quando feudum deuoluitur ob lineam finitam; quia tunc aut ad dominum reuerti, aut ei
15 aperiri dicitur. Non eſt enim ſucceſſio, cum feudum redit ad dominum, ſed conſolidatio illius iuris, quod feudatarius habebat cum iure domini [Iſern. in cap. primo. §. ſi vaſſallus, col. tertia, verſic.ex præmiſſis, ſi de feud.defunct.milit.& in cap.primo, colum.prima, circa medium verſic.item attende, de controu.
16 inter vaſſallum, & alium.] Loquitur ergo dicta conſtitutio de his, quæ tenentur de feudo Baronis, & non in feudum. Ita videtur de mente Iſern. in dict. l.ſi quando, dum tenet, quòd quomodocunque quis tenet Terram, vel tenimentum à Domino, non poſſit alienare ſine eius licentia, etiam quòd non ſit feudum, & ita conſtitutionem illam intelligit [Camerar. in dicto capit. Imperialem, fol. 40.litera D.] ponderando, quòd conſtitutio dicit, quòd Baro ſuccedat in his, quæ vaſſallus tenet de feudo, & non in his, quæ tenet in feudum, & verbum (in his: quæ tenet de feudo) verificatur in omni re ſubiecta feudo. Et ita vos teneatis, & ſic ſimul habetis verũ intellectum dictæ conſtitutionis ſi quando, & quod in articulo de quo agitur, non bene gl. fundatur in d.conſtitutione.

Ter-

Tertiò gloſ. ponderat aliam conſtitutionem ſi quando, in §. ſanè, vbi dicitur, quod feudum, quod à Barone tenetur, ſi feudatarius foriudicatus, non habeat parentes, vel liberos, redit ad dominum: quaſi velit dicere, quòd, poſtquam per conſtitutionem vt de ſucceſſionibus, pater excluditur, & ibi admittitur; ergo illa in feudo plano, & de tabula, hæc in feudo quaternato.

17 Sed nec iſta conſideratio facit ad rem, quia conſtitutio vt de ſucceſſio. dum excludit patrem, tripliciter intelligi poteſt. Primò, vt omnino à ſucceſſione feudi excludatur; ita vt alijs non exiſtentibus, fiſcus præferatur. Secundo, quòd admittatur omnino, ita vt præferatur fratribus, & ſororibus defuncti, niſi feudum omninò refutaſſet. Tertiò, quòd non omninò excludatur, nec omnino admittatur, ſed poſt fratres, & ſorores; ita vt in concurſu præferatur frater, & ſoror patri in ſucceſſione feudi. Primus intellectus omninò reijcitur. Diffe-

18 rentia eſt inter ſecundum, & tertium, quia [Iſern. tenere videtur pro patre in cap. 1. num. 8. de natur. ſucceſsio. feud. Bartholom. de Capua in quæſtione regiſtrata per Afflictum in conſtit. Regni Foriudicatorum bona, tenet pro fratribus, vt præferantur: quam opinionem ſequitur [Afflict. ibi & ſequi videtur Loffred. in cap. 1. Imperator Lotharius in quæſtione de patruo an ſuccedat nepoti, col. 13. 14. & 15.] Si ergo pater in feudo quaternato per legem Regni non eſt excluſus, ſed aut admittitur ante fratres, aut poſt fratres in feudo antiquo, nulla poteſt fieri vis in d. §. ſane, vbi pater admitti videtur.

19 Quartò, gloſ. fundatur in lege Regni in aliquibus, dicens, quòd conſanguinei quantumcunque remoti ante illam legem ſuccedebãt, excluſis fœminis. Vnde cũ per illam legẽ excludantur, quatenus ſuperſunt filij, vel filiæ, remanet illa antiqua cõſuetudo illis non exiſtentibus, quaſi velit gloſ. dicere, quòd illa conſtitutio admittit fęminas in omni feudo, etiã plano, & de tabula, & quod conſanguinei vltra tertium gradũ non excluduntur, niſi quando ſuperſunt filij maſculi, aut fœminæ, & quod eis non exiſtentibus, cum lex Regni, vt de ſucceſſionibus non loquatur, niſi de feudis quaternatis, remanet conſuetudo antiqua in feudis planis vltra tertium gradum. Sed hæc cõſideratio eſt eadem cum dicto, & proinde non debet vos mouere: vltra quòd conſuetudo, de qua loquitur lex in aliquibus, non erat vniuerſalis, ſed particularis.

Quintò gloſ. in principio conſiderat, quòd hæc parua feuda non cenſentur iure feudi, vt in [§. notandum, de his, qui feud.

dar.poſſ.] Sed vltra quod hoc cõcluderet, quòd ſucceſſio eſſet ad ſimilitudinem allodij, vt dicit gl. per legem ſi quando contingerit, quod eſt omnino falſum; ne-
20 quaquam ille textus bene applicatur: quia dum dicitur in §. notandum, quòd ſi minor valuaſor dat feudum, non eſt iure feudi, illud eſt ex defectu poteſtatis infeudantis, quia infeudatio certis, & enumeratis perſonis permittitur, vt probauimus in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.] Et ſic deficiente poteſtate, cõtractus feudi non perficitur; non autem ibi dicitur, quod feudum paruum non cenſeatur iure feudi, vt gloſ. dicit. Et proinde ruminatis his, in quibus gloſ. fundatur, iam videtis quomodo hæc pars debilitata eſt. Iſern. qui gloſ. ſequitur, nulla aliam rationem allegat, niſi quòd conſtitutio eſt odioſa. Sed ſi verba conſtitutionis habent locum, etſi dura, ſeruanda eſt [l. proſpexit. ff. qui, & à quib.] vltra quod in rationibus pro alia opinione videbitis quomodo ꝓcedat hoc de odio, vel fauore. Videamus modo quæ rationes vrgent pro alia opinione.

Primò igitur eſt aduertendũ non eſſe nouum, quòd Imperator Federicus, qui auctor eſt illius legis, vt de ſucceſſionibus, diſponat etiam de feudis planis, & de tabula, quæ tenentur à Comite, vel Barone: nam in d. §. ſane, feudum, quod qnis tenet à
21 Barone, propter foriudicationẽ feudatarij, ita demum reuertitur ad dominum, ſi non habet liberos, & ſic delictum feudatarij, ex quo non poteſt amplius in curia morari, filijs non præiudicat: cuius contrarium eſt de iure communi feudorum [cap. 1. §. ſi vaſſallus culpam, ſi de feu. defunct. milit. cap. 1. ſi vaſſall. feud. priuet. iuncto cap. 1. an ille qui interfecit fratr. dom. ſui, & ſi verum eſt, quod dicit Affict. in d. §. filia ve-
22 rò] quòd cõſtitutio in aliquibus, comprehendit feuda Plana, & de tabula, nonne etiam ſecundò diſponitur de feudis planis in præiudicium Baronum, & Comitũ, admittendo filios in feudo, quando pater ex culpa priuatur, ex qua non poteſt eſſe in Curia, & & iterum prorogando ſucceſſionem ad filias fœminas, vnde præiudicatur iuri reuerſionis, quod Baronibus, & Comitibus competit in feudis planis? Cur ergo dũ tertiò fit lex circa feudorum ſucceſſionem, per quam limitatur ſucceſſionis gradus, quòd eſt in fauorem Comitum, & Baronum, non debent comprehendi etiam feuda plana. Aut in omnibus eſſent regulanda ſecundũ ius commune feudorum, aut in omnibus ſecundùm leges Regni. Sentire debent iſti tenentes feuda plana, & de tabula commodum, & incommodum ex lege Regni: & ſi

& ſi æqua lance vtrumque ponderamus damnũ,ſcilicet & vtile, quod iſtis feudatarijs infertur, vtilitas ſine dubio eſt maioris ponderis, ſi ſentiunt vtilitatem ex admiſſione filiarum, ex non priuatione filiorum, ex admiſſione fratrum in feudo nouo, æquo animo ſubſtineant excluſionem aliorum agnatorum vltra nepotes ex fratre, in quibus non eſt par ratio affectionis. Maior vtilitas conſideratur in admiſſione liberorum, & magis coniunctorum, quàm in excluſione agnatorum in remotiori gradu exiſtentium. Et iſto modo lex Regni, vt de ſucceſſionibus, non ſolùm non eſt odioſa, ſed potiùs fauorabilis medicina damni illati per conſtitutiones præcedentes Baronibus, & Comitibus, quos, ſi grauauit in vno, in alio
23 releuare voluit; & vna conſtitutio declaratur per aliam, probatur in [l. vtrum, & ibi Bart. Bald. & Angel. ff. de petit. hæred. bene probat Iaſ. in l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1.]

Secundò principaliter, quòd feudatarij habentes feuda plana, & de tabula ſub Comite, vel Barone, includantur in l. Regni, vt de ſucceſſionibus, ſatis manifeſtè videtur probari in principio illius conſtitutionis, vbi proteſtatur Federicus velle tollere omnẽ dubietatem in ſucceſſione nedũ Comitum. & Baronũ, & nedum eorum, qui tenent feuda in capite à Rege, ſed etiam ab alijs; nec loquitur indiffinitè, ſed generaliter per verbum (omnium eorũ: & proinde nõ ſunt verba reſtringenda [l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtan.]

Tertiò principaliter, quia iam videmus, quòd prorogatio ſucceſſionis feudorum, quæ facta fuit per Conradum, de qua in d. §. & quia vidimus, iam comprehendit feuda, quæ tenebantur ab illis Ducibus, Marchionibus, Capitaneis, & Comitibus.

Quarto, hæc feuda plana, & de tabula aut ſunt formata ex conſuetudine præſcripta infeudandi, aut ex infeudatione ſterilium, vt reducantur ad culturam; quod permittitur [Iſer. in cap. 1. in fin. an ille, qui interf. fratr. dom. ſui] quia ſi infeudatio fuiſſet facta cum aſſenſu Regis, non eſſent feuda plana, ſed quaternata ſecundùm quid, vt diximus ſupra in [cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.] Si loquimur de iſtis infeudatis cum aſſenſu legis infeudatio non poterat fieri ſub alia lege, qua infeudans habebat [cap. 1. §. profectò, de leg. Conrad.] vnde erit illa res infeudata penes infeudatum, prout erat inſimul cum Baronia penes infeudãtem, & ſic ſub eadem lege Regni circa ſucceſſionem. Si verò loquimur de feudis planis præſcri-
24 ptis. illa ſortiuntur eandem naturam,

turam, ſicut non præſcripta, ſecundùm [Bald. in l. liberti, libertæque, num. 31. C. de oper. liberto. in l. 1. q. 31. ff. de rer. diuiſio. in cap. 1. de feud. dat. inuicem legis commiſſoriæ, alibi de vſu Mediolanenſium. cap. quidam, Aluarot. in cap. 1. §. ſi quis per triginta, in fine, ſi de feud. defunct. milit. Præpoſ. in cap. 1. §. præterea colum. 1. quid ſit inueſtitura, Aretin. in l. 3. §. è contrario. col. pen. ff. de acquir. poſſeſſ. Curt. in tract. feud. in 3. par. verſus finem, §. poſtremò.]

25 Quintò hæc feuda plana tanquam membra Baroniæ, ſeu Comitatus debent à capite regulari [cap. cum non liceat de pręſcrip. quia non decet à capite membra diſcedere, Io. Fab. in l. 1. nu. 19. C. de ſumma trin. probat Pau. de Caſt. in conſi. 164. 2. par. incipiente In præſenti cauſa, Dec. benè fundat in conſi. 389. num. 7. Tiraq. de iure primogenituræ. q. 68. num. 7. Loffred. in conſ. 39. nu. 3.] Et licet aliàs hoc non obſtante, in cap. 1. §. huius autem generis, in quib. cauſ. feud. amit. dixerim, quòd feudum in Regno in dubio non eſt hæreditarium, licet Regnum ipſum ſit hæreditarium; tamen Regnum non eſt hæreditarium ex vi legis, prout

26 ex vi legis in Baronijs, & Comitatibus eſt certa ſucceſsio; ſed ex forma inueſtituræ: quo caſu aliter dicendum eſt.

Et ex iſtis rationibus ego indubitanter teneo opinionē, quòd feuda plana, & de tabula circa ſucceſſionem regulentur ſecundùm Regni conſtitutionem, & ſecūdùm iſtam opinionem aliàs iudicauit Sacrum Conſil. in cauſa Angelæ de Falco cum Domino Antonio Caracciolo. Sed non fuerunt hęc diſcuſſa, & conſiderata, tranſeamus ad oppoſitiones.

B Oppono primo. Hic dicitur, quòd ſuccedunt filij in feudo paterno, nulla ordinatione valente, vel manente. Contra de tex. in c. 1. an agnatus, vbi dicitur, quòd filius non poteſt habere feudum niſi ſit hęres. Solutio. Ille tex. procedit, quando filius poteſt eſſe hæres patris; quia pater inſtituit eum in teſtamento, vel mortuus eſt ab inteſtato; ſecus ſi non poteſt eſſe hæres, quia alius eſt hæ-

27 res inſtitutus in teſtamento patris, & filio eſt relicta legitima: quia tunc habebit feudum, licèt non ſit hæres, & non obſtante diſpoſitione paterna. Ita illum tex. declarat [Iacob. de Beluiſ. ibi 1. colum. verſ. quod dixi] licet nō alleget hunc tex. vbi hoc probatur: ſequitur idem [Bald. ibi col. 3. Aluarot. col. 5. verſ. ſubſequenter, Præpoſ. col. 5. in fin. num. 6. Zaſ. in tract. feud. 8. par. num. 15.

28 Et hoc, quòd illi, qui ſunt vocati ad feudi ſucceſſionem, admittantur ad feudum, licèt alij ſint inſti-

inſtitui, dum tamen ſine aſſenſu, non obſtante diſpoſitione defuncti, procedit etiam in Regno, & in feudo hæreditario [glo. in conſtit. Regni vt de ſucceſſionibus, vbi Afflict. num. 48. idem Afflict. in deciſ. 385. num. 5. Capyc. deciſ. 164. Frecc. lib. 3. 10. different. feudi hæreditarij, & ex pacto, Afflict. in d. cap. 1. an agnatus, nu. 4. & nu. 22.]

Sed, an tunc, quando ſucceſſores vocati per hoc ius feudorum, aut per legem Regni ſuccedunt, non obſtante diſpoſitione defuncti, teneantur ad onera, & legata. Reſponde; aut ſumus in feudo non hæreditario, & non eſt dubium, quòd nec alij, nec filij te-
29 nentur ad onera, ſecũdùm [Iac. de Beluiſ. & alios vbi ſupra] Aut ſumus in feudo hæreditario, & tunc licèt [Afflict. in d. cap. 1. an agnatus voluerit idem] Tamen
30 vos tenete contrarium, quia ſucceſſor feudi hæreditarij, licèt admittatur, anuullata diſpoſitione defuncti; tamen erit hæres in ipſo feudo, quia hoc eſt ſpeciale in feudo hęreditario, vt teneatur eſ-
31 ſe hæres in ipſo feudo, declarat [Iſern. in cap. 1. §. quid ergo. de inueſt. de re alien. fact. Arct. in l. pro hærede. §. quid tamen, 3. col. ff. de acquir. hæred. probat Loffred. in conſi. 1. nu. 188. & in cap. Imperialem. §. præterea ducatus, 4. col. de prohib. feud. alien. per Feder. Camer. in d. cap. Imperialem fol. 96. liter. L. col. 3. & col. 1. lit. E. & fol. 97. col. 3. lit. P.]

32 Sed an tunc hæres feudi teneatur ad onera perſonalia defuncti, aut ad legata in ſubſidium bonorum allodialium, vel æqualiter pro rata bonorum, prout ſecundùm receptam opinionem, tenemus in Regno, ſequentes [Io. Litirer de primogenitura. q. 5. lib. 2. & Tiraq. in eodem tract. q. 35. num. 88. & Capyc. in deciſ. 198.] Reſpondeo, quòd etiam hoc caſu ſeruanda eſſet iſta deciſio; quicquid dicat idem [Capyc. in deciſ. 199.] quia cum poſſit in
33 feudo hæreditario grauari ſucceſſor in pecunia vſque ad valorem feudi, vt benè probat [Loffred. in conſ. 46. 3. colum. num. 7. verſ. quoad ſecundum, vſque in fine] & quando ſunt plures hæredes, onera, vel legata debentur ab
34 illo ex hæredibus, quem teſtator voluerit, aut expreſsè, aut tacitè. [l. vnica. §. ſed vt manifeſtetur. C. de caduc. tollen. l. quoties. §. 1. cũ l. ſequenti. ff. ad Trebell. l. vtrum. §. fin. ff. de reb. dub. vbi gloſ. fin.] Non eſt veriſimile, quòd teſtator feudatarius, quãdo alium in feudo inſtituit, quàm legitimum ſucceſſorem, voluerit ex hoc ipſum liberare ab oneribus hæreditariis, & legatis, quæ ad ipſum pro rata competebant; poſtquam videtur intellectu iuris cogitare illum grauare in quantum poterat, cũ tota hæreditate eum priuabat,

uabat, vt eleganter diſſerit [Bar. in patre exhæredante, vel prætereunte filium, in authen. ex cauſa, nu. 9. in fin. C. de liber. præter.] & nedũ hic ſucceſſor in feudo hæreditario tenebitur ad onera, & legata in quantitate pro rata bonorum feudalium, alio non apparente de voluntate teſtatoris ex coniecturis, ſed etiam ſi legitimè per coniecturas conſtaret, quòd voluerit feudatarius grauare ſolum hæredem in feudo, ipſe ſolus tenebitur, poſtquam hoc fieri poteſt, & admittitur cõiectura voluntatis, vt ſupra.

Inde oritur, quòd patre legante feudum ſecundogenito, quo caſu
35 ſecundum magis receptam opinionem debetur æſtimatio, filius primogenitus hæres in feudo ſolus tenebitur ad feudi æſtimatio-
36 nem ex tacita voluntate defuncti, vt latius omnia præmiſſa nos probauimus in cauſa pro Domino Io. Antonio de Tuſo, contra Illuſt. Marchionem Lauelli fratrem primogenitum, & bis obtinuimus, cum impoſitione perpetui ſilentij.

D Ibi ſuccedunt tantum filij. D

37 Quæro primò, vtrum ſicut filij maſculi tantùm ſuccedunt in feudo, excluſis fœminis, ſecundũ hoc ius feudorum: ita etiam ſoli filij maſculi ſuccedant in fructibus feudi. Hæc quæſtio duas habet partes: nam aut quæritur de fructibus feudi à ſolo ſeparatis: &
38 quæſtio modicam habet dubitationem, quia iſti fructus non reputantur feudales, ſed burgenſatici, ſecundùm [Curt. in tract. feud. 1. par. princip. quæſt. 6. verſ. notate, & in 3. par. ſub rubr. quomodo aſcendentes ſuccedant in feudo, verſic. quartò circa intelligentiam, Boer. deciſ. 199. nu. 7. tenet idem Iſern. in conſtit. Regni poſt mortem, verſ. nam ſi eſſent. Pariſ. de reintegr. feud. ſub rubr. de finib. feud. verſ. nunc videndum, nu. 20. Loffred. in conſi. 46. num. 17. Camerar. in repet. cap. Imperialem, fol. 17. liter. O. de prohib. feud. alien. per. Feder.] Aut quæritur de fructibus non à ſolo ſeparatis, ſed pendentibus feudatario defuncto poſt Kalen. Martias, & in hoc ſtat difficultas. Habemus enim duo iura in hoc libro feudorum, quæ loquitur de fructibus pendentibus feudatario mortuo poſt Kalen. Martias, [tex. in cap. 1. §. his conſequẽter] hic finitur lex, vbi fructus prædicti, feudo deuoluto ad Dominũ, ob lineam finitam, non pertinẽt ad dominũ, ſed ad hæredes feudatarij in allodio, & [text. in cap. 1. an agnatus] vbi fructus prædicti non pertinent ad agnatos ſuccedentes in feudo, ſed pro illis tenentur creditoribus defuncti, & per iſta iura [Camerar. in cap. Imperialem fol. 17. litera T. & fol. 19. litera T.] voluit, quòd iſti
39 fructus retineant naturam burgen-

genſaticam: hac ratione attenta videretur dicendum, quòd filiæ fœminæ non excluduntur à ſucceſſione in iſtis fructibus feudi pendentibus,& à ſolo ſeparandis, ſed ſimul ſuccedant cum maſculis, ſecundùm ius commune in cæteris bonis allodialibus.

40 Sed vos contrarium teneatis; Primò, quia in omni translatione rei de perſona ad perſonam veniunt fructus pendentes; ſiue translatio fiat per hominem,ſiue per legem. Exempla;quando fit per hominem ,ſeu ex diſpoſitione hominis, plura ſunt in venditione [l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actio. empt. In datione in ſolutum tenet Aret.in conſ.160. col.6.verſ.circa quintum.] In legato tam rei quoad proprietatẽ, & vſumfructum [Bald.in l.ſi quis bonorum.ff.de legat. 1. & in l.1. col.2.verſ. quæro quid de fructibus.C.de vſur.& fructi. legatorũ; quàm rei quoad vſumfructum tantùm.l. ſi pendentes.ff.de vſufruct. In fideicommiſſo probat Iaſ. in conſ.331. col.penult.verſ. 5.dum quæritur.lib.2.In conceſſione ad affictum, probat Rom.
41 in conſ.10.In re conceſſa in feudum,Odoffred. in ſumm.feudor. in penult.rubr.Bald.in cap.1. an agnatus, & in l.1.q.14. ff.de rer. diuiſio.Aluarot.in d.§. his conſequenter. Martin. Lauden. in cap. 1.§.fin.in fin.de his qui feud.dar. poſſ. vbi etiam Præpoſ. in fin.& idem Præpoſ.in cap. 1. colum.2. an agnatus,Bart. in l.cum filiofamilias in fine] qui, licèt formet quæſtionem in domino concedente vineam, & fundum fructibus plenum; nihilominus dicit, quòd & ſi nihil eſſet dictum,fructus conceſſi videntur: ſequitur [Paul.de Caſt.ibi col. antepenul. Iaſ.col.14.]

42 Et ratio omnium prædictorũ eſt,quia res ipſa,& fructus faciũt vnam, eandemque rem non diuerſam [l.fin.§.fructus.ff. quæ in frau.credit.

Præterea feudum datur propter ſeruitium, & fidelitatem, [cap.1.§.huius autem generis, in quib.cauſ.feud. amitt.] ibi, vt fideliter domino ſeruiat: Sed ad filios maſculos tranſeunt onera ſeruitiorum, & fidelitatis: Ergo ad illos tantùm debent tranſire commoda feudi,ideſt fructus; ex [regula legis ſecundùm naturam ff.de reg.iur.]

43 Vlteriùs, feudatarius tenetur de iure communi feudorũ proprijs ſumptibus vſque ad fructus feudi exhibere ſeruitium domino, in bello infra feudum vel Regnum,vbi ſitum eſt feudum, ſecundùm [Ardizon.in prima parte ſũmæ.2. car. & nos plenè probauimus in d.§. huius autem generis.] Si contingeret caſus. quòd poſt mortem defuncti illo anno eſſet exhibendum ſeruitium domino, nonne admittendo fœminas

nas in ſucceſſione fructuum, aut fraudarentur filij maſculi, qui tenerentur ſeruire ſumptibus proprijs vſque ad fructus feudi integros, non deducta rata fœminarum; aut ſi rata illa eſſet deducenda, fraudaretur dominus, quia ſeruitium diminueretur, & ipſe teneretur ſubminiſtrare expenſas vaſſallo, pro quibus euitandis dedit feudum, & feudi fructus. Et hac ratione, quia feudum eſt datum propter ſeruitium [Iaco. de Beluiſ. in cap. 2. de fratrib. de nou. benef. inueſt.] tenet, quod
44 pater non habet vſumfructum in feudo filij, & nos hoc ex iſta, & alijs rationibus plenè probauimus in [cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.] vt ſit vndique conſtet quòd lex feudalis ſequens tacitã voluntatem concedentis feudũ, voluit, vt fructus omnes feudi pertinerent ad eũ, ad quem pertinent onera feudi.

45 Non obſtat tex. in §. his conſequenter, quia non dicit aliquid de iſtis fructibus an ſint feudales vel burgenſatici, ſed voluit in illo caſu particulari, quando feudũ finitur per mortem feudatarij ſine hæredibus in feudo, vt hæredes in allodio defuncti habeant illos fructus. Diſpoſitio eſt irrationabilis, vt benè probant [Bal. hic, Aluarot. & Ancharan. in cõſ. 193.] qui ideo tenent, quòd non extendatur ad fructus ciuiles, & proinde tanquam irrationabilis non eſt extendenda, maxime in alium caſum, vbi militat diuerſa ratio, Voluit tunc dominus facere gratiam hæredibus vaſſalli de ſuo, & in caſu quo ceſſabat ſeruitium, & hoc ineſt in ipſa feudi conceſſione, cum ſit prouiſum per ius commune feudorum [d. §. præterea quid ſit inueſtitura.]

Non obſtat text. in cap. 1. an agnatus, qui videtur magis vrgere, quia ex illo oritur onus in dãnum agnatorum ſuccedentium in feudo, & in beneficium creditorum feudatarij defuncti. Vnde adeſt diuerſitas in perſona onerata per legem feudalem, & in qualitate oneris, continet illa lex declarationem quoad agnatos, & in beneficium creditorum, non extenditur in beneficiũ fœminarum; poteſt eſſe caſus in quo creditoribus non poteſt aliter eſſe conſultum: & ſic ſimul tractatur de præiudicio creditorum, & de exoneranda cõſcientia defuncti; ſed reſpectu fœminarum fratres
46 tenentur alere in ſubſidium [gl. in l. ſi quis à liberis in verbo iuſtè. ff. de liber. agnoſcen. gloſ. in l. qui filiam. ff. vbi pupill. educa. debe. & dotare etiam Bar. in l. cũ plures. §. cum tutor. ff. de admin. tuto. poſt gloſ. ibi nec filij ſunt proprij creditores defuncti reſpectu ſucceſſionis, ſed hæreditas dicitur quaſi debita tantum filijs [l. fin. §. 1. C. de cura. furioſ.]

nec

nec tractatur de exoneranda conſcientia defuncti.

47 Ex prædictis emergit deciſio notabilis quæſtionis in Regno, quòd filius primogenitus, qui ſolus vocatur ad ſucceſſionem feudi iuris Francorum, ſuccedit etiã in fructibus feudi patre defuncto poſt Kal. Martij, & in illis filij ſecundogeniti nullam habent portionem per viam ſucceſſionis; quæ concluſio in primogenito fundatur, quia ſi ſecundogenitus debet habere vitam, & militiam, ideſt alimenta à primogenito, quę debentur ex fructibus [l. Imperator. ff. ad Trebellian.] quomodo debet ſentire duplex onus? Item ſi vita militia eſt loco partis hæreditariæ, à qua excluditur per primogenitum; quomodo debet habere aliam partem in fructibus in illo anno? Et ita tenete ex præmiſſis in vtraque quæſtione, quicquid dicat [Camerar. in cap. primo,

48 an agnatus] qui nõ conſiderando præmiſſa in Regno, voluit, quod medietas fructuum illius anni diuidatur inter primogenitum, & alios filios; quia alia medietas cędit pro releuio.

Quæro ſecundò, an iſti filij cõſequantur feudum ab alio poſſeſſum poſt mortem patris per petitionem hæreditatis? Pro reſo-

49 lutione videndũ eſt quid dicunt Doctores in articulo an feudum veniat in petitione hæreditatis: in quo, colligendo dicta ferè omnium, vos faciatis duos caſus. Nã aut agit filius hæres, aut agit extraneus hęres. In primo caſu quãdo agit filius, tres ſunt opiniones: [Cyn. namque, vt refert Barto. & ipſe ſequitur ibi in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de pet. hæred.] tenet, quòd non veniat

50 feudum in petitione hæreditatis: quia feudum filius non habet iure hæreditario, licet nõ poſſit habere feudum, niſi ſit hæres, per [c. 1. an agnatus, & ita tenet etiã Bal. & Fulgoſ. ibi.]

Secunda opinio eſt de directo contraria, quòd in filio veniat in petitione hæreditatis. Ita tenet [gloſ. in d. §. nunc videamus, quã ſequitur Ang. ib., & fuit hæc opinio Raynerij, vt refert Alber. ibi, qui videtur in effectu reſidere cum glo. prout etiam facit Paul. de Caſtr. ibi, & Bart. qui videtur per hoc ſibi cõtrarius in l. vt iuſiurãdi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. & Bal. ſibi contrarius in c. 1. nu. 12.] an agnatus, nõ quia feudum

51 ſit liberè corpus hęreditarium: ſed quia ſit ius quoddã annexũ, quod in hæreditate reperitur.

Tertia opinio fuit Odoffred. ibi, qui diſtinguit in effectu inter feudum non hæreditarium, vt tunc non veniat; & feudum hæreditarium, vt tunc veniat: quod vltimum, quando feudum eſt hęreditarium [tenet manifeſtè Iſer. in cap. 1. in fin. qui ſucceſſo. tene.

S hic

hic n.7.in c.1.an agnatus in prin.
in c.1.§.quid ergo num.8. de in-
ueſt.de re alien.fact.] dum dicit,
quòd feuda hæreditaria veniunt
in petitione hæreditatis, & quod
gloſ. prædicta in §. nunc videa-
mus, loquitur in feudo hæredita-
rio: & iſtam diſtinctionem inter
feudum hæreditarium, & nõ hæ-
reditariũ ſequitur [Gugliel Pern.
in notabilibus feudorũ, ſub rubr.
quarta notabilia feudorũ, n.15.]

In ſecundo caſu, quando agit
extraneus hæres, aut agit ille, qui
eſt ſucceſſor in feudo; & tunc di-
cunt, quòd nõ venit: quia ille nõ
tenetur eſſe hæres pro conſequẽ-
do feudo, quod non eſt in filio,
[c.1.an agnat.hoc dicit indubitã-
ter verum Bar.& Bal.in d.§.nunc
videamus] & eſt de mente Rai-
nerij, dicentis, quòd agnati nõ pe
tunt feuda per petitionem hære-
ditatis, ſed per petitionem ex Ca
pitulis feudorum. Aut agit ille
hæres, qui nõ eſt ſucceſſor in feu-
do; tunc aut agit cõtra filium, aut
alium legitimum ſucceſſorem in
feudo; & non venit in petitione
hæreditatis: aut agit cõtra alium,
& tunc aut fundatur in dominio
defuncti, & nequaquã venit: aut
fundatur agens in poſſeſſione, &
venit. Ita eſt de mente [Bar.in l.ſi
patroni, nu.3.ff.ad Trebel.] prout
declarando [Bar.tenet, Alex. ibi
nu.12.vſq; ad nu.15.] reſpõdens
ad obiectionem: quia licet extra-
neus hæres, quia non ſuccedat in
feudo, nõ poteſt agere ad feudũ;
52 hoc eſt reſpectu dominij: tamen
quia petitio hæreditatis datur nõ
ſolum pro rebus, vbi defunctus
habet dominium; ſed etiam vbi
ſolam poſſeſſionem, vel detẽta-
tionem habebat [l.regulariter.ff.
de pet.hæred.] Vnde cõſiderato
vtili dominio, eſt verũ, quod non
ſit quid hæreditarium, ſed agens
poteſt ſe fundare in poſſeſſione,
quæ erat apud defunctum, & ea
ratione ſe iuuare petitione hære-
ditatis. Iſtã opinionem ſequitur
[Iaſ.in prælud.feud.col.14. Iaco-
bin.in ſua inueſt.in verſ. & cum
pacto, nu.7.] qui aduertit aduoca
tum, vt ſit cautus, fundando ſe in
poſſeſſione, non in dominio: &
ꝙ conuentus non poteſt oppo-
nere de iure tertij, tenet idẽ [Ma-
rian.Soc.iun.in conſ. 75. n.30.1.
vol. ſequitur Loffr.in conſ.14.nu.
6. & 7.] & iſti multo magis te-
nẽt opinionẽ gl.in filio, vt quoad
eum veniant feuda in petitione
hæreditatis. fundãdo ſe in poſſeſ-
ſione, non in dominio defuncti,
vt conſiderat [Ang.& Alber.in d.
§.nunc videamus. Quid ergo di-
53 cemus nos? In primis videamus ſi
poſſumus ſaluare Bar.à contrarie
tate, q̃ põderat Iaſ.& Iac.vbi ſup.

Et quidem ſi verba Bart.rectè
ponderentur, nulla adeſt contra-
rietas: nam in l. item videndum,
dicit, quod filius, qui non poteſt
hàbere feudum repudiata hære-
ditate, ante aditionẽ hæreditatis
non

non habet feudum vt hæres, ſed ex pacto, vel ex lege, & ideo non venit in petitione hæreditatis, & ſic non loquitur Barto. quando feudum ab alio poſſidetur, ſed quando ab ipſomet filio poſſidetur, & propterea dicit non venire in petitione hæreditatis, & iam ſe remittit ad dicta per eum in §.ſi liberi, vbi tenet, quòd feudum, quod filius non poteſt habere niſi ſit hæres, veniat in petitione hæreditatis, in l. ſi patroni, Barto.huic concluſioni non contradicit, immo ampliare videtur, vt veniat in petitione hæreditatis, nedum ad beneficium filij, ſed alterius hæredis,quando non agit contra filium, aut legitimum ſucceſſorem in feudo, & ſic malè Iaſon. & Iacobi.ponderant Bart. in hoc articulo variantem.

54 Secundo aduertatis, quòd dum Odoffredus diſtinguit inter feudum hæreditarium,& non hæreditarium; & vult, quòd hæreditarium veniat in petitione hæreditatis, intelligit de eo feudo hæreditario, quod tranſit ad quemlibet hæredem, niſi ſit fœmina,vel Monacus,aut Canonicus regularis; & ſic etiam Guglielm. Pern. loquitur in Regno Siciliæ vltra Pharum, vbi, per cap. volentes, conceditur poteſtas diſponendi in feudis, licèt etiam ſine illo cap. videatur ſequi Odoffred.

Tertiò notate in præmiſſis, quòd nemo prædictorum Doctorum loquitur in filio, vel in agnato ſuccedente in feudo tantùm, vel in extraneo etiam in feudo tantùm inſtituto, alio exiſtente hærede in allodio. Veniamus ergo ad concluſionem.

Sed ante quæro, quod ſi feudum poſſideatur à Rege,ſeu alio
55 domino directo, an præmiſſæ deciſiones militent. Iſern.quæſtionem hanc formauit in interdicto quorum bonorum [in cap. 1.ſi de feud. defunct. milit.] & tenet,quando feudum eſt hæreditarium,quòd veniat in hoc interdicto, & poſt eum Afflictus. Concludendo ergo vos teneatis, quòd quando feudum eſt hæreditarium, poteſt peti per petitionem hæreditatis à filió,vel alio legitimo ſucceſſore; ſiue ſit ille, qui agit hæres etiam in allodio, ſiue ſit tantùm hæres in feudo; ſiue poſſideat alius, ſiue poſſideat dominus, & quod ſic etiam includitur in libello, in quo petitur hæreditas. Aduertatis tamen, quod non intelligo feudum hæreditarium tranſitorium ad omnem hęredem, prout intelligit Odoffredus. Sed intelligo in eo feudo hęreditario, in quo oportet, quòd ſuccedens ſit hæres in ipſo feudo,licèt non ſit tranſitorium ad omnes hæredes.

Si verò feudum non eſt hæreditarium, tunc nec includitur in libello vbi petitur hæreditas, nec poteſt peti per petitionem hæreditatis, & ita vltra alios nuncupatim voluit [Odoffredus in ſumma feudorum, in rubr. 32.] dum,tractando de actione, qua mediante,agnatus, aut alius ſuccedens in feudo,petet illud,concludit, quod habitâ inueſtitura à domino, ſi feudum ab eo poſſidetur, aget conditione ex vſibus feudorum, vt ipſum inducat in poſſeſſionem. Sin autem poſſidet alius, habita inueſtitura intentabit rei vendicationem contra illum. Donec autem ſupra dicitur, quòd quando agit hæres defuncti,licèt non ſucceſſor feudi,& non aduerſus eum, qui ius habet in feudo, quòd tunc feudum venit in petitione hæreditatis; Cauete, quia falſum eſt, 56 rationes enim, in quibus fundantur Barto.& alij, continent in ſe manifeſtam fallaciam: nam licèt in petitione hæreditatis veniant res commodatæ, & depoſitæ, in quibus defunctus non habebat dominium;nihilominus illud ideo eſt, quia periculum illarum rerum ſpectat ad hæredem, & proinde pro intereſſe ſuo lex voluit, vt poſſet res depoſitas, & commodatas recuperare per petitionem hæreditatis: & hæc eſt ratio, quæ aſſignatur in d.l.& non tantùm; quæ ceſſat in feudo, quod non eſt periculo hæredis feudatarij, ſed periculo domini, ad quem eſt conſolidatum feudo finito ob defectum ſucceſſorum illud vtile dominium, quod feudatarius habebat, ſecundùm [Iſern. in cap. 1. num. 9. de feud. ſine culp. non amitt. & in cap. 1. §. ſi vaſſallus de feud. num.2. ſi de feud. fuer. controu.]

Poteſt etiam & alia ràtio conſiderari in terminis in l. & non tantùm,quare veniant res commodatæ:& depoſitæ in petitione hæreditatis, ſcilicet quia tenetur hæres actione perſonali ad reſtitutionem ex contractu defuncti: quod non procedit in feudo, in quo nedum extinguitur illud vtile dominium feudatarij; ſed 57 etiam poſſeſſio naturalis, quam habebat, quam ad ſe trahit poſſeſſio ciuilis, quæ remanſit penes dominum,ſecundùm [Bald. in l. prima, quæſtio. 46. ff. de rerum diuiſion. & in cap. quæ in eccleſiarum, numer. 31. de conſtit.Iaſ.in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirend. poſſeſſion. Curtius in tracta. feudor. 4. par. ſub rubrica an in caſibus; in quibus priuatur vaſſallus propter alienationem, priuetur ipſo iure: [gloſ. . . . . nec reperitur in vſibus feudorum, quod hæres allodij teneatur actione perſonali ad feudi reſtitutionem, ma-

maxime feudo penes alium exiſtente ſine ſua culpa;Quinimmo [Odofred.vbi ſupra,tractans de actione competente domino ad reuocandum feudum finitum, non ponit iſtam, vt ſic ſine dubio præmiſſa deciſio claudicet, & omnino tenenda non ſit ex præmiſſis.

58 Quæro tertiò in terminis iſtius tex.ſi filij ſunt inſtituti à patre in feudo, vtrum habeant remedium [l.fi.C.de edict. Diu. Adr. tollen.] Pro reſolutione videndũ eſt,de his,quæ Doct.in tribus caſibus dicunt ferè ad idem tendẽ-
59 tibus.Nam alij ſimpliciter tractant de validitate inſtitutionis, & diſpoſitionis feudi in vltima voluntate,in illum,qui eſt proximè ſucceſſurus; & in hoc [gloſ. in conſt. Regni hac edictali, in princ.] tenet,quòd ſi relinquatur feudum ei, qui aliàs ſuccederet ab inteſtato, diſpoſitio tenet; ſicut teſtamentum imperfectum, valet inter liberos, qui aliàs ab inteſtato ſuccederent [l.hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto. C. de teſtam.] Iſern.ibi dicit, quòd dũ gloſ.tenet,quòd teſtamentum in eos, qui ſunt aliàs ſucceſſuri valeat in feudo;eſt contra id, quod hic dicitur in tex.ibi (nulla ordinatione defuncti valente, &c.) conſiderans,quòd in neceſſitatibus non dicitur quis liberalis [l. rem legatam.ff.de adimen.legat. Bartholom. de Capua in conſilio ædito pro Rege Roberto, vt refert [Afflict.in d.conſtit.hac ædictali;num.7. in gloſ. 1. & ipſe ſequitur,tenet opinioné gloſ. quòd teſtamentum hoc caſu valeat, [Ioã. Rain.in cap.Imperialem.§. habito,num.36.de prohib. feud. alien.per Feder.idem & Iacobin. in ſua inueſt.in verbo & cum pacto] de ipſo feudo tenet idem: quia alienatio poteſt fieri [in proxime ſucceſſurum [Curt.in tract. feud.4.par.in penul.q.num.47.& Capyc.in cap.Imperialem, gloſ. 2.3.limit.] refert prędictos,& dicit,quòd ſi hoc eſſet verum, foret vtile:quia taliter inſtitutus po terit mitti in poſſeſſionem per [d.l.fin.Camer. in cap. Imperialem: fol. 32. litera E. tenet opinionem,quòd non valeat;dicens, quòd ita tenet Iſer.vbi ſupra.

Alij vero ſpecificè tractant,an remedium illius legis competat, quando ſunt inſtituti proximè ſucceſſuri: & concludunt, quòd habeat locum,vt per [Afflict.latè in deciſ.119.]

Alij verò tractant an etiam habeat locum (& hic eſt tertius caſus) quando in hęreditate eſt feudum, & inſtituitur tunc ille, qui non erat proximè ſucceſſurus in
60 feudo. Exemplum. Filia fœmina non ſuccedit in feudo ſecundùm hoc ius, vt hic; ſi fuerit hæres inſtituta, an habeat remediũ illius legis [Io.Andr.in addition. ſuper Specul. in tit. de teſtam. §.

penult. in fin. in additione incipiente,perſonam, dicit, quod ſi vnica filia inſtituta hæres à patre vaſſallo, petat miſſionem in omnia bona, incluſis feudalibus agnati defuncti,non erunt legitimi contradictores quoad feudalia; etiam ſi feudum debeatur agnatis, & eis reſtitui debeat; & poſt miſſionem venit diffiniendum; & ſi conſuetudo, vel ius aliud iuuat filiam,defendetur in illo;aliàs aſſignabitur agnato: & ſic dicit determinare [Gugliel.de Suza in l.fin.C.de ædict.diu.Adr. tollen. Hanc opin. Io.And. ſimpliciter ſequitur Bald. in cap. 1. verſ. vel dic quarto, de controu. inter maſc.& fœm.Alex.in d.l.fi. nu.30.Iaſ.ibi col.9.verſ.nota etiã vltra,Bart.Deci.in conſ. 424. nu. 11.467.num.11.498.nu.4. 688. num. 11. Præpoſ. in cap.inter filiam, ſi de feud. defunct. milit. Curt.iun.in conſ.30.num. 10. & in 1.par.tract.feud.21.q.Marian. Socin.in conſ.75.num.28. 1.vol. vbi etiam extendit in alia fœmina tranſuerſali, Alber. Brun. in cóſ.1.inter cóſilia feudalia nu. . Io. Campe. in conſ.2. inter eadẽ conſilia num. . Alber.Brun.in conſ.18.num.12.& Vberti Zuccar. in repet.dict.l.fin. ſequuntur opin.Io.And.] Sed limitant quãdo in continenti agnati probarẽt de non iure fœminæ; licet ipſa allegare potuiſſet habilitationem ad ſucceſſionem. Præpoſ.hic nu. 8.tenet ꝙ remedium illius legis competat iure hæreditario.

Hæc ſunt,quæ dicunt Doctores in effectu pertinentia ad hunc articulum generaliter an remedium l.fin.habeat locum in feudalibus. Quid dicendum? Vos concluſiuè loquendo faciatis plures caſus; nam aut feudum relinquitur titulo inſtitutionis ei, qui non eſt proxime ſucceſſurus; & tunc ſiue ſolus fuerit inſtitutus in feudo, & in allodio, vel vnicus hæres vniuerſalis; ſiue fuerit inſtitutus vnus in feudo,& alius in allodio; ſiue feudum ſit hæreditarium,ſiue non hæreditariũ, teneatis in omnibus, prout ſupra determinaui in articulo an & quando feudũ veniat in petitione hæreditatis.

Sin autem in feudo inſtitutus eſt proximè ſucceſſurus, tunc eſt diſtinguendum inter feudũ hæreditarium, & non hæreditariũ. Si feudum eſt hæreditarium, & ille proximè ſucceſſurus, qui eſt inſtitutus in feudo, eſt etiam inſtitutus in allodio,aut vniuerſalis hæres ſimpliciter, tunc nulla videtur ſupereſſe probabilis difficultas,quin huic competat remedium dictæ legis, nihil enim ei obſtare videtur nec ratione perſonæ,quia inſtitutus eſt proximè ſucceſſurus,nec ratione rei, quia feudum eſt hæreditarium.Et aduertatis,quia loquor de eo feudo hæreditario, quod defertur iure

hære-

hæreditario, & in quo oportet, quod ſuccedens ſit hæres in ipſo feudo; non autem de illo feudo hæreditario, de quo magna turba Doctorum loquitur; quod ideo dicitur hæreditarium; quia oportet, quòd ſuccedens ſit hæres in allodio feudatarij.

Sin verò ille proximè ſucceſſurus in feudo, non ſit inſtitutus etiam in allodio, aut hæres vniuerſalis, ſed in feudo tantùm, & eſt datus ſibi cohæres in allodio.

61 In hoc videtur dubitãdum, quia ſuccedens in feudo dicitur hæres in re certa, ſecundùm [Bald. in conſi. 232. incipien. fœmina regulariter in conſ. 361. incipẽ. dicit text. 3. vol. ſequitur Aym. in conſ. 197. Mar. Ant. Natt. in conſ. 246. num. 10. 2. vol.] & hęredi in

62 re certa regulariter non competit remedium dictę l. fin. maximè dato cohærede vniuerſali, ſecundùm [glo. & Bar. ibi.] Sed res hoc non obſtante, teneatis contrariũ: quia ſecundùm veram opinionẽ, & receptam in Regno, non eſt verũ in feudo hæreditario, quòd ſuccedens in illo tantùm dicatur

63 hæres in re certa; quia in feudatario duæ hæreditates conſiderãtur; alia feudalis, alia allodialis. Sicut in milite dicit Bal. ꝙ habet duas hæreditates, ſcilicet paganicam, & caſtrenſem, in [l. 1. C. de teſtamen. milit.] & ideo fungitur ſecundùm eum loco diuerſorum teſtatorum. Vnde infert, quòd interdum vnus teſtator cenſetur vt plures; & tunc licèt ſit vnus natura, cenſetur vt plures iuris cenſura, ideo poteſt habere duos hæredes, vnum in caſtrenſibus, & alium in paganicis [l. hæres. §. 1. ff. famil. herciſcund. probatur in l. ſi certarum. §. 1. ff. de milit. teſtam.] Ideo poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus [l. ſi duobus. ff. de mil.

64 teſtam.] feudatarius namq; miles dicitur cap. 1. vbi Iſer. Imperator Lotharius, & feuda caſtrẽſi peculio annumerantur, ſecundũ

65 [Bald. in l. cum multa, in princ. C. de bon. quæ lib. in l. ſi vxorem, in fine. C. de conditio. inſert. quẽ ſequitur Iaſ. alios allegans in prę lud. feudor. nu. 24. & ideo idem Bald. in authen. ceſſante num. 2. C. de legit. hæredib.] dicit, quòd

66 Baronia eſt quid vniuerſale; ſicut peculium caſtrenſe: propterea quis poteſt habere vnum hæredem in Baronia, alium in paganica: & idem [Bald. in conſil. 309. lib. 1.] æquiparat bona feudalia, & allodialia eiuſdem cum bonis caſtrenſibus, & paganicis.

Sunt igitur duæ hæreditates, non autem hæres in re certa dicitur ſucceſſor in feudo; & propterea ſecundùm æquiorem, & magis receptam opinionem hæ-

67 res in feudo, & hæres in allodio ſimul tenentur pro rata bonorũ feudalium, & burgenſaticorum ad æs alienum feudatarij defuncti.

ćti,vt ſupra dixi,ſecundùm [Ioã. Litirier de primogenitura q. 5. lib.2.Tiraq. de primogen. q. 35. nu.28.] & propterea tenẽdũ eſt, poſtquam ſunt duæ hæreditates, quòd in feudo hæreditario quando eſt inſtitutus proximè ſucceſſurus,ei competat remedium dictæ legis final. pro adipiſcenda poſſeſſione feudi, quod defunctus poſſidebat: ſed ſi ſumus in feudo non hæreditario, vos teneatis,quòd non competit ei remedium dictæ legis pro adipiſcenda poſſeſſione, non ea ratione,quod non valeat diſpoſitio teſtamentaria in feudo, licèt in proximè ſucceſſurum; quoniam aut hoc prætẽditur per hunc tex. & cum annullat diſpoſitionem feudi in beneficium agnatorum, & non reſpicitur hic fauor domini,vt videbitis ſecundùm veriorem intellectum, eo ipſo, quòd feudum relinquitur illiſmet, qui erant ſucceſſuri, ceſſat ratio prohibitionis, aut prætenditur hoc per legem Lotharij,& Federici; & alia iura prohibẽtia feudi alienationem, & illa iura limitantur non procedere, quãdo fit alienatio in proximè ſucceſſurum,vt in [§.& ſi libellũ,de alienatio. feudi patern.] Vltra quod prohibita alienatione, non eſt prohibita hæredis inſtitutio in legitimos ſucceſſores.

68 Teneatis ergo, quòd non habet locum remedium dictę l.fin. alia ratione, ſcilicet quia, cũ feudum non hæreditarium dicatur ſubiacens, ſeu quaſi reſtitutioni in beneficium eius, qui proximè vocatur poſt eum,ſecũdùm Iſer.
69 hic, fideicommiſſarius etiam vniuerſalis regulariter non habet hoc remedium, ſecundùm [gloſ. in d.l.fin.] Et licèt facta reſtitutione verbali, fideicommiſſarius vniuerſalis habeat illud remedium,ſecundum Bald.ibi,& poſſet prætendi, quòd teſtamentum habeat vim verbalis reſtitutionis;nihilominus illud remedium competit fideicommiſſario vtiliter ex perſona hæredis, vt declarat [Bart.ibi num.9.] & cum illi feudatario defuncto, qui facere videtur verbalem reſtitutionem, non poterat competere remediũ illius legis pro adipiſcenda poſſeſſione, quia iam fuerat illam adeptus: ideo nec proximo vocato poſt eum ex eius perſona. Secundò illud beneficium fideicõmiſſarius non habet à venientibus ab inteſtato facta reſtitutione,ſed habet hoc à lege propter ſcripturam, dũmodo habeat iura hæreditaria,vt [Alex. declarat ibi nu. 7.] Tertiò non poteſt
70 dici,quod proximus vocatus in feudo ſit fideicommiſſarius vniuerſalis; immò remedium adipiſcendæ poſſesſionis non competit niſi ſucceſſori vniuerſali,ſecundum [Bald.in l.incerti,num. 10.C.de interdict.] Et hoc non obſcu-

obſcurè voluit Iſern.in d.conſtit. Regni hac ædictali] dum relata gloſ.dicit, quòd dictum eius eſt contra tex.hic:& paulo poſt ſubdit, niſi eſſet feudum hæreditarium: quæ verba relata non ad proximè dicta, ſed ad præcedentia, faciunt manifeſtè differentiā inter feudum hæreditarium, & non hæreditarium. F

F

71 Quæro quarto, an ſuccedant filij, licet ſint exhæredati à patre. Habemus in vſibus feudorum duo iura, quæ in quæſtione propoſita ponderari poſſunt. Primo textum iſtum, qui omnem diſpoſitionem paternam in feudo, ex qua filij priuantur à ſucceſſione, annullat. Vnde videretur dicendum, quod filij ſuccedant licèt exhæredati. Secundo habemus [tex.in cap.1.§.prædictis, quæ ſit prim. cauſ. benefic. amittend.] quod omnes cauſæ, quæ ſufficiūt ad exhæredationem liberorum, ſufficiunt ad feudi priuationem, & ſic lex feudalis approbauit in feudis quodammodo legem de exhæredatione liberorum loquentem.

[Odoffred. in ſum. feudorum ſub rubr. qui poſſ.in feud. ſucceder.] arguit primò;quòd exhæredatus non ſuccedat, quia filius nō poteſt habere feudū niſi ſit hæres patris.cap.1.an agnatus, ſi nō eſt hæres propter exheredationē, ergo non habuit feudum. Arguit ſecundo pro parte affirmatiua, quòd ſuccedat, quia filius exhæredatus retinet iura ſepulchrorū. [l.vel quæ.ff.de religioſ.& ſumpt. funer.] Item quia, qui reſtituit hæreditatem, retinet iura ſepulchrorum apud ſe [l.quia poterat. §.reſtituta.ff.ad Trebellia.] Item quia filius exhæredatus habebit actionem de dote mortua filia ſua, quæ fuit dotata ab auo [l.dotem in fin.de collatio.bonorum] Tandem diſtinguit: aut filij iuſtè à patre exhæredantur, & non ſuccedunt in feudo: aut iniuſtè; & tunc ſuccedunt, licet non ſint hæredes [argum. tex. in §.ſoluto, §.ſequenti, & §.verum, in authē. de nuptijs.]

[Iacob. de Ardizo. in ſumm. de ſucceſsio.feud.4.colum.in fi.] arguit ſimiliter pro & contra in quæſtione propoſita, & tandem concludit, quòd filius exhæredatus non ſuccedat in feudo; tripliciter tamen limitando: Primò ſi pater filio exhæredato feudum aſsignauerit. Secundò ſi ipſum non mala mente, ſeu non gratia infamiæ, ſeu notæ ipſum exhæredauerit [argum.l.ſi patruus teſtamento.§.1. & l.paulus reſpondet exhęredationem.ff.de bon.liberto.] vbi in iſtis caſibus filius retinet iura patronatus in libertos. Tertia limitatio, ſi teſtamentum eſſet factum irritum, ita vt nemo ex teſtamento adierit hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem petierit [argum.l.ſi exhæredatus. ff.ad

ff.ad Sillanianum.]

[Ioan.Blanchus in ſumm. de ſucceſsion. feud.in 3.par. col.3.] tranſcribens, licèt imperfectè, verba Ardizo. tenet idem, quòd Odoffred. in effectu diſtinguendo inter iuſtam, & iniuſtam exhæredationem.

Iſern. hic in principio, reprobata opinione Modernorum, dicentium, quòd in feudo ſimpliciter conceſſo, aut pro ſe, & filijs; etiam antiquo, quòd pater poteſt filium exhæredare, quia non eſt tunc feudum ex pacto,& prouidentia,ſed hæreditarium:& proinde ſi eſt exhæredatus, non ſuccedit in feudo, tenet partem affirmatiuam, quòd poſsit pater filium exhæredare, ſequens Ardizo. & idem tenet in cap.ſi quis miles,verſ.& filius fratris,num.5. in fin.Imper.Lothar. in cap. omnes filij,prima colum. ante med. ſi de feud.defunct.milit.] loquēs in feudo iuris Francorum,vt poſſit filius primogenitus exhęredari, & relinqui feudum ſecundogenito. Iterum in [cap.1.§.præterea,nu.13.& 14.colum.4. quæ ſit prim.cauſ.benef.amitten.& in cap.1. §.& ſi libellum, col.2. nu. 7.de alienat.feud.pater.] Limitat tamen Iſer. hic, quando feudum eſſet conceſſum patri,& Petro filio nominatim, vt tunc,non obſtante exhæredatione, ſuccedat. [l.quodcunque,§.ſi quis ita.ff.de
72 verbor.obligat. quia præſumitur conceſſum contemplatione filij. l.final. C. de vſufruct. & hanc limitationem ſequitur in cap. 1. verſ.vbi vero, in fin. an agnatus.] Immo etiam quando nō eſt datum feudum pro filio nominatim,ſed patri,& liberis, ſi tamen conſtat, quòd contemplatione liberorum, adhuc ſuccedunt,nó obſtante exhæredatione, ſecundùm eundem in [cap. 1. nu. 19. de alien.feud.pater.]

[Aluarot. in cap.1.§. & quia vidimus,col.penult. in princ.de his, qui feud. dar. poſſ.] ſequitur regulam affirmatiuam, quam ponit Iacob.de Ardizo. & declarat tertiam limitationem, vt tunc ſuccedat filius exhæredatus,quādo exhęredatio non habuit vires, ſecus ſi habuit vires, & eſt exhæredatus ex tali cauſa, ex qua non poſſet ſtare in Curia Domini ſine dedecore; quia tunc priuaretur feudo [cap. 1. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui.]

[Præpoſ.in d.§. & quia, col.4. num.18.] diſtinguit inter iuſtam & iniuſtam exhæredationem, & ſequitur limitationem, quando exhæredatio fuiſſet inualida, vt declarat Aluarotus, vel quando pater aſſignauit feudum filio exhæredato.

[Angel.in §.ſoluto, in authen. de nuptijs] tenet idem ſimpliciter,quòd ſi filius,ratione ingratitudinis erga patrem, repellatur à feudo, quod teneat exhæredatio

in

in feudo tenet [Capyc.in cap.Imperialem,in 2.gloſ.in 1.limit. de prohib.feud.alien.per Feder.Marin.Frecc.lib.3.23.differen.feud. hæreditarij, & ex pacto Curt.in tract. feud. 3. par.3.q.princ,] ſequitur hãc concluſionem, quod teneat exhæredatio,& ſic limitationes, dummodo ſit iuſta, vel niſi aſſignetur feudum, uel niſi ex teſtamento hæreditas non adeatur,dicens,quod hęc eſt vna limitatio ad iſtum tex. dicentem nulla diſpoſitione valẽte,vel manente,valet namq; diſpoſitio,per quam filius à feudo exhæredatur ex iuſta cauſa:& quod ex hac cõcluſione etiam declaratur limitatio, quæ ponitur in cap. 1.an agnatus, per Bald.& alios,ſcilicet vt filius, qui non poteſt habere feudum niſi ſit hæres, habeat, ſi non ſtat per ſe ipſum;intelligitur namq; illa limitatio,quando non ſtat per ipſum ſine ſuo delicto,vt ſic in iſto articulo non videatur ferè diſcrepantia inter Doctores. Eſt verum,quod idem [Iſern. in cap.1.in verſ.ſucceſſione n.5. de feud.cognitio.dicit, quòd in feudo ex pacto, & prouidentia legis etiam exhæredatus ſuccederet, [Loffred.in conſ.1.nu.160.] pon

73 derat iſtam Iſer.contrarietatem, & pro concordia dicit,quòd Iſer. ibi eſt intelligẽdus, vel quod loquatur quando exhæredatio fit ſine cauſa; uel quando in conceſſione ſunt nomina diſtincta; ut ſi eſſet dictum patri, & Petro filio, & hæc ultima concordia uerior eſt, quia Iſern.ibi ſe remittit ad dicta per eum hic.ubi utrumque dicit, ut uidetis, quòd poſſit exhæredari regulariter, & quod

74 non poſſit exhæredari, quando feudum eſt conceſſum patri, & filio nominatim: & hoc non aduertit Loffred.

Sed quomodo tollitur oppoſitio modernorum,dicentium in feudo ſimpliciter conceſſo,quòd intelligitur acquiſitum pro ſe, & hæredibus, unde poſtquam ſuccedens debet eſſe hæres,exhæredatus non ſuccedet, & ſic in feudo.conceſſo pro ſe,& filijs,quia contemplatione patris? Dicatis uos;quòd utraque maior eſt falſa. Et notate ex præmiſſis:quod circa exhæredationem in feudo reſpectu filiorum nulla eſt differentia inter feudum hæreditariũ, & non hæreditarium, niſi eſſet conceſſum pro filio nominatim, aut præſumptiuè contemplatio-

75 ne filij. Quid autem in nepote ex filio, an ipſe ſuccedat in feudo,quando pater eſt iuſtè exhæ-

G redatus? G

76 Antequam ad ſequentia uerba in tex.poſita tranſeamus Iſer. hic in tex. ſuccedunt filij, arguit, ergo non hæres extraneus.Quæro quid ſi inueſtitura feudi non eſt ſimpliciter facta; ſed pro ſe, & hæredibus, an uerbum,hæredibus, reſtringatur ad liberos tãtùm

tùm [tex.in l.ex facto. §. fin.ff.ad Trebellia.] accipit verbum, hæredibus, pro liberis: quia dicit, quòd relicto fideicommiſſo vniuerſali, ſi inſtitutus deceſſerit ſine hæredibus, intelligitur, ideſt ſine liberis [tex.in l.ſi quis actio. ff.de vſufruct.accreſcen. iuncta gloſ.] accipit etiam pro liberis hoc verbum, hæredibus: quia ſi
77 eſt legatus vſusfructus alicui, & hæredibus ſuis; habebunt dimidiam hæredes,ideſt filij, & [glo. in dict.l.ex facto.§.fin.] dicebat, quòd ratio, quare in caſu illius tex.verbum, hæredibus, accipitur pro liberis, eſt, quia rarò occurrit, quod quis decedat ſine hærede, cum ſaltē Fiſcus ſit hæres. Vnde inferebat,quòd quando fit inueſtitura feudi alicui, & ſuis hæredibus, quòd intelligitur de filijs, ſed [Iacob. de Raue, & Pet.vt refert Cyn. in l.liberti, libertæque; num.8.C.de oper. liberto.] dicebant, quòd illa adiectio, hæredibus, quia eſt inducta ad ampliandum, non debet diminuere, maxime in Rege,cum quo eſt præſumenda liberalitas, & ibi ſupplendo [Bald.num. 19.
78 dicit. & q. ideo in l. ex facto. §. fi.] verbum,hæredibus, intelligitur de filijs, quia fideicōmiſſum redderetur inutile; & [Rip.in d. §. fin. num.14.] in hoc addebat, quòd in feudo conceſſo pro hæredibus,intelligendo nedum pro filijs,ſed pro alijs extraneis, non eſſet propterea inutile domino directo propter canonē, & commiſſa.& ego addo etiam propter ſpem deuolutionis, ex cauſis introductis per legem feudorum, vltra cauſam extinctionis feudi ex linea finita. Pariſijs tamē fuit iudicatum, vt reſtringatur ad liberos,vt refert [Cyn.in d.l.liberti] quæ opinio placet Dyn.ſecundùm eum ibi, & ipſe ſequitur, & hanc opinionem tenet [Bart.in l. Gallus.§.etiam ſi parente, nu. 4. ff.de liber.& poſthum.vbi Ange. num.1.Bald.in 2.colum.Paul.de Caſtr.& Alex.vterque nu. 4. Bal. in l.fin.in 6.oppoſitione, num.5. C.de hęred.inſtit.in l.1.num.39. q.48. ff. de rer. diuiſ. & in d.l.liberti. num. 19. Barto. remiſſiuè tamen in d.l.ex facto. §. final.vbi Paul.de Caſt.num.3.Imol. Alex. qui dicit communem opinionē. Rip.num.14. Soccin. qui pariter communem dicit in conſ. 19. colum.1.num.3.1.vol. Imol.in l. etiam. ff. ſol.matrim.vbi etiam, quòd eſt communis, & ibi Paul. de Caſt.nu.4.Alex.nu.6. col. fi.] & omnes pro maiori parte in effectu fundantur: quia verba debent intelligi ſecundùm naturā contractus, cui adijciuntur [l. ſi legatis ſerui nomine.ff.de leg. 1. l.ſi quando,C.de inoff. teſtam. l. ſi vino.ff. locat.] Vnde cum de natura iſtius contractus feudalis verbum, hæredibus, intelligatur de filijs [cap.1.§. & ſi clientulus,

de

de alienation. feud.] non poteſt
79 intelligi de extraneis, quia natura feudi ſemper videtur in eſſe, etiam ſi nomen hæredis exprimatur ab homine; ſecundùm [Bald. in d.l.liberti] & ita vos teneatis, donec agitur de excludendis extraneis hæredibus.

80 Sin autem de admittendo filios vt filios, vel filios vt heredes; hæc eſt alia quæſtio, in qua controuerſia eſt inter Iſern. & ciuiliſtas, ac feudiſtas alios, vt ſuo loco videbitis; & procedunt præmiſſa ſecundùm ius commune feudorum, ſecundùm quod limitate in feudo conceſſo alicui exiſten-
81 ti in ſacris, pro ſe, & hæredibus ſuis; quia tunc intelligitur de agnatis, quoniam filios habere non poteſt, ſecundum [Bald. in cap. naturales. 2. colum. in princ. ſi de feud. defunct. milit. quem ſequitur Camerar. in cap. Imperialem, fol. 22. colum. 3. liter. P.] vbi plus dicit, ꝙ ſi Regi conſtabat, quod neminē habebat, niſi filium naturalem, illi defertur; ſecus ſi fratrem, vel nepotem, aut patruum haberet. Non procedit tamen præmiſſa concluſio in Regno, quia vt ſupra dixi in feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus, frater ſuccedit fratri, & ſic non reſtringitur ad liberos.

82 Iuxta præmiſſa quæro. Quid ſi inueſtitura feudi non eſt ſub ſeruitio perſonali, ſed ſub ſeruitio reali; puta ſub annua præſtatione in pecunia, vel frumenti, aut vnius ſpallæ porci, vel vnius corporis, aut vnius crateræ argenti, vel ſimilis rei, an tunc ſuccedat hæres extraneus [Bald. in tit. de pac. conſtant. in verſ. libellariæ, in fin.] dicit, quòd in talibus feudis ipſe putat, quòd ſuccederet mutus, & ſurdus, etiam à
83 natiuitate, & quilibet hęres: quia non eſt propriè feudum, ſed magis eſt emphyteuſis, vel contractus innominatus, ſecundùm [Bald. in l. liberti, libertæque, col. fin. num. 36. C. de oper. libert.]
84 Vnde tranſit ad quemlibet hæredem, etiam ad fœminam; ſecūdùm eundem [Bald. in cap. fin. de cauſa poſſeſſ. & proprieta. eſt de mente Cyn. in authen. ingreſſi, col. fin. num. 13. C. de ſacroſan. eccleſ.] qui dicit, quòd feudum, pro quo debetur reale ſeruitium, tranſit in Monaſterium, quia nō eſt propriè feudum. Sequuntur [Cyn. & Bald. vbi ſupra in verſic. libellarie, & in l. liberti, libertæq; Alex. in l. vtrum, nu. 5. ff. de verb. oblig. in conſi. 136. colum. 2. nu. 3. volum. 1. Iaſ. in prælud. feud. colum. 4. in 2. quæſt. princ. & in conſ. 63. 1. volum. num. 3. Deci. conſi. 138. num. 7. Aym. in conſ. 293. num. 9.] & quod in hoc feudo ſuccedat hæres extraneus, tenet [Alex. in l. etiam, nu. 6. ff. ſol. matrim. Aret. in l. gallus. §. etiam ſi parente, in 2. colum. circa medium. ff. dę liber. & poſthum. vbi

Iaſ.col.5.circa medium, verſ. ſecundò limita.]

Sed de mente [Speculato.in tit.de locat.ſub rubr.de emphyt. in §. nunc aliqua, num. 108. q. 85.] videtur contrarium ut feudum, pro quo debet annuatim aliquid ſolui, vel fieri, puta capones, piper, & ſimilia dicatur feudum conditionale, ideſt, feudum non habens propriam feudi naturam; quaſi quod in cenſu ſit alterata natura feudi, & in reliquis retineat naturam feudorum: & illius auctoritate ita nuncupatim tenet [Corne. in conſil. 16.1.volum.4.colum.& apertius Alex.in conſi.9.5.volum. nu.6. qui pro hoc ponderat [tex. in c. ad Apoſtolicæ de re iudic.in 6.] vbi de Regno conceſſo in feudū per Eccleſiam ſub annua pēſione, vt feudum iudicetur, & melius [Soccin. in d. §. etiam ſi parente, nu.6. qui intelligit dictum Bald.in d.verſ.libellariæ] vt procedat; quando conſtat ex pacto noluiſſe concedere in feudum: & dicit, quòd remanet feudum quoad alia: in quibus non eſt facta alteratio. Iterum idem [Socc. in conſi.257.2.volum. qui conſuluit in eodem caſu, in quo conſuluit Corne. quando eſt facta conceſſio feudi ſub annua præſtatione vnius cratetæ argenti; & ita tenuit Zaſi.in tract. 12. par. num.41.& ſatis bene Camer.in cap.Imperialem fol.40.liter.Q. de prohib.feud.alien.per Feder.] 84 qui falſo ſibi adſcribit hanc declarationem, vt quando conceſſio eſt facta in feudum, licèt ſub ſeruitio reali, in omnibus retineat naturam feudi, præterquam in ſeruitio: & eſt de mente [Capyc. in d. cap. Imperialem colu. 133.in parua impreſſione, dum dicit, quòd feudum datū ad certum ſeruitium, vt vnius enſis, eſt feudum conditionatum. Et ita vos teneatis, maximè per [tex. in d.cap. Apoſtolicæ] qui cauillari non poteſt.

85 Dicit Iſern.hic, quòd feudum conceſſum pro hæredibus, eſt hæreditarium. Ego autem altius exordiendo, quæro, vtrum uerbū hæredibus, adiectum in feudi cōceſſione, alteret naturam feudi, ita quod non retineat eam naturam, quam habent regulariter feuda ſecūdùm leges feudorum, & contingat hoc facto hominis infeudantis, qui uoluit in feudi conceſſione exprimere uerbum, hæredibus. In hac altisſima quæſtione, à qua dependet uera cognitio feudi hæreditarij; ad euitandam 86 confuſionem ſcribentium. Vos ultra omnes in primis aduertatis, quòd pluribus modis poteſt conſiderari alteratio naturæ feudi in propoſita quæſtione; loquor de naturalibus feudi poſt mortem feudatarij, quia ut præmiſi, habemus naturalia feudi in vita, & naturalia poſt mortem

tem feudatarij. Poteſt enim contingere alteratio, vt ex hac voce, hæredibus, admittantur alij, quàm illi, qui vocantur à lege feudali ad ſucceſsionem, an ex huiuſmodi conceſsione inclu dantur illi, qui ab illius ſucceſſione excluduntur; & ſic verbum, hæredibus, intelligatur de hæredibus iuris ciuilis, non autem de hæredibus habilibus ſecundùm naturam feudorum. Poteſt & ſecundo (quando non contingeret hæc alteratio, ſed eſſent tantùm vocati hęredes iuris feudorum) contingere alteratio circa modum, quomodo vocantur ad feudi ſucceſsionem cum qualitate hæreditaria, vel non hæreditaria.

Dum agitur de prima ſpecie alterationis, an ex hac voce, hæredibus, admittantur alij, quàm illi, qui vocantur à lege feudali ad ſucceſsionem. Duæ ſunt in hoc articulo opiniones. Nam [Iacob. de Rauen. & Petr. de Bellapert. vt tenet Cin. in l. liberti, libertæque, C. de oper. libert.] tenent, quòd nedum veniant liberi, ſed etiam alij hæredes, quia illa adiectio, & hæredibus, eſt inducta ad ampliandum. Vnde non debet diminuere: & quòd ideo in [l. ex facto. §. fin. ad Trebellian.] verbum hæredibus, intelligitur de filijs, quia fideicom miſſum redderetur inutile. Sed [gloſ. in d. l. ex facto. §. fin.] dicit, quòd ſi concedatur feudum alicui, & ſuis hæredibus, intelligitur de filijs, argum. illius textus vbi accipitur verbum, hæredibus, pro liberis, quia dicit, quòd relicto fideicommiſſo vniuerſali, ſi inſtitutus deceſſerit ſine hæredibus, intelligitur ideſt ſine liberis: & gloſ. ibi dicit rationem illius præſumptionis, quia raro occurrit, vt quis decedat ſine hærede, cum ſaltim fiſcus ſit hæres, allegat etiam [tex. in l. ſi quis Titio, aliàs ſi quis Attio, ff. de vſufruct. accreſ.] vbi legato vſufructu Attio, & ſuis hæredibus, intelligitur de filijs, quia ſui hæredes ſunt [§. ſui. Inſtit. de hæredib. qual. & diff. Opinionem gloſ. tenet Dynus in l. in conuentionalibus. ff. de verbor. obligat. vt refert Cyn. in dicta l. liberti, libertæque num. 8. C. de oper. libert. & Barto. in l. gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſthum. vbi numer. 4.] tenet idem, quòd intelligatur de filijs tantùm, quia verbum, hæredibus, profertur in feudo, quod de ſui natura non tranſit niſi ad filios. Ita in dict. §. tenent [Bald. 2. colum. in princ. verſic. circa iſtud. Angel. num. 1. Paul. de Caſtr. nu, 4. Alex. num. 4. qui dicit; ꝙ ſic ſe habet communis opinio. Iterum ita tenet remiſſiue [Barto. in d. l. ex facto. §. fin. vbi Paul. de Caſtr. num. 3.] ea ratione, quia verbum, hæredibus,

intelligitur ſecundùm naturam feudi,quod de ſui natura nõ tranſit niſi ad liberos,idem [Paul.de Caſtr.in l.etiam , n.4.ff.ſol.matr. Imol. ibi in uerſ. in ea gloſ.] qui dicit ſic communiter teneri , & Alex.ibi num.6.ea ratione , quia verba debent intelligi ſecũdùm naturam contractus , l. ſi legati ſerui nomine.ff.de leg.1.l.ſi quãdo.C.de inoff.teſtam.l.ſi uno,in princ.ff.locat. Bald.etiam in l. 1. nu.39.q.38.ff.de rer. diuiſ.] tenet idem eadem ratione, quia nomẽ hæredis ſimpliciter prolatum ſine ſignificatione vniuerſali omnis, uel cuiuslibet, accipi debet ſecundùm ipſius feudi naturam, ſequitur idem Bald.in l.fin. in 6. oppoſ.colum.1.num.5.C.de hæred. inſtit.] qui dicit, quòd nomen hæredis in feudo indefinitum intelligitur uſque in eam generationem , quæ ex natura feudi ſuccedit in feudo : ea ratione , nè proprietas ſit ſemper nuda, & ius,quod eſt in proprietate , ſit potentius ipſa proprietate , quia hoc eſſet iniuſtum . Idem [Bald. in dict. l. liberti,libertæque , num. 19. colum.5.] dicit ueriorem opinionem gloſ. & Dini , quia natura feudi ſemper uidetur ineſſe , etiam ſi nomen,hæredis,exprimatur ab homine , & quod non eſt uerum, quòd fiat ad ampliandum , ſed ad ſpecificandum naturam feudi [Soccin.in conſ.19.1.uolum, colum.1. num.3.circa medium, tenet eandem opinionem,quam dicit communem Dec.in conſ. 208.col.3.eiuſdem opinionis uidetur eſſe Ang.in conſ. 110. incipiente Sanctiſſima,& Illuſtriſs. Regina,col.2. Cin. in d.l.liberti, libertæq;,C.de oper. libert. ante iſtos in hãc eandem opinionem inclinare uidetur,& refert ſic iudicatum fuiſſe Pariſijs , & ita attenta hac communi, & ferè omnium opinione uerbum,hæredibus , in inueſtitura feudi appoſitum , non alterat naturam ipſius feudi in hoc,ut ueniant alij hæredes ad feudi ſucceſſionem , quam illi,qui uocantur, ſecundũ ius,& regulas feudorum.

In ſecunda ſpecie alterationis naturæ feudi,ex uerbo, hæredib. an inter eos , qui ſuccedunt, fiat feudum de natura hæreditaria . Eſt primo aduertẽdũ, quod DD. pro maiori parte promiſcuè loquũtur,tam qñ iſta uox, hæredibus,ſola ponitur,ut tibi, & hæredib.uel adiungitur cũ uerbo tuis, aut ſuis,ut tibi,& tuis hẽredibus, uel Petro, & ſuis hæredib. quàm qñ adiungitur cum uerbo filijs; uel liberis , ut tibi , & liberis,uel filijs hæredibus.

Secũdo eſt aduertẽdũ,ꝙ licet DD.quaſi cõmuniter teneant, ꝙ oriatur alteratio , & requiratur qualitas hæreditaria in ſucceſſoribus , Tamen uarijs modis hoc intelligunt ; ultra quòd in

hac

hac ſecunda ſpecie alterationis ſunt etiam duæ opiniones. Nam Bulgarus,& Iacobus Aurelianus, vt refert [Iacob.de Beluiſ.in c.1. de eo,qui ſibi,& hæred. ſuis] tenent,quòd non alteratur natura feudi circa qualitatem hæreditariam, & ideo dicunt, quod licet ſit facta inueſtitura alicui, & ſuis hæredibus,agnati poterunt, ſi ei defertur ſucceſſio feudi, ſimul cum hæreditate repudiare hæreditatem, prout eſt de natura feudi, quando in inueſtitura non eſt facta mentio de hæredibus, [cap.1. an agnat. Bald. etiam in cap.1.de eo, qui ſib. & hæredib. ſuis] tenet eandem opinionem, quia in feudis nomen, hæres, ſignificat qualitatem ſucceſſoris, non qualitatem ſucceſſionis, & ideo in hæredibus sãguinis, quos ad feudi ſucceſſionem non vocat hæreditãs, ſed natura, non oportet, quòd tales ſucceſſores habeant ius, & nomen hæredis, idem [Bald.in l. executorem.C. de execu.rei iud.num.30.] dicit, quòd quando eſt dictum in inueſtitura, Titio,& hæredibus, nihil operatur mẽtio hæredis, quia nomen hæredis propriè ſumptũ; præſupponit tranſmittentem, vt in [cap.1. an agnat.] & ſic quod intercedit,tranſmitti non poteſt, [l.1.§.in primis, & §.in ſecundo. C.de caduc.tollen.] & ſubdit,qui ergo feudum nullum reliquit in bonis, hæredem in eo non habet: & ideo non facit differentiã an ſit conceſſum feudum Titio, & poſteris, vel Titio, & hæredibus, quia vtroque caſu veniunt deſcendentes iure pactionis.

Sed Iacob.de Bel. in d.cap.1. de eo,qui ſibi, & hęred. ſuis, tenet contrarium, etiã in caſu pręmiſſo,quia inueſtitus voluit prouidere ſuis hæredibus, & dominus ſibi conceſſit per eundem modum: ſed ſi repudiant hæreditatem, non ſunt ſui hæredes: ergo non videtur prouidere eis ſed vt ſuis hæredibus adeuntibus hæreditatem, quam illi ſunt ſui hæredes: & certum eſt,quod poteſt teſtator vni ex hæredibus prouidere [l.continuus.§. fin. de verbor. oblig.Iſern. in cap.1.an agnat.] tenet idem, quòd non habet locum [text. in cap. 1.an agnat. quando eſt facta inueſtitura Titio, & hæredibus, Alex.in conſ. 19. num. 5.volum.5.tenet idem quod Iſern. ſequitur Iaſ. in l.ſi non ſortem, in §.libertus nu. 3. circa medium. ff. de cond.indeb.Alber. Brun.in conſ.24. inter conſilia feudalia diuerſorum, eandem opinionem ſequẽdo Iacob.de Belu.& Iſer. tenet Aluar. in d.cap.1.de eo,qui ſibi, & hæred.ſuis,col.penul.verſ.verumtamen pro intelligentia propoſ. ibi num. 4. Curt.iun. in conſ. 138.] loquens in feudo conceſſo pro ſe,& hæredib. & tenendo, quòd feudum ſit hæreditarium, dicit

quod eſt communis opinio.

Dixi, quod Doctores promiſcuè loquuntur, quando eſt ſola vox, hęredibus, & quando eſt adiuncta cum verbo, liberis, vel filijs. Item quod varijs modis loquuntur circa hanc qualitatem hæreditariam in ſucceſſionibus. Ideo videamus iſtam varietatē: & quomodo quiſque ex Doctoribus loquatur; Vt inde veritas commodè haberi poſſit.

[Iſern. in cap. 1. §. huius autem generis, num. 11. ex quibus cauſ. feud. amitt.] dicit, quod ex hoc verbo, hæredibus, feudum ſit hęreditarium. Iterum in [cap. 1. an agnat. ſequitur Alex. in conſ. 29. num. 5. volum. 5. Alber. Brun. in conſ. 24. inter conſilia feudalia Bald. in l. ſi tibi decem. §. pactus. ff. de pact. Curt. in tract. feud. 1. par. 8. quæſt princ. col. 5. Præpoſ. hic in §. hoc quoque num. 8. Afflict. in d. §. quid ergo, Didac. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 18. Sed Iſern. hic in verſ. & olim, num. 7.] dicit, quòd oportet, vt ſit hæres, qui uult tale feudum habere: & ita eſt de mente [Bart. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi n. 4. ff. de oper. liber.] qui loquitur promiſcuè in emphyteuſi, & feudo pro ſe, ſuiſque hæredibus legitimis maſculis, vel pro ſe, ſuiſque filijs hæredibus maſculis, ponderando verbum, hæredibus, dicit, quod debetur filijs, ita demum ſi eſſent hæredes, quia conceſſio requirit vtrumque, quod ſit filius, & hæres, & ita voluit [Bald. in l. 1. nu. 5. C. de iur. emphyt.] in inueſtitura facta alicui, & eius filijs, & hæredibus, quia qualitas copulata qualitati, ſicut eſt filius, & hæres, reſtringit reſoluta in vnum effectum, non ergo ſufficit, dicit ipſe, quòd ſit filius, niſi ſit hæres, nec quod ſit hæres niſi de liberis, cum ſit oratio complexiua, quia copulat qualitates non per modum demōſtrationis, ſed per modum, vt ex pluribus ſit vnum [l. 3. §. hoc autē. ff. de itin. actuq; priuat. eiuſdem opinionis eſt Bal. in auth. ſi quis ruinas. C. de ſacr. ſan. eccleſ. num. 5.] loquens in emphyteuſi ſic conceſſa; Ita in feudo ſub hac forma conceſſo tenent [Ang. & Imol. in l. gallus. §. etiam ſi parente. ff. de libe. & poſthum. vbi etiam Aret. num. 56. veriorem putat deciſionem Bar. in d. §. ſi liberi, ſequitur Paul. de Caſtro in l. ex facto. §. ſi quis ita, in fin. ff. ad Trebell.] qui dicit, quòd quando eſt dictum, concedo liberis tuis: & hæredibus, tunc vt verbum, hæredibus, aliquid operetur, requiritur, quòd ſint hæredes, & liberi, quia concedens, copulando ipſas qualitates, cenſetur ambas requiſiuiſſe.

Alber. Brun. in conſ. 24. inter cōſilia feudalia dicit; quod oportet eſſe hæredem primi inueſtiti, non autem vltimi morientis, ſequitur

quitur [Marian.Socc.in conſ.22. num.24.1.volum.loquens in inueſtitura pro ſe,& hæredibus, filijs,& liberis vtriuſque ſexus,Laurentius Siluanus in conſ. 30. ſed de mente Iſer.in cap.1. an agnat. in princ.] videtur, quòd ſit neceſſe eſſe hæredem vltimi morientis, ibi oportet, quod ſit hæres iſtius, qui nunc moritur; tenet Curt.iun.in conſ.138.nu.24. col. fin. Mar. Frecc.10. differen. feud.hæred.& ex pacto. Corn. in conſ. 309. col.4. lit.B.1.volum.] dicit in feudo conceſſo pro ſe,& hæredibus, quod licèt oporteat, quòd filij ſint hæredes,non tamē capiunt iure hæreditario: & ſequitur [Dec.in conſ. 185. col. 2. num.2.Curt.in tract.feud.1. par. quæſt. 8. cap.9.princ.] in feudo conceſſo pro hæredibus, tenet, quòd in tantùm oportet eſſe hæredem in allodio defuncti; quòd ſi mortuo vaſſallo, qui reliquit deſcendentes ex fœmina, hæredes in allodio, qui non erant capaces feudi,& agnatos, qui erant capaces, quòd deſcendentes ex fœmina, non poſſunt habere tanquam incapaces, agnati tanquam non hæredes, & feudum reuertitur ad dominum [Rip. in c.in quartam,nu.181.ff.ad l.Falcid.] dicit in feudo hæreditario ſecundùm quid, quod in tantum tranſit ad liberos hęredes ſolùm, quod ſi pater faciat alium hæredem in illo feudo, non deuoluitur ad liberos, quia non ſunt hæredes, ſed potius ad dominum, [Iſern.in cap. 1. §. quid ergo,nu. 8. in fin. de inueſt. de re alien. fact.] dicit, quòd oportet eſſe hæredem in feudo, & hoc ſufficit, dum dicit,quod quando feuda ſunt hæreditaria, filij ſunt hæredes in feudo, & ſic videtis, vt dixi in hac qualitate hæreditaria, quando eſt facta mentio de hæredibus tantam varietatem.

87 Ibi, vel nepotes ex filio loco ſui patris.Ergo ſucceſſiò feudi in linea deſcendenti defertur in ſtirpes,& non in capita.Quid autem in linea tranſuerſali, an deferatur in ſtirpes, vel in capita.Reſponde, aut concurrunt nepotes ex fratre præmortuo cum patruo;& non eſt dubium, quod vocātur in ſtirpes,ſecundùm [Iſern.in c. 1. de natu.ſucceſsio.feud. & in c. 1.§.his verò de gradib.ſucced. in feud.] Aut nepotes ex fratre non concurrunt cum patruo; ſed aut ſunt plures nepotes ex pluribus fratribus; & concurrunt in ſucceſſione patrui, & in hoc ſunt opiniones. Nam [Iacob.de Belu. in cap.1. in fin. de natur.ſucceſſ. feud.tenet,quòd ſucceſsio ſit in capita, & idem tenet Ardizo. in ſumma de ſucceſſio.feud.col. 4. bene probat hanc opinionem Zaſi.in tract.feud.8.par. de feud. ſucceſsio.num. 18.Bald. in auth. ceſſante.C.de legitim. hæredib.] dicit, quòd communiter in feudis

dis tenetur, quòd ſuccedunt in capita: ponens rationem, quia ſeruitium diuiditur in capita: ergo eſt ſucceſſio, argumento ſũpto à proportione commodi, & incommodi. Ipſe tamen diſtinguit inter feudum, quod defertur iure hæreditario, vt tunc veniant in ſtirpes; & quando defertur non iure hæreditario, vt tunc veniant in capita: quod liquere poteſt ſecundum eum ex tenore inueſtituræ, & hanc diſtinctionẽ in effectu tenet idẽ [Bal. in l. 2. C. de ſuis, & legit. ex mente Bart. in l. gallus. ff. de liber. & poſthum.] qui ſic diſtinguit in emphyteuſi. Et licet dicere videantur, quòd agnati in feudo ſemper veniunt
88 in capita, quia feudum non eſt corpus hæreditarium, ſed defectiuum ab hæreditate; tamen intelligendus eſt de eo feudo, quod non defertur iure hæreditario, prout declarat in [d. auth. ceſſante. Hoc etiam ſequitur Iaſ. in conſ. 78. 1. uolum. num. 3. Sed idem Bald. hic tenet, quòd ſucceſſio fiat in ſtirpes, & non in capita. Idem tenet in c. 1. §. & quia vidimus. 1. col. vbi Mart. Lauden. ſupra de his, qui feud. dar. poſſ. Iterum in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. in fin. & in d. §. his verò, vbi Mart. Lauden. Aluarot. & Prepoſ. & latè hoc probat in conſi. 199. incip. ad euidentiam. 3. volum. num. 5. ſequitur Alex. in conſ. 55. 4. volum. bene probat hanc opinionem Iacób. in ſua inueſt. in verbo præſentes, & recipientes,
89 num. 13.] vbi dicit, quòd non eſt verum, quòd ſeruitium in feudo diuidatur per capita: & [Curt. qui tranſcribit verba Iacobi. in tract. feud. 3. par. de ſucceſſio. feu. ſub rub. de ſucceſſione tranſuerſalium.]

Aut ſunt plures fratres patrueles, & non concurrunt in ſucceſſione patrui, ſed in ſucceſſione alterius fratris patruelis, aut alterius agnati, & in hoc etiam ſunt opiniones. Nam Mart. Lauden. in cap. 1. num. 49. de his, qui feu. dar. poſſ. & in cap. 1 num. 16. de gradib. ſucceden. in feud.] tenet, quòd ſucceſſio fiat in capita, & non in ſtirpes. Eſt de mente [Iac. de Beluiſ. in d. cap. 1. in fin. de natur. ſucceſſio. feud, Signorolus verò in conſil. 93.] tenet, quod agnati ſuccedant in ſtirpes, & nõ in capita, per [tex. in cap. 1. de natur. ſucceſſio. Quid dicendum in vtroque caſu Afflict. in §. fin. in cap. 1. de natur. ſucceſſio. feud.] relatis opinionibus noluit determinare ſub clypeo, quod non prodẽſt in Regno in feudo quaternato; quia patrueles, qui ſunt in quarto gradu, non ſuccedunt tanquam excluſi per conſtit. Regni vt de ſucceſſionib. Sed quia
90 hodie patrueles ſuccedunt per capitula Neapolis, & ita quæſtio prodeſt in feudis, in quibus non habet locum ius primogenituræ, ſed

ſed viuitur iure Lon gobardorũ; ideo breuiter veritatẽ in vtroq; articulo videamus.

Pro opinione, quòd ſuccedãt plures nepotes ex diuerſis fratribus, quando non concurrunt cũ patruo in capita, & non in ſtirpes, ponderatur quodam capitulum extraordinarium, cuius verba ponit [Bald.in d §. & quia vidimus] vbi hoc ſtatuitur. Sed communiter dicitur, quod illud capitulum non eſt allegabile, quia apocriphum, ſecundùm [Bald.ibi Iacobi. & Curt. vbi ſupra, auctoritate gloſ. fin. in cap. quoniam, de prohib.feud.alien. per Lothar.]

Succeſſiuè inquiramus, an hic caſus ſit deciſus per ius feudorũ; [Signorol.in d. conſ. 93. ponderat tex in cap.1.de natur. ſucceſſ. feud.] dum dicit, quòd omnes aliæ lineæ æqualiter admittuntur: ergo in ſtirpes, & non in capita.
91 Sed ſatis decipitur, quia dum tex.vocat omnes lineas æqualiter, ideſt non magis deſcendentes ex vna linea, quàm ex alia, poſt lineam defuncti, quæ præfertur; ſed quod inter illos de linea ſuccedatur in capita, vel in ſtirpes, tex.ille principaliter voluit inducere prælationem inter lineas, & prætulit lineam defuncti alijs lineis; de prælatione autem inter illos de linea, quæ vocatur, nihil dixit, dum alias lineas poſt lineam defuncti vocauit: immò ſi inducitur repetitio eius, quod dixit in linea defuncti, omnes de linea vocauit. & ſic potius in capita. Sublata ergo deciſione ſecundùm ius feudorum, recurrendum eſt ad ius Romanũ, cap.1.de feud.cognitio.& ſecundum illud communis opinio eſt. Dum autem Bald. diſtinguit inter feudum, quod defertur iure hæreditario; & inter feudũ, quod defertur iure nõ hęreditario; hoc
92 ideo fortè dixit Bald. quia fuit in opinione, quòd quando ſuccedi tur ex diſpoſitione hominis, filius non ſubintret locum patris; ſecus ſi ex diſpoſitione legis, vt ipſe dicit in [l. cum ita. §. in fideicommiſſo, in fin.ff.de leg.2.& ſecũdùm hoc reſtringeretur diſpoſitio iſtius tex.& tex.in cap. 1. de gradib.ſucceden.in feudo] vt procederet in feudo tantum hæ-
93 reditario, non autem in feudo non hæreditario, vt grauiter errando facit [Marcus Anto.Natt. in conſ.127.& in duob.conſi.ſequentib. 1. volum.] Succeditur namque in feudis ſicut in hæreditate, quoad ſubingreſſionẽ in linea deſcendenti, vel collaterali ſecundùm [gloſ.& Iſer. in d.cap. 1. de gradib. vltra quod opinio Bald.in d.§.in fideicommiſſo] nõ eſt tuta, & in Regno nouiſſimè paſſim iudicatur contra Bal.opinionem, vt etiam in diſpoſitione hominis filius ſubingrediatur locum patris: & hæc opinio fuit æſti-

æſtimata verior, & communior in cauſa Don Aloyſij Gaetani.

Ibi, Nulla diſpoſitione valente, vel manente. Tractant hic, & alibi Doctores multas quæſtiones, quæ principaliter pendent ab intellectu iſtorũ verborum. Ideo ſimul quæſtiones illas examinabimus, & verum intellectũ iſtius tex explicabimus.

94 Quæro igitur primò, vtrum pater poſſit prælegare feudum vni ex filijs; & ſic de feudo inter filios diſponere; ita vt tex. hic intelligatur de diſpoſitione inter extraneos. Hanc quæſtionem Doctores promiſcuè tractãt tam in feudo, quàm in emphyteuſi. Sed vos pro veritate, nè veſtra ingenia confundantur, faciatis plures caſus ex dictis ſcribentiũ: Nam aut ſumus in feudo hæreditario, aut in feudo non hæreditario. In primo caſu [Iaſ. in l. 2. colum. fin. C. de iur. emphyt.] tenet, quòd poſſit & ſine aſſenſu domini, & ſine aſſenſu filiorum. Idem tenet [Rube. in conſil. 18. Zaſi. 8. par. num. 61. & 62. Præpoſ. in cap. Imperialem, colu. 6. Curt. in 4. par. cap. ex prædicta, licèt non in ſpecie reijciat conſenſum domini, Corne. in conſi. 282. 6. colum. liter. R. 3. volum.]

95 Sed inter iſtos eſt differẽtia, quia Iaſ. feudum ſimpliciter conceſſũ habet, perinde ac ſi eſſet conceſſum pro ſe, & filijs, Zaſ. verò dicit perinde haberi, ac ſi pro ſe, & hæredibus, & proinde hæreditarium iudicat. [Loffred. autem in conſ. 1. num. 146. vſque ad num. 150.] tenet contrarium, vt non poſſit feudum hęreditarium ſine aſſenſu domini vni ex filijs aſſignare.

In ſecundo caſu in feudo non hæreditario, aut ſumus in feudo antiquo, aut in feudo nouo; in antiquo [Iacob. Butr. ut refert Bald. in l. item uidendum. §. nunc uideamus. ff. de petitio. hæred. tenet, quòd non poſſit uni filiorũ prælegari, tenet idem Ardizo. in ſumm. in 2. parte, quib. mod. feu. amitta. §. uerum, licet non poſſit, Odoffred. in ſumma, qui poſſ. in feud. ſuccedere, Iſern. in cap. 1. uerſ. nec in filiam, de alien. feud. patern. in cap. 1. num. 8. in addit. uerſ. quid ergo, de natur. ſucceſſ. feud. Ang. in d. §. nunc uideamus, Ioan. Rain. in cap. Imperialem, §. habito, num. 14. de prohib. feud. alien. per Feder. Bald. in l. 1. q. 9. ff. de rer. diuiſion. eſt de mente Bal. in cap. 1. num. 15. an agnat. dum dicit, quòd non poteſt vaſſallus feudum alteri relinquere, Carol. Roin. in conſ. 25. num. 13. 1. volum. Ann. in conſ. 37. nu. 5.] Et iſti, licet ſimpliciter dicant, quòd non poſſit pater vni filiorũ feudũ prælegare; tñ intelliguntur ſine dubio in feudo antiquo, propter diuerſitatẽ rationis, quæ in nouo conſideratur, prout in antiquo tenet [Bald. in cap. Im-

pe-

perialem,nu.15.de prohib.feud. alien.per Feder. Alexan. in conſ. 106.num.8.volum.4.Bal. ſequitur,Deci.in conſ.139.num. 2. & Marian.Soccin.in conſ.72. num. 34.tenet hoc omnino indubitatum,& Roin. in conſ. 45. primo volum. qui dicit contra Paul. de Caſtr.in ſpecie tenet Iacobi. in verbo,& cum pacto, quod de ipſo,nu.13.& 14. Roin. in conſ. 25.1.vol.]

Fundatur hæc opinio principaliter in hoc tex. dum dicit, ꝙ ſuccedunt filij æqualiter nulla diſpoſitione in feudo valente, vel manente, & propterea Iſern. hic dicit, quòd pater non poſſet vni filiorum aſſignare duas partes feudi,alteri filio tertiam, ſequitur ad literam [Aluarot. hic & in cap.1.§.& quia vidimus, 2. colum.de his qui feud. dar. poſſ. tenet idem in hoc Bal.in l.liberti,libertæque, num. 21. C. de oper.liberto.in d.§. & quia vidi-
96 mus,in verbo æqualiter] & quia pater feudatarius non poteſt illũ ſucceſſionis ordinem,quem lex, vel conſuetudo ex pacto, diſpoſitione, & prouidentia domini concedentis inſtituit, violare, & ius,quod ex inueſtitura filijs in eorum vita,licèt ſub ſpe quæſitũ eſſet,lædere non poteſt.

Sed contrariam opinionem, quòd poteſt pater feudum vni ex filijs aſſignare,tenet [Bal. ſibi contrarius in l. 1. §. & quiã vidimus,num.2.de his,qui feud. dar. poſſ.& Iſern ſibi contrarius in c. 1.§.omnes filij,num.2. ſi de feu. defunct.milit.Paul. de Caſtr. in conſi.179.incipien. in cauſa quã magnificus dominus Titus, vol. 1.col.2.] intelligit iſtum tex. vt
97 loquatur, quando diſpoſitio fit in extraneos, non autem quando fit inter filios: & ideo tenet, quòd pater poteſt inter filios de feudo diſponere, & eligere primogenitum,quia in his,quæ mulier fuit conſequuta à primo viro,quę tenetur reſeruare filijs primi matrimonij, poteſt eligere vnum,quem vult [l. 2. C. de ſecund.nupt.] quæ licet corrigatur per authenticam ſequentem; nõ tamẽ corrigitur in ratione. Item
98 quia licet iuſpatronatus deſcendat in omnes liberos æqualiter, [l. vt iuſiurandi.§.ſi liberi. ff.de oper.libert.] tamen poteſt pater vnum ex liberis eligere:ac etiam quia rogatus de reſtituendo poſt mortem aliquam rem familiæ, poteſt vnum ex familia eligere, [l.vnum ex familia. ff.de legat.2 l.filiusfamilias.§.penult.ff.de leg. 1.Iaſ.in conſ.236.2. vol. colum. 4. Dec. in conſ. 194. in fine.] &
99 quod non ſit prohibita diſpoſitio feudi niſi inter extraneos, & permittatur inter coniunctos,tenet [Oldrad. in conſ. 270.incip. In quæſtione propoſita, quem tráſcribit Alber.in l.ſi quis prioris in col.2. verſ.prædicta etiam

fa-

faciunt.C.de ſecund.nupt.]

Aut ſumus in feudo nouo; & tunc ſi eſt conceſſum ſimpliciter,Iaſ.Zaſi. & Præpoſ. vbi ſupra, tenent, quòd poſſit,cum aſſenſu tamen domini. Si verò non eſt conceſſum ſimpliciter, ſed aut pro ſe,& filijs,aut pro ſe, & liberis,in emphyteuſi [Bald. in auth.
100 ſi quas ruinas,num.6.] quando pater recepit emphyteuſim ab Eccleſia,pro ſe,eius filijs, & nepotibus,tenet,quòd poſſit vni filiorum prælegare; quia cum filius capiat tanquàm ex donatione paterna,poſtquam pater contrahit nomine filij, & eo nomine recipit poſſeſſionē. Ex iſtis duobus inducitur tacita donatio in filium [l. filiæ cuius, C. famil. hæreiſcun.l.omnimodo.§.fin. C. de inoffic.teſtamen.] pater ergo quoad filium in poteſtate poteſt reuocare illam ab vno filio, & conferre in ſolidum alteri filio, [l.2.C.de inoffic. donatio. tenet idem, & latè probat Imol.in c. potuit,num.67.extra locat.Barb. tàm in feudo, quàm in emphyteuſi in conſ.66.uol.4 per totū, Ancharan. in emphyt. in conſil. 143.incipien.pro domina Paula, Corne.in conſ.282.colum.6. lit. R.& conſ.37.colum.4. liter.L.3. uol.& conſ.51.col.1.liter.A.eod. uol.eſt de mente Roma. in conſ. 34.incipien. uiſa facti dubitatione.] In feudo eſt ratio,quia regu-
101 lariter factum patris in feudo nouo nocet filijs, ſecundùm [gloſ.in §.hic quoque,de ſucceſſio.feudi.]

Hæc tamē opinio tam in feudo,quàm in emphyteuſi admittitur per alios, duobus concurrentibus; primò ut feudum, uel emphyteuſis ſit quæſita ex pecunia patris, ſecundùm quod filij reperiantur in poteſtate tempore mortis: Ita limitatur,& declaratur ex mente [Bald.in l.1.in fi. per quas perſon.nob. acquiri. & Aretin. in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui.ff.de legat.1.cum quo poſt multa reſidet Curt.in 4.par. cap.ex prædicta regula,fol.44. & in primo requiſito tenet idem in emphyteuſi Corne.in conſil. 37. colum.4.liter. L.3.uolum.ſequitur Gozad. in conſ. 75. num.14. idem Corne.in conſ.51. colu. 1. lit.A.eod.uol]

Contrariam opinionem,quod pater non poſſit emphyteuſim ſic receptam uni filiorum prælegare,tenet [Barba. in cap.poſuit, colum.penul. & fin. extra locat. Iaſ.in l.2.cart.penult. & ult.C.de iur.emphyt.reſpondens rationibus adductis per Imol. & hoc multo magis in feudo dicit procedere, eſt de mente Barto.in l. iuſiurandi. §. ſi liberi. ff.de oper. liberto.num.6.] ubi tenet, quòd ſi pater recepit emphyteuſim pro ſe,ſuiſque filijs legitimis maſculis, & fœminis, cum uigore ſucceſſionis, ueniant fęminæ pariter

riter

ritet cum maſculis, non poteſt præiudicare filiæ fœminæ, quæ non vocatur vt hæres: & proinde dicit, quòd ſi eſt inſtitutus filius hæres vniuerſalis, & filia iure certa, ita vt non poſſit plus petere; poterit, hoc non obſtante, petere ſuam portionem in emphyteuſi: & idem in filio maſculo ſic inueſtito, tenet idem [Angel. in conſ. 184. col. 2.] Et quòd
102 non poſſit præiudicare filijs pater in emphyteuſi recepta pro ſe, & filijs, eſt de mente [Federici de Senis in conſ. 228. incipien. factū tale eſt, in fin. licet loquatur per verbum forte, in quo Alexan. in conſ. 106. num. 8. 4. volum.] dicit, quod videtur magis communis opinio, quod nō poſſit diſponere in præiudicium filiorum: & [Dec. in conſ. 239. dicit etiam communem: & in feudo tenet hoc idem Alex. in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui, num. 4. ff. de legat. 1. Curt. ſen. in conſ. 25. in 2. dub. num. 4.]

Hæc etiam opinio declaratur per alios non procedere. quando pater alijs filijs prælegauit tantūdem de bonis ſuis in compenſationem portionis rei emphyteoticæ, ad quēquam ipſorum ſpectantis. Ita declarat [Andr. Barb. in cap. potuit, in fine, extra locat. ex mente Angel. in conſ. 184.] Sed hanc concordiam non admittit Curt. vbi ſupra, quia non tollit difficultates, & proinde ſequitur concordiam Aret.

103 Quid dicendum? Vos videtis Iſern. ſibi contrarium; poſtquā in cap. omnes filij, dicit, quòd pater poteſt feudum diuiduum vni ex filijs aſſignare; hic & in locis ſupra citatis dicit contrariū [Lofred. in conſ. 1. num. 146. vſque ad num. 150. nititur ſaluare Iſer. de cōtrarietate, & intelligit Iſer. in cap. omnes filij, vt loquatur, quando cum aſſenſu domini aſſignauit; ſed hoc eſt diuinare ad Iſer. & verè de contrarietate ſaluari non poteſt, ut dicit [Camer. in cap. Imperialem, fol. 25. lit. V. quem ſequor.]

Vos in articulo concludatis, quòd pater nullo modo poteſt inter filios de feudo diſponere, aliter quàm lex diſponit ſine aſſenſu Regis, ſiue ſit feudum indiuiduum, in quo primogenitus ſuccedit, legando illud alteri filio, ſiue ſit feudum diuiduum, aſſignando totum uni ex filijs, uel faciendo partes inæquales; ſiue ſit feudum nouum, ſiue antiquum, ſiue ſit feudum hæreditarium, ſiue non hęreditarium: immò in feudo antiquo non hæreditario, nec cum aſſenſu Regis aliter diſponere poſſet, per [tex. in cap. 1. de alien. feud. pater.]

Quid autem in feudo, cuius inueſtitura eſt pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, aut pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque? an poſſit vni filiorum prælegari, & ſic

V

ſic etiam an poſſit in illo fieri ſubſtitutio fideicommiſſaria. Hinc ſumpta occaſione examinemus uim iſtius inueſtituræ, in
104 qua Doctores adeo cōfusè loquuntur, & ſibi ipſis aduerſantur, vt vix colligi poſſit quænam ſit verior, & receptior opinio, [Bald. in cap. Imperialem, col. 5. verſic. ſed quid ſi conceſſum eſt feudum, de prohib. feud. alie. per Feder.] In inueſtitura pro ſucceſſoribus quibuſcunque inueſtitis dicit, quòd non ſolùm includit tria genera hæredum, de quibus in [§. 1. inſtit. de hæred. qual. & differen.] Sed etiam legatarios, quia legatarius in re legata quodammodo hæres eſt [l. id tempus. §. 1. ff. de vſucapio. Idem Bal. in l. 1. q. 34. num. 27. ff. de rer. diuiſio.] in inueſtitura pro hæredibus quibuſcunque, dicit, quòd omnes hæredes continentur, etiā extranei per [capitulum primū de feud. non haben. propr. feud. natur. Alex. in l. ſi patroni, nu. 14. in fin.] loquens de eadem inueſtitura, dicit, quòd tranſit tunc feudum in reſtitutionem fideicommiſſi; quia videtur eſſe omnino hæreditarium, & non retinere propriam feudi naturam, & num. 15. quod poteſt tunc legari feudum huiuſmodi, & quòd eſt differentia, an dictio, quibuſcunque, reperiatur in diſpoſitione legis; vt tunc reſtringatur ad habiles: vt declarat [Barto. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. vel reperiatur in diſpoſitione hominis; vt tunc operetur augmentum, per notata per [gloſ. magnam in fine in l. 4. §. quæſitum. ff. ſi quis cautioni.] Iterum quod tranſeat ad hæredes extraneos, & ad legatarios, quando pro hæredibus quibuſcunque, tenet [Alex. in l. gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſthum. & in l. etiam in fin. ff. ſolut. matrim. ubi Rom. num. 3.] & quod tranſeat ad legatarios, quando pro ſucceſſoribus quibuſcūque, idem [Alex. in l. quod dicitur, col. penult. ff. de uerbor. oblig. & Bald. ubi ſupra, refert, & ſequitur idem Alexan. in conſ. 7. colum. 2. num. 8. 7. uolum. Iaſ. in conſ. 155. 2. colum. lib. 2. conſ. 17. conſ. 89. lib. 3. 118. lib. 4. Feli. in cap. qui agit, in fine, extra de iudic. Paul. de Monte Pic. in rep. l. Titia. §. Titia. quæſt. 25. nu. 96. ff. de legat. 1. Corne. in conſ. 16. col. 4. uerſ. & maxime, lib. 1. Soccin. in conſ. 95. colum. fin. num. 4. 1. lib. & in conſ. 266. num. 37. uerſ. præterea. 2. uolum. Abb. in conſ. 3. in 3. dub. in fin. 2. part. Guglielm. Benedict. in cap. Raynutius de teſtament. in uerb. ſi aliquis ex liberis moreretur part. 2. fol. 37. num. 27. Iaſ. in l. cum filiofamilias, colum. 13. uerſ. ſucceſsiuè. ff. de legat. 1. & in l. gallus §. etiam ſi parente, colum. 5. uerſ. limita. ff. de liber. & poſthum.]
105 ubi dicit, quòd eſt communis opi-

opinio, & inueſtitura pro ſe, & filijs ſuis, & quibuſcunque hæredibus, idem [Iaſ. in l. 1. §. nunciatio. colum. 5. ff. de nou. oper. nuncia.] tenet, quòd veniant hęredes penitus extranei, quia per illam dictionem, quibuſcunque, alterata eſt natura feudi. Et quando dicitur, ꝑ ſucceſſoribus quibuſcunque, quod veniant hæredes extranei, & legatarij, idem [Iaſ. in l. quædam. §. nihil. ff. de edend. iterum in l. quodcunque, colum. 2. ff. de verbor. obligat. in l. fideiuſſor. §. pictor ait, colum. fi. ff. qui ſatiſd. cogan.] loquens in inueſtitura pro hæredibus quibuſcunque, latius quod veniant extranei legatarij, & fideicommiſſarij, idem [Iaſ. in prælud. feud. colum. 15.] & quando inueſtitura eſt pro ſe, hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus quibuſcunque; quod veniant hæredes extranei, tenet [Soccin. in conſ. 10. inter conſilia feudalia, Bertran. in conſi. 128. 8. volum. iterum Soccin. in l. quidem relegatus. 3. colum. quod veniant etiam legatarij nedum extranei; & in l. ſi rem in fin. ff. de exceptio. ſequens Bald. vbi ſupra.] & quod veniant extranei, quando pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, latè probat Rip. in l. ex facto. §. final. numer. 16. ff. ad Trebellia. & in l. dabimus. §. ſi quis cum tutor, num. 5. ff. de priuileg. creditor. vbi quod eſt communis opinio: hoc idem tenet Soccin. in conſ. 19. 1. colum. num. 4. lib. 1. verſic. nec eſt neceſſarium, conſi. 257. colum. fin. lib ſecundo, Cotta in memorialibus in verbo feudum, qui loquitur in inueſtitura ꝑ ſucceſſoribus quibuſcunque, & tenet, quòd veniant extranei legatarij, & fideicommiſſarij; & iterum in verbo quibuſcunque, Afflict. in d. §. donare, colum. 3. nu. 6.] tenet opinionem, quod non reſtringatur & quòd veniant extranei legatarij, Bald. autem vacillare videtur in l. cum virum, C. de fideicommiſſ.] Nam in feudo conceſſo pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcunque, primò dicit, quòd ex vi illius dictionis, quibuſcunque, ſignificatur feudum extenſiuum ad omnem hæredem, & proinde dicit venire in reſtitutionem fideicommiſſi; & poſtea ſubdit, quãquam fortè poſſet dici, quòd illa adiectio, quibuſcunque, refertur ad habiles, non ad prorſus extraneos, & in [§. donare, qualiter olim pote. feud. alien.] idem Bal. negat venire legatarios, & quòd tantùm includuntur hæredes ab inteſtato, ſed non vxor, quia eſſet impropriare feudum dupliciter; vno modo ratione hęredum, qui non ſunt agnationis communis, alio modo ratione fęminæ. Vnde dictio, quibuſcunque, reſtringitur [l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. Iterum Bald. in conſ. 207. in inueſtitura

106 ſtitura pro ſe,& hęredibus,qui-
bus vellet, tenet, quòd vaſſallus poterit teſtari in quamcunque perſonam; ſed intelligitur dummodo ſit perſona idonea: & ſic non poſſet transferre in perſonam prohibitam,puta in filium ſpurium, vt in [cap. naturali ſi de feud.defunct.milit.vel in aliũ; qui non eſſet ſibi æqualis, puta miles in ruſticum, vt in §.ex eadem lege de leg.Conrad. vel robuſtus in corpore vitiatum, cap. 1.an mutus] nam prohibitæ, & inhabiles perſonæ ad tale commercium non debent accedere. Vnde dicit poſſe formari talem concluſionem, quòd per dicta verba, & hæredibus quibus vellet,non includãtur perſonæ prohibitæ lege,vel moribus, vel natura incapaces [Alex. ẽt ſibi cõtrarius in conſ.30. num. 11. vol. 1.] tenet, quòd feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque,non poſſit legari [Martinus Lauden.in d.§.donare, tenet idẽ Barbat.in rubr. extra de feu. col. 2. dicit veriorem opinionem Bald.in §.donare] & proinde excludit nedum vxorem,ſed etiam clericum,& legatarium [Aret. in l.gallus.§.etiam,col.3. ff. de libe. & poſth.præſupponit Bal.in cap. Imperialem, & in §. donare ſibi cõtrarium] ipſe dicit, quod probabilior videtur opinio Bal.in §.
107 donare: quia quando iſta verba,quibuſcũque, & qualiſcunq; & ſimilia poſſunt aliquid operari,nunquam videntur habilitare perſonam alias inhabilem,ſecundùm[glo.ordinariam in l.3.C.de fid.inſtrum.] Sed iſta verba poſſunt aliquid operari abſque eo, quòd mutent naturam feudi: ergo ita ſunt interpretãda, poſſunt enim comprehendere ſuccedentem de iure ciuili,& pretorio:Itẽ filium, cui reſtituitur hæreditas ex fideicommiſſo, ad quod forte aliàs non tranſiret: poſſunt etiã comprehendere inſtitutũ ex re certa,de quo alias dubitatur,vtrũ aliàs veniat ſub appellatione hæredis in emphyteuſi, recepta pro ſe,& hæredib. [Aretinũ ſequitur Dec.in c.in pręſentia, de probat. nu.48. & in conſ.208.col.fin.in princ.Soccin.in d.§.etiam dicit, quòd poteſt ſubſtineri opinio Aretin. quia quantumcunque verbum,hæredibus, de proprietate ſermonis includat etiam hæredes extraneos, tamen ratione ſubiectæ materiæ reſtringitur ad filios, & maſculos: ergo pari ratione illa verba, quibuſcunque hæredibus,ratione ſubiectæ materiæ intelligantur de quibuſcunque filijs hęredibus,etiam extraneis:quia tunc dictio, quibuſcunque, in materia reſtringibili includeret illa, quæ ſunt diuerſæ ſpeciei;& maiora expreſſis,quod nõ eſt dicendũ: quia, licet ſoleãt includere ea, quæ ſunt diuerſæ qualitatis ſpeciei;tamẽ nõ includunt

dunt maiora expreſſis in mate-ria reſtringibili, & intelligendo hoc modo, quibuſcunque filijs, iſta verba operantur, quod ve-niunt filij naturales, & fortè filij legitimati. Dicit tamen cogitan-dum ſuper prædictis [Iacobin. in ſua inueſtitura, in verbo, & qui-buſcunque hæredibus, dicit con-ſuluiſſe; quod illa dictio, quibuſ-cunque, debeat reſtringi ſecun-dum ſubiectā materiam, & pro-inde, quod inueſtitura iſta de-beat intelligi de habilibus ad ſuccedendum [Zaſ. in tract. feu. 8. par. de ſucceſſ. feud. num. 82. tenet idem, quòd reſtringatur il-la dictio ad habiles, & non porri-gatur ad extraneos, Ioan. Anton. Rubeus in coſ. 110. tenet idem, quòd reſtringatur ad habiles, & quod veniant potius naturales legitimati, quàm extranei; Carol. Roin. in l. 1. §. nuntiatio, nu. 128. ff. de nou. oper. nunciatio. tenet veriorem opinionem Bald. in §. donare, vt ad eiuſmodi feudū nō poſſit venire fœmina extranea, propter duplicem impropriatio-nem; vnde nu. 129. infert, quòd in hoc feudo non veniunt lega-tarij, vel fideicommiſſarij, niſi ſint de deſcendentibus teſtato-ris, quia ſi extranei venirent, con-currerent duo ſpecialia, ſeu im-propriationes. Primum, quòd venirent extranei. Secundum, quòd verbum, hæres, impropria-retur in legatario, & fideicom-

108 miſſario. Nam fideicommiſ-ſarius non eſt propriè hæres, ſed impropriè [l. filiusfamilias. §. 1. ſupra, quòd cum eo, & d. l. poſtu-lante] nec etiam legatarius eſt propriè hæres, ſed largiſſimè, & improprijsſimè [d. l. id tempus. §. final.]

109 Iuxta præmiſſa nouiter quæ-ro, ſi pater legat feudum iuris Francorum ſecundogenito in teſtamento ſine aſſenſu Regio, & inſtituit primogenitum hære-dem vniuerſalem, qui poſt mor-tem adiuit hæreditatem, vtrum ex hoc erit translatum dominiū feudi in ſecundogenitum. Pro

110 ſecundogenito vrget primò; quia hæres adeundo hæreditatē, quaſi contrahere videtur [l. apud Iulianum. §. fin. vbi Bar. & Angel. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.] Et ideo legatorū nomine ex quaſi cōtractu obligatur [§. hęres quo-que, inſtit. de obligatio. quæ ex quaſi contra. naſcun.] vbi gloſ. dicit hoc ideo eſſe; quia adeun-do hæreditatem quaſi contrahe-re videtur. Et quia hic quaſi con-tractus fit inter primogenitum, & ſecundogenitum, qui eſt im-mediatè ſucceſſurus, præſuppo-nendo, quòd primogenitus non habeat filios, non requiritur alius aſſenſus hominis, poſtquam licet cōtrahere cum immediato ſuc-ceſſuro [cap. 1. §. & ſi libellum, de alienatio. feud. patern. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura.]

111 Secundò, quia ex aditione hędum oritur quaſi contractus, ſed etiam approbatio, & conſenſus ad diſpoſitionem paternam, [l.cum à matre.C.de rei vẽdic.] & in proprijs terminis in diſpoſitione feudi, vt hæres adeundo, cẽſeatur approbare, tenet [Alex. in l. ſi patroni, nu.14. ff.ad Trebell.Iacobi.in ſuis inueſt. in verbo., & cum pacto, quòd de ipſo feudo, poſt nu.8. & eſt de mente Ioan.And. in addit. ſuper ſpecu. in titu. de emphyteuſi ſuper q. 156. num. 184.] Et ideo quia habet à fratre conſentiente [l.in ædibus, §.fi.de donat.] fit, vt licèt nõ ſit aſſenſus hominis ſuper legato, qui requirebatur, cum non in proximè ſucceſſurum, quia tamen lex aſſentit ſuper conſenſu filij primogeniti in beneficiũ

112 proxime ſucceſſuri, hoc ſufficiet: quia quando vnus donat feudum alterius cum conſenſu domini, & impetratur aſſenſus, debet impetrari ſuper donatione, quæ oritur ex conſenſu domini feudi, non autem ſuper dona-

113 tione, quæ fit à non domino, vt in inſinuatione, vt ſit neceſſe, quòd inſinuetur, tanquam facta ab eo, qui conſentit, non autem tanquam facta ab eo, qui verbo donat, tenet [Bald. & Salycet. in l.ſi liqueat. C.de inoff. donatio.]

114 Quod notate perpetuò ad inualidandos aſſenſus, qui præſtantur ſuper venditionibus feudorum, quas faciunt patres cũ conſenſu filiorum, quibus ſunt feuda donata, & in aſſenſu non fit mentio de conſenſu filiorum.

115 Tertiò, ſicut diuiſio feudi per partes inæquales ſuſtinetur in vim refutationis, vt elegãter conſiderat [Camer. in cap.Imperialem.fol.25.lit.L.de prohib. feud. alien.per Feder.] ita conſenſus, & approbatio, & quaſi contractus, qui reſultant ex aditione, debent reſolui in vim refutationis cum ſecundogenito.

116 Pro primogenito facit primò, quia generalis approbatio, ſeu generalis conſenſus reſultans ex aditione, non debet includere feuda [cap.in generali, ſi de feu. defunct. milit.]

117 Secũdo pro primogenito facit deciſio Iſer.in cap.1.in 2. additione, in princ.de prohib.feud. alien.per Feder.] quòd vt valideтur alienatio feudi facta per defunctum ſine aſſenſu, non ſufficit tacitus conſenſus hæredis, ſed requiritur expreſſus; & ſuper illo conſenſu aſſenſus Regis. Hoc idem quòd Andr. tenet in contractu firmat [Capyc.in teſtamẽto in deciſ.115.]

118 Tertio pro hac parte facit, quia hæres reuocat contractum defuncti nullum, ſicut poterat defunctus [l. quemadmodum. C.de agricol.& cenſi. & in feudi diſpoſitione probat Loffred. in conſ.1.nu.167.]

Si

Si quis vellet tenere primam partem, poſſet reſpondere his, quæ pro primogenito adducun-
119 tur. Prima ratio poſſet tolli, quia quando quis habet licentiã alienandi, tunc feuda veniunt in generali alienatione, ſecundùm [Bald. in d. cap. in generali, probat Ioan. Fab. in §. 1. inſtit. de rer. diuiſio. Capyc. in ſua inueſtit. in verbo feuda bonorum appellatione.] Vnde cum tractetur de contractu licito inter primogenitum, & ſecundum, non obſtat [tex. in cap. in generali.] Secunda
120 ratio non obſtat, quia Andreas loquitur in contractu, & Capycius, qui loquitur in teſtamento, eſt ſibi contrarius; quia in cap. Imperialem in parua impreſſione colum. 184. videtur tenere
121 contrarium. Tertia ratio poſſet excludi, quia hæres ideo reuocat contractum defuncti nullum, tanquam à lege prohibitum, quia etiam ipſe, ſi ſecundo loco faceret, reuocaret: Sed in caſu, de quo agitur, quaſi contractus hæredis non eſt prohibitus, ſed permiſſus cum immediatè ſucceſſuro.

122 Quid ergo dicendum? Vos teneatis pro primogenito: ea potiſſimum ratione, quia hæres, non obſtante aditione, ſine dubio reuocat id, quod defunctus fecit in fraudem ipſius, circa id, quòd debebat habere ex neceſſitate poſt mortem defuncti [l. 3. §. patronum ff. ſi quis in fraud. patro. Barto. in l. 2. C. ſi in fraud. patron.] hæres in feudo hæreditario reſpectu corporis feudi eſt hæres neceſſarius; Et quia legare feudum ſecundogenito, & inſtituere hæredem vniuerſalem primogenitũ, vt ex aditione tranſeat feudum in ſecundum
123 non vocatum, nec ex lege inueſtituræ eſt in fraudem primogeniti, qui ex neceſſitate vocatur poſt mortem patris ad feudum hæreditarium ſi non diſponit cum aſſenſu, merito aditio nocere non debet; aliàs eſſet legem circumuenire, quod fieri non debet. I.

124 Quæro vtrum poſſit fieri fideicommiſſum in feudo. Hæc quæſtio virtualiter includitur in
125 illo: An feudum veniat in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, quando hæres inſtitutus eſt grauatus de reſtituenda hæreditate; in qua Dyn. vt refert [Bart. in l. ſi patroni, num. 3. ff. ad Trebellian.] ſimpliciter dicit, quòd non venit in reſtitutionem; quia non habetur iure hæreditario, Bart. ibi limitare videtur, quando eſſet ſubſtitutus per fideicõmiſſum, filius, ſeu alius, qui in feudo ſuccederet; vt tunc veniat in reſtitutione fideicommiſſi, ſicut in petitione hæreditatis; [Alexan. ibi num 9. 12. & 14.] dicit, quod vera videtur opinio Dyn. & Barto. tribus concurrentibus.

tibus. Primo, quòd ſubſtitutus ſit de perſonis in inueſtitura cōprehenſis. Secundò, quòd feudum conceſſum ſit ſimpliciter pro ſe, liberis, & hæredibus. Tertiò, quod filius grauatus de reſtituendo, adiuerit ſimpliciter ſine proteſtatione paternam hæreditatem: quia videtur approbaſſe diſpoſitionem teſtatoris: & ita concludit non obſtante hoc text. In feudo autem conceſſo pro ſe, & liberis, non facta mentione de hæredibus, tenet, quòd non veniat, quia tunc nihil participat de iure hæreditario, & filius ſecundum eum poteſt tunc repudiare hæreditatem, & feu-

126 dum retinere. In feudo autem conceſſo pro hæredibus quibuſcunque tenet indiſtinctè, quòd veniat in reſtitutionem. Idem [Alexand. in conſ. 19. 5. volum. num. 8.] ſimiliter diſtinguit inter feudum receptum pro ſe, & hæredibus expreſsè, vel tacitè; vt tunc veniat: quando vocatur ille, qui eſt de linea primi acquirentis, & feudum receptum pro ſe, & liberis, vt tunc non veniat, [Iacobi. in ſua inueſtitura, in verbo, & cum pacto, quod de ipſo feudo poſſint ipſi vaſſalli, num. 8. cum ſequenti, tranſcribit verba Alexan. in d. l. ſi patroni, & ipſum ſequitur Iaſ. in plælud. feudorum colum. 15.] ſimpliciter diſtinguit, an vocatus ſit de perſonis comprehenſis in inueſtitura, vt tunc veniat in reſtitutionē; an ſit extraneus, vt tunc non veniat, niſi feudum ſit receptum pro hæredibus quibuſcunque, ſecundùm [Alexan. vbi ſupra, Curt. in tract. feudor. 4. part. in 2. regula principali, & prima parte 8. quæſt. principali] licet diſtinguat inter feudum hæreditarium, & non hæreditarium, & quando vocatur extraneus; tamen remittit ſe ad [Alexan. in d. l. ſi patroni, Guglielm. Benedict. in cap. Raynutius, in verbo ſi abſque liberis, 2. parte, num. 26. & 27. tenet idem quod Iaſ. vbi ſupra, Deci. in conſ. 395. num. 8.] in feudo ex pacto, & prouidentia, quòd ſecundum eum eſt, quando eſt conceſſum pro ſe, & ſuis hæredibus vtriuſq; ſexus, ex ſuo corpore deſcendentibus, quod eſt falſum. [Marian. Soccin. in

127 conſ. 72. 1. volum. nu. 32.] admittit concluſionem, quòd feudum veniat in reſtitutione fideicommiſſi in feudo nouo, vel in feudo antiquo, vt per eum annullari non poſſit; & non requiratur aſſenſus, non autem reſpectu agnatorum, & in eorum præiudicium. Subdit, quòd in tantum non tenet fideicommiſſum in feudo antiquo non hæreditario in fauorem comprehenſi in inueſtitura, quod procedit etiam ſi omnes, qui ſunt ſucceſſuri, ſubſtituantur per fideicommiſſum, non vnus ex eis, vel alij: cōſide-

ſiderans duas rationes: prima,
quia inutile eſt fideicommiſſum
in beneficium eius, qui eſt om-
nino habiturus. Secunda,quia,
128 ſi fieri poſſet, eſſet locus de-
tractioni Falcidiæ, aut Trebel-
lianicæ: & hoc intereſt agnato-
rum, qui ſunt vocati: & nu. 22.
tenet ſine dubio, quòd feudum
conceſſum pro hæredibus, &
ſucceſſoribus quibuscũq;, venit
in reſtitutione fideicommiſſi.
129 Quæro an teneat teſtamen-
tum in feudo,quando inſtituitur
Rex directus dominus. Reſpon-
deo,aut ſumus in feudo hæredi-
tario, aut in feudo non hæredi-
tario.In primo caſu vbi non tra-
ctatur de nullitate diſpoſitionis,
niſi ex defectu aſſenſus domini,
dico,quòd ualet diſpoſitio: quia
lex Regni, aut alia in hoc libro
feudorum, ex qua prohibitum
130 ſit commercium in feudo,non
comprehendit Regem; probat
[Roma.in conſi.444.num.10.]
loquens in Duce Plumini, vt nõ
ligetur cõſtitutionibus per eum
factis ſuper adhibendis ſolemni-
tatibus in alienatione, quia in ge
nerali ſermone nõ videtur ſeip-
ſum aſtringere,propterea [Bald.
in l. digna vox, num.2. C.de le-
gib.] tenet,quod Epiſcopus non
131 ligetur proprio ſtatuto. Quam
cõcluſionem etiam firmat idem
[Bald.in cap.1.§.ad hæc, de pac.
iuram.firman.colum.4. in prin.]
dicens,quòd non intelligitur po-
nere quis legem cõtra ſe ipſum;
idem tenet [Angel.in l.princeps
ff.de legib.Bart.in l.Lucius.§.Lu-
cius Titius.ff.de fideicom.libert.
Bald.in authen. quibuſcunque.
C.de ſacroſan.eccleſ. nu.5. Abb.
in cap.1.num.12.extra de rapto.
vbi etiam Cardina.col.2. Angel.
in l.1.ff.quod quiſque iur.nu. 6.
vbi etiam Alex.& Iaſ.in 4.notab.
2.col.& Iacobi.num.17.Felin.in
cap. canonum ſtatuta, num.33.
colum.8.verſ.amplia quarto.de
conſtitutio.Salyc.in l.cum ipſe.
ff.de contrahen.emptio.Bald.in
l.ſi conſul.num.3. ff. de adoptio.
& ante iſtos Ioan.Andre.in regu.
cui non licet,de regu.iur. in 6. &
ſequitur etiam Geminia. in cap.
vt animarum, col. 3. de conſtit.
132 in 6.]Hinc eſt,quòd dicit Cal-
derin.in tit.de feud.in conſil. 10.
verſ. ad ſecundum, ſi in conceſ-
ſione feudi facta per Epiſcopum
eſt adiectum pactum, quòd non
poſſit alienare in Eccleſiam,non
intelligitur excluſiſſe ſuam Ec-
cleſiã, quia in generali ſermone
non lædit quis ſe,vel ſuos [cap.
petitio de iureiurand. & Bald. in
cap.cum omnes,num.26. col.7.
in princ.]dicit, quòd ſi ciuitas fa-
133 cit ſtatutum,quod nulla perſo-
na,vel vniuerſitas poſſit vendere
frumentum forenſibus,ſub certa
pœna, non comprehenditur ci-
uitas vendens forenſi,quia ſtatu-
134 tum eſt factum gratia ciuitatis;
propterea non debet contra ci-
ui-

Digitized by Google

uitatem interpretari.
135 Ex præmiſſis etiam oritur,
quòd non requiritur aſſenſus, dũ
contrahitur ſuper feudo cũ Rege [Afflict.in cap. Imperialem,
12. notab. quæſt. 20. de prohib.
feud. alienatio. per Feder. & in
conſtit. Regni conſtitutionem
diuæ memoriæ num. 36. Capyc.
deciſio. 156. num. 11. Frecc.lib.
2.quæſt. 31. Camerar. in repetit.
d.cap.Imperialem litera P. & Q.
136 fol. 12. Nec requiritur, quando vaſſallus obligat feudum domino [Bald. in d. cap. Imperialem. 1. col. verſ. ſed quid ſi vaſſallus, vbi Aluarot. colum. 4. verſic.
quæro ab extra, Curt. in tractat.
feud.in 4.part.in vltima cauſ. priuationis feud. verſ. ſextò principaliter quæro, Camerar. in repet.
d.cap.Imperialem colum. 3. lit.
137 P.fo.12.Nec etiam requiritur,
quando feudum dominio refutatur [cap.1.de vaſſall.qui cont.
conſtitut.Lothar.cap.1. §.rurſus,
quib.mod.feud.amitta.cap.1. de
vaſſall.decrep.ætat. cap.1. de eo,
qui fin.fec.agnat.gloſ.in cap.1.de
capit.qui curi.vendi.Iſern.in cap.
1. verſ. poſt refutationem.] Nec
138 quando vaſſallus refutat feudum planum,& de tabula Baroni,à quo tenet [Iſern.in cap.1.§.
poſt refutationem,de vaſſall. qui
contra conſtit. Lothar. in principio,vbi Afflict.num.19.5.notab.
idem Andre. in cap. ſancimus,
quo tempore miles, num. 12.
Loffred.in conſi.5.nu. 6. Capyc.
in repet.d.cap.Imperialem, col.
3.]Nec etiam requiritur,quandò
139 quis confitetur rem allodialẽ
eſſe feudalem,prout videtur tenere [Andre.de Iſern.in conſtit.
Regni,probationum defectum,
in verſ.Item ſi confiteretur.

ADDI-

ADDITIO AD REPETITIONEM Cap. 1. de ſucceſsion. feud.

EDITA PER FVLVIVM LANARIVM, Auctoris Nepotem.

NOVISSIMIS DECISIONIBVS REPLETA.

SVMMARIVM

1 *In feudo empto ſiue à Regia Curia, ſiue à priuato frater, & ſoror, ſiue ex vtroque parente, ſiue conſanguineus tantum, ſiue vterinus tantum, & eorum filij vtriuſque ſexus ſuccedunt fratri, & ſorori, non obſtantibus inueſtituris pro ſe, & hæredibus ex corpore refertur gratia.*

2 *Feudatarius poteſt diſponere tam inter viuos, quàm in vltima voluntate de bonis feudalibus etiam titulatis in beneficium maſculi in gradu ſucceſſibilis, non obſtante, quòd fœmina eſſet in gradu proximiori, refertur gratia vltimo loco conceſſa, & referuntur deciſiones pro executione dicta gratia.*

3 *Gratia prædicta an habeat locum in officio, quando eſt conceſſum ad modum feudi pro hæredibus ex corpore, concluditur quòd ſic, & affertur deciſio.*

4 *In ſucceſſione feudi plani, & de tabula, an attendatur conſtitutio Regni, vt de ſucceſſionibus, an ius commune feudorum, vel Romanorum contra Auctorem affertur, quòd attendatur ius cõmune feudorum, & ſollemne conſ. Io. Camilli Cacacij, Aduocati ſubtiliſſimi, & primarij, mei Collegæ amantiſſimi, & ſecundum hanc opinionem nouiſſimè deciſum.*

5 *In feudo plano, & de tabula ſuccedunt æqualiter omnes filij.*

6 *Baronem poſſe concedere feudum planũ, & de tabula deuolutum cum noua qualitate alterando ſucceſſionem de iure communi feudorum, quòd primogeniti tantùm ſuccedant, & ſub natura feudi ex pacto, & prouidentia fundatur, & aſſenſus Regius non requiritur.*

7 *Feuda plana, & de tabula deuolui ad Baronem non dubitatur, idem fundatur in feudo quaternato ſecundum quid, ſecundum veram, & receptam opinionem.*

8 *Clauſula poſita in eadem ſubſtantia, & oratione illam regulant, & reſtringunt.*

9 *Atenaſia tenimenta, & manſum quid.*

10 *Feuda plana ex quibus debetur militare ſeruitium ſunt nobilia.*

11 *Conſtitutio Regni vt de ſucceſſionibus habet locum ſolum in feudis quaternatis, non in planis, & de tabula.*

12 *In ſucceſſione feudi plani, & de tabula, an attendatur ius Romanorũ, vel ius commune feudorum.*

13 *Quæſtiones feudales deciduntur prius ſecun-*

ſecundum iura feudalia Regni, & in defectum ſecundum iura communia feudalia.

14 *Feuda plana, & de tabula, & de tabula militaria per omnia iura feudi habentur.*

15 *Nulla lege Regni cautum eſt, vt in feudis planis ſuccedatur iure communi Romanorum.*

16 *Feudi plani, & de tabula non dicitur vera infeudatio, ſed quadã conceſſio perpetua, vel locatio.*

17 *Appellatione parentum ſolum deſcendentes veniunt.*

18 *DD. aſſerentes in ſucceſſione feudi plani, attendi ius commune intelliguntur de iure communi feudorum.*

19 *Iure Romano agnati vſque ad decimũ, cognati vſque ad ſeptimum gradum admittuntur.*

20 *Collateralis deſcendens feudatarij à communi parente quaſito, vſque in infinitum ſuccedit, & benè explicatur.*

21 *Iſern. locus in conſtitutione vt de ſucceſſionibus, & in cap. 1 de natura ſucceſſ. feudi declaratur.*

22 *Hæredũ appellatione in allodialibus etiã extranei continentur, quòd non eſt in feudalibus.*

23 *Iure communi feudorum non ſuccedit, qui non deſcendit à primo acquirente.*

24 *In feudo nouo iure communi feudorum frater fratri non ſuccedit, nec deſcendentes ex fratre.*

25 *Succeſſorem an oporteat extare tempore aſſenſus, vel tempore mortis.*

26 *Verba aſſenſus ſunt ita ſequenda, ſicut canis leporis ſectatur veſtigia.*

27 *Hæres in feudo hæreditario tenetur ad ſolutionem legatorum, ſiue onerum pro concurrenti valore feudi, etiam quòd alius fuerit inſtitutus hæres, referuntur deciſiones, & quomodo noſtris temporibus practicatur.*

28 *Hæres in feudo tenetur pro rata contribuere cum hærede in allodialibus pro oneribus hæreditarijs.*

29 *Hæres in feudo hæreditario non conficiẽs inuentarium teneri vltra valorẽ feudi, fundatur per opiniones Doctorum, & deciſiones, ſed pro veritate attenti ponderentur infraſcripta.*

30 *Succedens in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario, ſi conficit inuentarium, habet feudum præcipuum, & non tenetur oneribus hæreditarijs, ſi verò eſt hæreditarium, an non conficiens inuentarium, teneatur vltra valorẽ feudi, & vires hæreditarias.*

31 *Hæres vniuerſalis in feudo hæreditario, & allodia ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamẽto nõ conficiens inuentariũ, vtrũ teneatur vltra vires hæreditarias.*

32 *Succeſſor immediatus in feudo tantum inſtitutus, dato alio hærede vniuerſali in allodio, ſi nõ confecit inuentariũ, an teneatur vltra vires hæreditarias.*

33 *Inſtitutus in re certa, dato alio cohærede vniuerſali, non tenetur conficere inuentarium, quod ampliatur etiam in inſtituto in re certa à milite, qui in reliquo deceſſit inteſtatus.*

34 *Hæres anomalus inuentarium non cogitur conficere.*

35 *Filius in re certa vel illegitimè inſtitutus, an priuetur feudo, & non conficiens inuentariũ, teneatur ad onera.*

36 *Filius hæres particularis in feudo ſi acceptauit patris teſtamẽtum, an patiatur aliquod incommodum.*

37 *Hæres non conficiens inuentarium, ſi certo conſtet de hæreditatis valore non tenetur vltra vires.*

38 *Iudices Regiam poteſtatem habentes, vt eſt Sacrum Conſil. poſſunt ommiſſione inuentarij, nõ obſtante hæredẽ non cõpellere, niſi vſq; ad vires hæreditatis.*

39 *Feudatarius tenetur ad onerũ contributionem pro rata bonorũ, quæ poſſidet.*

40 *Legato feudo an debeatur extimatio, latè diſcutitur circa opiniones antiquorũ; & modernorum Doctorum, & concluditur nullo modo deberi extimationẽ.*

41 *Donatio facta abſq; aſſenſu de feudo, &*

re

re ſeudali non tenet;nec debetur extimatio.

42 In donatione facta contemplatione matrimonij abſq; aſſenſu deberi extimationem concluditur.& adducũtur deciſiones S.C.idem quando maritus donaret feudũ pro quarta ſolita conſtitui;idem in donatione ob remunerationem ſeruitiorum, & idem quando datur feudum in dotem abſque aſſenſu.

43 In inſtitutione uullo modo deberi extimationem;fundatur, quòd ſit in controuerſa opinio, & ſic in dies practicatur;& referuntur deciſiones.

44 Fructus feudi mortuo feudatario poſt Calendas Martii ſpectant ad filios ſecũdogeuitos inſtitutos in burgenſaticis;& non ad hæredem inſtitutum in feudalibus refertur deciſio.

45 Meliorationes in feudo factas ſpectare ad hæredes in burgeuſaticis, & quid in incremento feudi extrinſeco;& ſi tenetur primogenitus ad pretium in beneficium ſecundogeniti; refertur opinio Doctiſſ.Scipionis Rouiti.

46 Boua mobilia exiſtentia in feudo,vt ſunt arma,animalia,& alia ſimilia, an ſpectent ad primogenitum ſucceſſorem in feudo;vel ad ſecundogenitũ inſtitutum hæredem in feudalibus diſtinguitur.

47 Teſaurus inuentus poſt mortẽ patris ſpectat ad primogenitum ſucceſſorem in ſtatu pro defentione ſtatus,excluſis ſecundogenitis,refertur deciſio.

48 Remedium l.fin C.de edic.Diu. Adr.toll. non habet locum, quando eſt inſtituta perſona extranea, vel non immediatus ſucceſſor in feudalibus,præter alias deciſiones, antiquas,referuntur nouiſſima.

49 Filium iuſtè exhæredatum tam in feudo hæreditario,quam ex pacto, & prouidentia non ſuccedere, concluditur ex opinione DD.Regniculorum ;& idẽ ꝙ poſſit exhæredari ſecundogenitus in vita militia;& quid ſi poſſit priuari, & exhæredari primogenitura.

50 Nepos,ſi iuſtè fuit exhæredatus pater,an ſuccedat auo in feudo.

51 Vaſſallus an poſſit diſponere de feudo ſine aſſenſu;ſi in inueſtitura fuit dictũ tibi,& hæredibus tuis quibuſcunque; diſtinguitur.

52 Si feudum legatur ſecundogenito abſque aſſenſu,& inſtituitur primogenitus hæres vniuerſalis,& tacuit per annum, à die aditionis hæreditatis in reuocando,vel proteſtando talis diſpoſitio reuiuiſcit, & tranſit in vim refutationis.

53 Feudum an veniat in petitione, ſiue reſtitutione fideicommiſſi, diſtinguuntur plures caſus.

54 An in feudo poſſit fieri fideicommiſſum.

55 Rex ſolus poteſt præſtare aſſenſum in fideicommiſſis;& refertur famigerata deciſio in cauſa fideicommiſſi Illuſtris Marchionis Triuici.

56 Teſtator an poſſit ordinare multiplicum ſuper fructibus feudi vltra decennium affertur deciſio,quòd ſic.

57 Fideicommiſſum an poſſit fieri in officio conceſſo à Rege pro ſe,& hæredibus,& ſucceſſoribus in perpetuum, diſtinguitur cum nonnullis illationibus, & an officium,& quale ſit de regalibus.

58 Conſtitutio Regni, ſcire volumus,de quibus conceſſionibus regalibus intelligatur,& in quibus officijs extendatur.

59 Officialis quis propriè dicatur, & an officium Magiſtri actorum connumeretur inter officiales.

60 In ſucceſſione officij conceſſi pro ſe, & hæredibus ex corpore, an attendatur ius commune feudorum, vel conſtitutio Regni,vt de ſucceſſion.

X Auctor

AVctor Patruus meus enumerauit hic nõnulla tempora circa ſucceſſionẽ feudorum. Ego vero non inſequendo veſtigia additionis præcedentis, in qua diſputando, propoſui nonnullas quæſtiones; & in eis declaraui opinionem meã; quia ſi in quæſtionibus ſubſequentibus ſequerer eũdem ſtilum; certum eſſet, quod eſſet Additio plus operis, & ideo tam in præſenti additione, quàm ſubſequentibus attingam ſolum meam opinionem, cũ veris, & indubitatis iuris concluſionibus, & cum nouiſſimis deciſionibus à me, & ab alijs noſtris temporibus practicatis.

1 Et propterea addo octauum A tempus, quando per Catholicã Maieſtatem Philippi Secũdi fuit conceſſum, vt in feudo empto ſiue à Regia Curia, ſiue a priuato, frater, & ſoror, ſiue ex vtroque parente, ſiue conſanguineus tantùm, ſiue vterinus tantùm, & eorum filijs vtriuſque ſexus ſuccedant fratri, & ſorori, non obſtantibus inueſtituris pro ſe, & hæredibus ex corpore, ſiue tempore emptionis haberet filios: ſiuè nõ haberet, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, vt in pragm. 27. ſub titulo de feudis.

2 Nonum, & vltimum tempus, vbi ex gratia ſpeciali fuit conceſſum, quòd feudatarius, tàm in actu inter viuos, quàm in vltima voluntate de bonis feudalibus, etiam titulatis, poſſit diſponere de prædictis bonis, & titulo in beneficium maſculi, qui ſuccederet, ſi non adeſſet fœmina in gradu proximiori, non obſtante, quòd adeſſet fœmina ſimiliter in gradu ſucceſſibili, & proximiori, vt in pragmatica vltima de feudis. Pro cuius obſeruantia, Ego vti Aduocatus conſului, & obtinui ſuper validitate diſpoſitionis factæ per Dominum Franciſcum Carracciolum Marchionem Caſealboris, qui, vigore gratiæ prædictæ, diſpoſuit de prædicta Terra, & Titulo, in perſonam Vincentij Caraccioli fratris conſobrini, deſcendentis ex communi ſtipite, dum aderat Iuſtiniana Caracciola ſoror vtrinque coniuncta, immediata ſucceditrix, referente circumſpecto Regente Caſtellet, in Collaterali Conſil. vt ex actis penes Tagliauiã Scribam à mandatis. Et ſimiliter per me fuit practicatum in diſpoſitione facta per D. Artuſiũ Pappacoda, qui, nulla facta mentione de gratia prædicta, inſtituit D. Antonium Pappacodam eius fratrem vtrinq; coniunctũ, meũ conſangnineum, Equitem Ordinis Calatrauæ, ſuper bonis feudalibus, & burgenſaticis, relicta nepte ex filia immediatè ſucce-

di-

ditrice,quæ, licèt præoccupaſſet poſſeſſionem Terræ Maſſafræ, valoris ferè ducatorum centum mille; attamen facta longa diſcuſſione in Sacro Regio Conſilio,referente Doctiſſimo Conſiliario Brancia meo dño,nũc meritiſſimè aſsũpto Regente in Supremo Conſ.Italiæ,quia Illuſtris Marchio Capurtij, pater prædictæ neptis, & Hector Capycius Latro Aduocatus primarius, & morigeratus, qui eam defendebat, præuiderant malam fouere causãm, ſtante gratia prædictã; tandem deuenerunt,me exiſtente medio,ad tranſactionem, cedendo liti, & renunciando poſſeſſionem Maſſafræ,in beneficiũ D.Antonij hæredis inſtituti, ſoluta per D. Antonium modicã quantitate, quia fuit habitũ pro vero, quòd teſtator potius videtur teſtari ſecundùm leges, & conſuetudines Regni, quam de iure communi: & in dubio videtur voluiſſe,quòd voluit ſtatutum ſuæ patriæ,ſecundùm[Dyn. vt refert Bart.in l.hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebell. Ioan. de Imol.in c.potuit, circa fi. de loc. & cõd.Et ad hoc notetur conſtitutio Regni puritatẽ, & ibi DD. Loffred.conſ.39.num.18.]ex eo, quia omnis contractus cenſetur factus ſecundum conſuetudinẽ, & ſtatuta loci,vbi celebratus eſt, [l.domini prædiorum,C.de agr. & cenſ.lib.11.notat Bart.in l.nemo eſt,qui neſciat. ff. de duobus reis,latisſimè per multas illationes Afflict.deciſ.126.] quę tranſactio fuit roborata mediante decreto Sacri Conſilij,& aſſenſu Proregis,vt in banca . . .

Et ſic etiam practicatum ſuper refutatione facta per Illuſtr. Principẽ Collis,in beneficiũ Fabritij de Sũma fratris vtrinq; cõiuncti, de Terra, & titulo Marchionis Circelli, dũ tẽpore refutationis habebat filias fœminas.

3 Et quia valet argumentum de feudo ad officiũ, quia ſunt equiparata,vt per [de Pont. deciſ.28. num.5.Camill. de Medicis conſ. 169.nu.13.Anellum de Amato conſ.49.nu.12.] & ſic ꝙ in vno diſponitur, in alio locum habebit ex regula æquiparatorum, vt notatur in [l. 1. ff. de legat.1. & Surdus in conſ.379.nu. 24. 384. num. 22. & 436. num.2. lib.3.] Ideo teneo, quòd gratia prædicta habet locum etiam in officio,quando eſt conceſsũ ad modum feudi pro hæredibus ex corpore,quòd ex his,& alijs,fuit deciſum per Sacr.Conſ.iunctis Aulis pauci ſunt dies, in cauſa D. Franciſci Protonobiliſsimi filij primogeniti quond. Donnæ Corneliæ de Montibus,filiæ quondã Illuſt.Marchionis Achaiæ,cũ D. Vincentio de Montibus hærede vniuerſali inſtituto per eum in omnibus eius bonis, in quibus aderat gabella baiulationis,cõſi-

ſtens in dirictibus paſſus, & alijs, in banca de Martino, me patrocinante, cum doctiſſimo, & Aduocato primario Thoma de Aquino Patritio Neapolitano.

4 Contra hanc opinionem Auctoris, quòd in ſucceſſione feudi plani, & de tabula, attendatur ius commune feudorum, nō autem cōſtitutio vt de ſucceſſionib. vide latiſſimè, quod omnes refert doctiſſimus [Scipio Rouitus in conſ. 1. num. 4. lib. 2. & ſic etiam Camillus Villanus olim Regius Conſiliarius, maximus feudiſta conſ. 3. num. 31. eod. vol.] & ſic vltra antiquos per eum relatos, hodie ex iſtis modernis non poteſt amplius hæc opinio tergiuerſari; & quòd attendatur ius commune feudorum, & non Romanorum, latiſſimè, & doctiſſimè ſcripſit D. Joan. Camillus Cacacius, Aduocatus primarius, & ſubtiliſſimus, cuius ſcripta tanquam digna, hic inſerere volui, vt in futurum magis veritas eluceſcat, & ſecundum prædicta fuiſſe deciſum.

5 In quo feudo plano, & de tabula, cū attendatur ius commune feudorum ſuccedunt æqualiter omnes filij [§. omnes, ſi de feud. defunct. controuer. ſit, vbi Afflic. num. 2. id notat in ſpecie.]

6 Et an Baro feudo prædicto ad ſe deuoluto poſſit iterum concedere, quod ſuccedant primogeniti tantum, alterando ſucceſſionem de iure communi, quòd ſic audacter teneo, etiam ſine Regio aſſenſu, cum poſſit augere ius feudi, non autem diminuere, hāc opinionem in indiuiduo tenent [Paris de Puteo de reinteg. feu. cap. pone, quod eſt priuilegiū num. 6. verſ. quæ ſunt vera, fol. mihi 130. a ter. & in proprijs terminis [Andr. Rohel. de ſubfeud. cap. 2. num. 47. & 48. & ſic videtur annuere [Frecc. lib. 3. ſubfeu. in 2. different. inter feud. quater. & plana, nu. 6. in fin. & vide ad ducta per patruum meum conſ. 8. à princ. vſque ad num. 12. & quòd poſſint etiam concedi ſub natura feudi ex pacto, & prouidentia, Freccia in 17. differ. inter feud. quater. & planum, fol. 422. hæc habui à Peritiſſimo Rouito in 1. conſ. à nu. 23. vſque ad nu. 28. & vide eundem in uol. prag. in rub. de feudis num. 14.]

7 Feuda plana, & de tabula deuolui ad Baronem, non dubitatur idem in feudis quaternatis ſecundùm quid, uide [Regentem de Ponte de poteſt. Proreg. de aſſenſ. §. 1. num. 15. & doctiſſimè reſpondendo contrarijs Regentem de Conſtantio in l. 1. nu. 40. C. de uend. rerum fiſcalium, & nouiſſimè Rouitum in prædicto conſ. num. 20.] qui relatis prædictis eximijs uiris, & alijs Doctoribus reſident in prædicta opinione, quòd quādo caſus acciderit, recurrendum eſt ad eos.

Ba-

Baronia Tricarici ab antiquiſſimo tempore habet quoddam ſubfeudum inhabitatum, dictum de Marchetto, in pluribus rebus, & membris conſiſtens, videlicet, Domibus, Caſalenis, Vineis, & Hortalibus, Terris ſeminatorijs, & aratorijs, cultis, & incultis, ac etiam in diuerſis cenſibus, iuribus, & redditibus, vt dicitur in aſſenſu Principis Petri Antonij ſub die 10. Septembris 1555. fol. 113. & cõſtat ex liſta fol. 8. vbi plurima huius feudi corpora deſcribuntur.

Hoc feudum tenetur à Barone, & ſub Baronia Tricarici, nec eſt quaternatũ nec ſimpliciter, nec ſecundùm quid: ſed tantùm planum, & de tabula, iuxta ea, quę latè fundaui in prioribus ſcriptis fol. 1. §. Prima concluſio, & aduerſarius non contradicit: Verum ex hoc feudo non debetur redditus certus panis, vini, vel pecuniæ, ſed adoha, ſeu militare ſeruitium Baronali Curiæ quolibet anno pro ea rata, quæ per ipſam Curiam taxari ſolet, vt dicitur in inſtrumento ceſſionis factæ à Fabio Caſtellano, Mario Capano die 5. Decembris 1600. fol. 116. à ter. & in apoca receptionis 9. Decemb. 1605. fol. 6. vbi ſoluuntur duc. 7. pro adoha, quæ ſcriptura eſt ab aduerſario producta.

Hoc ſubfeudum fuit primò alienatũ à q. Bernardino Capano ſeniore tunc tenente, Ioanni Antonio Caſtellano cũ aſſenſu Principis Biſiniani tũc Tricarici vtilis Domini fol. 113. & cum clauſula, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, fo. 113. à ter. in fi. & 114. in princ. Mortuo Ioan. Antonio, Fabius filius, & ſucceſſor illud alienauit Mario Capano die 5. Decembris 1600. fol. 116. cum aſſenſu Baronalis Curiæ ſub die 28. Maij 1602. in cuius petitione Fabius expoſuerat Baroni ſe habere ſucceſſorem Alexandrum Caſtellanum patruum, & alios fol. 121. Verum aſſenſus fuit pręſtitus cum clauſula, Liceat in forma in bonis in quibus habet ſucceſſorem; citra tamen præiudicium iurium Principalis Curię quoad prætenſam deuolutionẽ; & aliorum quomodolibet competentium fol. 121. in fin.

Deceſſit primò Alexander patruus, frater Ioan. Antonij primi quæſitoris, nempe 6. Iulij 1605. fol. 96.

Deceſſit ſecundò Fabius, qui alienauit, filius Ioan. Antonij 24. Februarij 1606. abſque liberis, & ſucceſſoribus fol. 37. 40. & 95. Baro Tricarici cõtendens ob Fabij mortem feudum illud ad ſe deuolutum, nullis exiſtentibus ſucceſſoribus, pręuio decreto Cũriæ Tricarici fol. 24. à ter. cæpit poſſeſſionem illius fol. 43.

Orta propterea in S. C. quæ-

ſtione inter Marium Capanum, qui vti ſpoliatus reſtitui petebat 10.Maij 1606.fol.4. & oppoſita per Baronem, tunc Biſatiarum Ducem, reintegratione, ſeu deuolutione ob mortem Fabij Caſtellani ſine legitimo hærede fol.5.fuit per S.C.ſub die 13.Decembris 1607. datus terminus ſuper omnibus per ambas partes, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio hinc inde prætenſis fol.49.à ter.ſuper quo iam compilatus eſt proceſſus.

Et nunc Ferrerius nunc Tricarici Baro, contendit ſe à petita feudi reſtitutione abſoluendum: ſiquidē aſſenſus Baronis cui Capanus innititur, fuit ſub conditione, & limitatione. Limitatio ea fuit [in bonis in quibus habet ſucceſſores.] Conditio fuit in illis verbis, [citra tamen præiudicium iurium Principalis Curiæ, quoad prætenſam deuolutionē, & aliorum quomodolibet competentium fol.121.in fin.] Quæ

8 clauſulæ poſitę in eadem ſubſtātia, & oratione illam regulant, & reſtringunt, vt ex [Dec.conſ.105. in fin.ait D.de Ponte conſ.3. nu. 79.lib. 1.] Hinc duo naſcuntur media pro Barone abſoluendo.

Primum, quia Fabius Caſtellanus tempore alienationis non habebat in hoc feudo legitimū ſucceſſorem; nam Alexander patruus non erat talis, quia non deſcendens, ſed frater Ioan. Antonij primi quæſitoris.

Secundum medium pro Barone eſt, quia Alexander (dato quod fuiſſet legitimus ſucceſſor) non tamen ſuperuixit tempore mortis Fabij, prout in hoc caſu neceſſarium fuiſſe fundabo.

Vt autem hæc fundentur, recordentur Domini Iudicantes feuda plana, & de tabula, quæ à Baronibus, & ſub eis tenentur, eſſe in duplici diſcrimine: nam quædam ſunt pro quibus debetur Baroni ſeruitium militare, quòd adoha in Regno appellāt, quæ etiam militaria nuncupantur. Quædam non militaria, ſed ruſtica, pro quibus debetur Domino, panis, vel vinum, aut pecunia, vel aliud vile ſeruitium; quæ dicuntur concedi pro victu Do-

9 mini, & ſolent appellari Actenaſiæ, ſeu tenimenta, vel manſum, vt declarant, & agnoſcunt [Capyc.in inueſt. in cap. feudorum genera.fol.208.§.in Regno- & §. Tenaſię melius, & clarius in cap. Imperialem, car.26.concl.3.Pet. de Monteſ.antiquus Doctor in conſtit.vt de ſucceſſ.ſub num. 4. & 5.Aloyſius de Leo in l. leges, nu.27.C.de leg.& Hier.de Roſis in ſuo conſ. num. 15. & 16.impreſſo poſt deciſ.Viuij 225.li.2.]

10 vbi dicit feuda plana, ex quibus debetur militare ſeruitium eſſe nobilia.

11 In feudis autem tantum quaternatis, non in planis, & de tabula,

bula [conſtitutionem Regn. vt de ſucceſſ.] locum habere communiter eſt receptũ, vt [gloſ.in d.conſtit.in fin.prin.& in verſ.in omnibus, Afflict.in cap. 1. §. & quia num. 11.de his, qui feudum dar.poſſ.& deciſ.161. in princip. Petrus de Montefor. in d. conſt. ſub num.5.poſt Barth.de Capua, & Iſern.Frecc.lib.3.tit. de differ. feud.quater.à num.27.& Cumia cap ſi aliquem, verſ.ſubfeudatarius num. 9.] deficiente autem in ſucceſſione feudi plani, vel de tabula iure Regni,attenditur ius commune, quod apud vtriuſque Siciliæ Doctores eſt inconcuſſum.

12 Quæſtio autem vnde præſentis cauſæ pendet, reſolutio ſtat in hoc, an in ſucceſſione feudi plani attendatur ius commune Romanorum, quo decedẽti triplex ſuccedit linea, deſcendentium,aſcendentium, & collateralium,vſque ad decimum inter agnatos, vel ad ſeptimum inter cognatos, nulla habita diſtinctione bonorum reſpectu lineæ, vnde obuenerunt, an potius attendendum ſit ius commune feudorum,quo nec aſcendentes, nec collaterales ſuccedunt à primo feudi quæſitore non deſcendentes [c. 1. de grad. ſucceſſ. in feud.] cum ibid.not. & ex infra latius allegandis.

In qua quæſtione verior, & magis iuri conſona opinio eſt in feudi plani,& de tabula militaris ſucceſſione,non ius Romanorũ, ſed feudorum eſſe ſeruandum, quæ ſententia probatur auctoritate, & ratione, auctoritate quidem vtriuſque Siciliæ DD. videlicet.

Primo [Afflict.in d.conſtit. vt de ſucceſsionibus, ſub num. 1. vbi ita habet, tota iſta conſtitutio non loquitur, niſi de feudis quaternatis, quæ tenentur à Rege,non autem loquitur de feudis planis,vel de tabula, vel ruſticis, vel feudis,quæ dicuntur actenaſiæ, vel feudis, quæ omni anno præſtant certum redditum in pecunia, vel in alia re,vel tenentur à Comite,vel Barone; Nam in iſtis feudis eſt ſucceſſio ſecundum ius commune feudorum, vt firmat hic gloſ.verb. in omnibus autem] ſentit ergo Afflict. in omnibus feudis planis, ſiue militaribus, ſiue actenaſijs ius commune feudorum eſſe ſeruãdum, licet reſpectu feudi actenaſiæ, ſolus id expreſsè dixerit, nec forte verè,Idem [Afflict. in cap. 1. §. & quia, colum.2. verſ. hodie] dicit in Regno Siciliæ circa ſucceſsionem feudi plani, & de tabula per conſtitutionem Regni vt de ſucceſsionibus, non ſunt immutata iura feudorum.

Secundo[Petr.Piccol. de Mõtefor.in eadem conſtitut. vt de ſucceſſ. ſub num.6. ait ſic, & ſic huiuſmodi tenaſiæ,ſiue tenimen

ta

ta non ſunt feuda, licet feuda ruſtica nuncupentur, & eſt differẽtia in iſtis, & quaternatis, quia in iſtis ſuccedũt omnes etiam collaterales, & non coniuncti, ex eo latere, vnde tenaſiæ, ſeu tenimenta peruenerunt, & ita debet intelligi, quod notat Andr. in hac conſtit. vt de ſucceſſ. 10. colum. & de nat. ſucceſſ. feud. circa med. ſed in planis, & de tabula non quaternatis, quæ tamen propriè feuda ſunt, non ſuccedunt aſcendentes, niſi ex eorum linea feuda ipſa perueniſſent: nec etiam collaterales, qui eſſent coniuncti ex eo latere, vnde feuda peruenerunt, vt 10. col. de nat. ſucceſſ. feud. in princ. & grad. ſucceſſ. in feud. in §. his deficientibus. cum ſimilibus. Nec etiam corriguntur per Regni conſtitutionem. Ideo ſtare non prohibentur.] hęc Petrus: nec poteſt clarius loqui. Idem [Petrus in add. ad conſtit. ſi quando tit. 10. col. 3. cap. 11. In alijs autem feudis planis militaribus, ex quibus debetur adoha, ſeu militare ſeruitium Comitibus, & Baronibus, à quibus tenẽtur, quando per Regiam Maieſtatem in Regno indicitur militare ſeruitiũ, ſeruentur iura communia feudorum, quæ etiam in Regno ſeruantur, vt in d. conſtit. gl. mag. in fine.]

Tertio [Capyc. in cap. Imperialem car. 26. in 3. conc.] dum dicit, quod feuda plana, de quibus ſoluitur militare ſeruitium, iudicari omnia iure feudi; feuda plana, quæ alias tenimenta, ſeu teneſiæ dicuntur, non cenſentur iure feudi, nec quantum ad ſucceſsionem, vt [not. in conſtit. ſi quando, §. & ſi contingent] & ſic ſentit Capyc. non in omnibus feudis planis, & de tabula, ſed tãtum in ruſticis, ſeu tenimentis, quod iure feudi non cenſentur quoad ſucceſsionem, & alia, de quibus ibi, alia verò plana, vel de tabula militaria iure feudi per omnia cenſentur, & ſic etiam quoad ſucceſsionẽ ſequitur Capyc. illum citans.

Quarto [Aloyſius de Leo in l. leges num. 27. C. de legibus] vbi ſimiliter ait feuda plana, de quibus ſoluitur adoha per omnia iure feudi cenſeri: non ſic feuda plana, de quibus ſoluitur annua penſio, quæ non cenſentur iure feudi.

Quinto [Camer. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. à num. 32. ad 38.] indiuiduè loquens in patruo, quod nõ ſuccedat nepoti in feudo quæſito per illum, à quo ipſe patruus non deſcendit, & hoc etiã in hoc Regno ſubdit: quod ex hac eadem ratione, quod in ſucceſsione feudi inter collaterales attenditur deſcenſus a primo quæſitore, quod in feudo nouo plano ſoror non ſuccedit fratri, quia per conſtit. vt de ſucceſſ. non admittitur, quæ ſolum loquitur

quitur in quaternatis, & per iura communia feudorũ repellitur, cui in illis feudis ſtandum eſſet, & apertè Camer.eſt pro hac ſententia.

Sexto [Frecc.lib.6.de ſubfeudis, tit.de differen. feud.quatern. & de tabula] apertiſſime in eo titulo pluribus in locis id ſentit, videlicet ſub num.4. clarius nu. 27.& 28. vbi à ſucceſſione feudi noui plani, vel de tabulà, ait fratrem excludi: quia iura communia feudorum, quæ in feudis planis ſeruantur, non admittuntur; & ſub num.29.verſ. 22. ait, in feudis planis, & paruis ſeruari ius commune feudorum, non autem ius Regni, & num.33. ita dicit:feuda quaternata in Regno cenſentur iure veri feudi, ſecundùm leges Regni; feuda autem plana iudicantur ſecũdùm leges feudales,& inter iſta differentia eſt de qua alias dixi.

Septimo [Regens de Ponte tract.de poteſt.Proreg. tit. de aſſenſ.Reg.§.2.ſub num.15. & 16. ex Frecc.] quem citat,ait in feudis,quæ à Barone, & ſub Barone tenentur,recedi à iure conſtitutionũ Regni,& attendi ius commune feudorum.

Octauo [Cumia in rub. cap.ſi aliquem,in verbo de ſucceſſoribus num.72. fol. 24.] ait, tum etiam dic, quòd dicta conſtitutio ſi quando, non de vera feudorum ſucceſſione loquitur, ſed de feudis planis,& de tabula, quę tantum ſub lege, & natura feudi tenentur à Comite,vel Barone, vbi eſt ſucceſſio ſecundùm ius commune feudorum.]Hæc Cumia.

Nono [Intrigl. de feud. cent. 1.q.45.num.50.fol.289.ſic ſcribit. In feudis vero planis,& de tabula erit ſucceſſio ſecundum ius commune feudorum] & ibi citat multos.

Decimo [Io. Andr.de Georg. in repet.feud.cap.9.pluries: nam ſub num. 8. ait, quod conſtit. vt de ſucceſſ. in alijs feudis vltra quaternata non mutauit ius commune feudorum, & clarius ſub num.22.ita habet,& conſtitutio, quæ limitauit gradum ſucceſſionis,vſque ad tertiũ,non loquitur de feudo plano: remanebit intactũ ius commune feudorũ, &c.] hoc idem ſub num. 18.

Vndecimo [Affl. deciſ. 228. ſub num.1. ait, in feudis ruſticis non habentibus propriam naturam feudi conſiſtentibus in terris, pro quibus ſoluitur annuatim annuus redditus, non habere locum leges feudales Regni, quia de iſtis conſideratur, prout de rebus emptis citat Afflict.] & ſic ſenſit,non in omnibus feudis planis, & de tabula ceſſare leges Regni, ſed tantum in ſecunda ſpecie: nempe non militarium.

Duodecimo [Hier.de Roſ. in d.conſ.

d.conſ.num. 17. impreſſus poſt deciſ. Viuij 225.] dicit in feudis planis, vel de tabula militaribus habere locum, quoad ſucceſſionem ius conſtit.Regni,vt de ſucceſſ.& licet hoc nemo alius dixit: ſed communiter teneatur eam conſtitutionem tantum in feudis quaternatis procedere,tamen aperte innuit iura communia Romanorum minimè in his feudis locum habere.

Ex prædictis itaque Doctoribus,quos citaui, aliqui apertè aſſerunt in ſucceſſione feudorum planorum, & de tabula ius feudorum ſeruari, ſed non diſtinguunt an in omnibus, vel ſolum in militaribus, & hi [Camerar. Frecc.Cumia.Intrigl.de Pont. de Georg.] Alij diſtinguendo in feudis planis militaribus,dicunt, iura communia feudorum ſeruanda,in reliquis tenimentis iura Romana, vt Petr.de Montef. Aloyſ.de Leo,& ſentit Vrſil. Afflict. autem paſſim in omnibus, ait iura feudorum communia eſſe ſeruanda.

Ex quo Doctorum calculo, & ex infra dicendis patebit; quod hæc eſt magis cômunis opinio, eſt etiam verior ex rationibus mox dicendis.

Ratione etiam fundatur hæc ſententia,quæ multiplex.

13 Prima,quia feudales cauſæ in Regno prius ſunt decidendæ ſecūdum iura Regni feudalia, quæ vbi deficiunt,ad iura communia feudalia recurrimus, quæ minimè in Regno ſunt ſublata,ſed in defectum iuris Regni locum obtinent [Iſern. in cap. 1. in fin. de feud.cogn.Petr.de Montefor. Afflict.& Frecc. locis ſupra citatis,& optimè glo.in d. conſtit. vt de ſucceſſ. gloſ. fin. ſuper verbo iniuriam col. 3. §. ſimiliter erat] ait, vbi ius feudorum ſpecificè diſponit,illud attenditur,nec recurritur ad ius commune Romanum [tex.eſt expreſſ. in d.c. 1.de feud.cognit.Vulte. de feud. lib.1.cap.1.ſub nu. 1. & ſub nu. 8.§.atque ſi contingat, poſt Cephal.conſ.2.nu.7.lib 1.]

14 Secunda,quia feuda plana, & de tabula militaria per omnia iure feudi habentur: nam verè feuda ſunt,vt [Afflic. d.§.& quia, & d.l.Imperialem,Aloyſ.de Leo d.l. leges in fine.] merito quoad ſucceſsionem debent iure feudorum regulari,quod confirmatur: nam ſi in cæteris iure feudi retinentur: nempe reſpectu alienationis,inueſtituræ, deuolutionis,vt ex dictis per [Frecc. d. tit. de differ.feud.quater.differ.2.13. 17.18.20.& 25.& alibi] cur etiá nó debeat in ſucceſsionibus obſeruari non ideo: cum non debeat eadem res diuerſo iure cenſeri, [l. eum qui ædes, ff. de vſucap.]

15 Tertia,quia nulla Regni lege cautum eſt, vt in his feudis ſit ſuc-

ſucceſsio iure Romano, nõ quidẽ ex conſt.vt de ſucceſſ.quæ tãtũ loquitur in quaternatis, nihil de reliquis diſpoſuit,vt communiter omnes intelligunt, vnde gloſ.ibi dixit, in reliquis ſeruari iura communia, nõ explicando, quæ vt infra dicam.

Non ex[conſtit.ſi quando, tit. 10.lib. 3.vbi ita Rex, & ſi cõtingerit talem emptorem ab inteſtato decedere,hi ad ſucceſsionẽ eius veniãt in prædictis, qui alias poſſent ad ſucceſsionem eiuſdẽ ex deſcendenti, vel aſcendenti, aut collaterali linea ab inteſtato venire,quod ſi de prædictis nullus omninò ſuperſit in eo, quod de feudo tenet ab eo, dominus feudi ſuccedat] hæc Rex: ex cuius verbis nihil pro iure Romano in dictis feudis colligi poteſt.

Primo enim non loquitur indiuidualiter de feudo: ſed in eo, quod de feudo tenet; poteſt enim teneri res de feudo, ſed non in feudum,ſeu iure feudi, & vt feudum, iuxta dicta per [Bal. in l. liberti, libertæque, C. de oper.libert. Afflict.deciſ. 129. in 1.dub.D. de Franch. deciſ. 161. num.2.& 3.]

Secundo, prædicta conſtitutio vtitur ſalutaribus verbis [hi ad ſucceſsionem veniant ex prędictis, qui alias poſſent ad ſucceſsionem eiuſdem ex deſcendenti,vel aſcendenti, aut collaterali linea ab inteſtato venire] non ſimpliciter omnes iſtos vocat conſtitutio,ſed qui aliàs poſſent ab inteſtato venire: quod ponderat ibi Afflict. num. 4. & clarum eſt, quod de iure communi feudorum non ſolum deſcendentes,ſed etiam aſcendentes ſuccedunt, quando coniuncti ſunt ex latere,vnde peruenit feudum,vt per [Iſern.& alios latiſſimè in cap.1.de nat.ſucceſſ.feu. D.de Franch.deciſ.3.] ſed collaterales modo deſcendant à primo feudi quæſitore [cap. 1. de grad.ſucceſſ.in feud.]De iſtis igitur intelliguntur verba conſtitutionis, qui poſſent ad ſucceſsionem venire iure feudorum, non autem de vocatis iure communi Romanorum: quo ea diſtinctio non attenditur.

Tertio, textus ille ſi loqueretur paſsim de aſcendentibus, & collateralibus, abſque dicta diſtinctione eſſet intelligendus, prout illum intelligit ibi [Petrus de Monteſ.in addit.vbi ita habetur,cõmunis expoſitio eſt, quod §.iſte intelligatur tantum in feudis,ſeu tenimentis ruſticanis, vt in eis,ſicut in alijs burgenſaticis, citra ſucceſsionem ſeruetur ius
16 commune:] pro qua facit,quia horum feudorum non verè dicitur infeudatio, ſed quædam locatio,ſeu perpetua conceſsio, vt ſupra in [conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ, §. excadentias, ibi,

ibi,locare promittimus, non dixit infeudare, pro quo C.locati, l.viam veritatis,& de locatione prædij ciuilis.l.prædia, & ita intelligit glo.hunc §. in conſtit. vt de ſucceſſ.circa princ. in gloſ. ex generali præfatione, in alijs feudis planis militaribus, ex quibus debetur adoha, ſeu militare ſeruitium Comitibus,& Baronibus à quibus tenetur quando per Regem inducitur militare ſeruitiũ, ſeruentur iura communia feudorum,quæ etiam in Regno ſeruantur, vt in d.conſtitut.in gloſ. magn. in fin.] hæc Petrus, cuius verba referre volui,quia optimè, & clariſſimè hanc rationem declarat, vnde dicta conſtitutio ex prædictis non haberet locum in hoc feudo de Marchetto, quod eſt militare, & adoham ſoluit Baroni.

Non etiam iuuatur contraria ſententia pro iure Romano in ſucceſſione feudi plani, ex alio textu alterius conſtitutionis [ſi quando tit.7.lib. 2. vbi idem ſane ſi foriudicatum à Comite, vel Barone feudum habere contingerit,ipſo parentes,vel liberos non habente, feudum ad eum, à quo ipſe foriudicatus tenebat ſine contradictione aliqua redire cenſemus] ſiquidem primo ille textus nihil loquitur de collateralibus,de quibus nunc eſt ſermo,ſed tantum de deſcendenti-

17 bus, & aſcendentibus, qui ſoli ſub verbo illo (parentes) comprehenduntur [l.iuriſconſult. ff. de grad.affin.& l.parentis appellatione.ff.de verbor.ſignific.] & in aſcendentibus intelligunt ibi Iſern.& Afflict.num.8.Secundo, quod ſimiliter ea,quę denuaciatiuè ſumuntur, intelliguntur, prout iuris,ideſt,de illis Parentibus, qui feudorum iure ad liberorũ feudi ſucceſſiones admittuntur,vt ſupra in alia conſtitutione proxime dictum fuit. Tertio textus ille prouidit particularem foriudicationis caſum, ideo non extenditur ad ſucceſſionem.

Nec denique obſtat text. in conſtit.in aliquibus,tit.26. lib.3. iuxta ponderationem [Marin. in glo.in verbo in omnibus, in fine poſita in dicta conſtit. vt de ſucceſſ.de qua infra: quia in eo loco,vbi de glo.agam reſoluitur.

Quarta,& vltima ratio, quia ex Doctoribus,qui prò iure Romano in ſucceſſ. feudorum ſeruanda,citantur,ea ſententia non concluditur:circa quod rogo Dominos iudicantes, vt dignentur quædam obſeruare.

18. Primo, quod non poteſt fieri fundamentum in illis Doctoribus, qui ſimpliciter dicunt in feudis planis non ſeruari iura Regni,ſed iura communia, non explicando,an Romana,vel feudalia: quia iſti ſunt intelligendi prout iuris,& de iure oſtenſum

ſupra

ſupra eſt in defectum iuris Regni in feudis, primo ſeruanda iura feudalia; ſecundo Romana, &c. Doctores autem generaliter ita loquentes, quos viderim, ſunt videlicet.

[Marin. de Caram. in d. conſt. vt de ſucceſſionibus, duobus in locis, nempè in conſt. verbo vt de ſucceſſ. vbi primo dicit eam conſt. loqui etiam in feudo non quaternato, ex quo debetur militare ſeruitium, ſubdit cæterum ſi feudum ſit ruſticanum vtpote ex quo debetur redditus panis, carnium, pecuniæ, vel annonę, ſiue præſtatio operum, vel huiuſmodi ſordida ſeruitia villanorũ, huiuſmodi in aliquibus locis vocantur tenaſiæ, vel tenimenta, puto iſtam conſtitutionem ceſſare, & ius commune locum habere, .ſ. vt deſcendentes, aſcendentes, & collaterales ſuccedant, qui alias de iure communi ſuccedere poſſent ab inteſtato, & in eorum defectum ſuccedit dominuus feudi, vt ſupra de Romana, l. ſi quando:] Ecce quod nihil Marin. ſpecificat de iure Romano, intelligẽdus igitur erit de iure feudorum, eo magis, quia citat dictam [couſtit. ſi quando lib. 3. tit. 10.] vbi ita intelligi dictum fuit, & tertio ſi de iure Romano intelligeretur, vtique non de feudis planis militaribus, quæ adoham ſoluunt, ſed de ruſticis tenaſijs, vel tenimentis, vti eam intelligit [Petrus Pic. Monteſor. ibi, & in d. conſt. ſi quando titu. 10. lib. 3. ſupra fuit relatum, alius Marin. locus iſte, ita gloſ. in ver. in omnibus, fol. 267. vbi ita dicit. Alia autem feuda, quæ tenentur ab alio, quam à Rege, & ſunt non quaternata, mortuo tenente ſine legitimo ſucceſſore, non deuoluuntur ad fiſcum, ſed ad eum potius, à quo tenebantur] & ſic corrigit, quod dixerat in prima gloſ. quod conſtitutio illa locum habebat etiam in feudis militaribus non quaternatis, ſubdit poſtea Marin. [accedit etiam ad hoc ſupra de homin. baron. nõ poſſ. conſt. ſi quando: §. & ſi contingerit] vbi videtur expreſſum, quod in alijs feudis, quam quaternatis obtineat circa ſucceſſionem ius commune, videlicet, vt tunc ſuccedat dominus feudi, quando aliquis non ſupereſt de linea deſcendenti, vel aſcendenti, uel collaterali, qui alias de iure communi ad ſucceſſionem ueniret: ad idem facit ſupra de [ſiſ. ſucceſſ. foriur. lib. 1. §. ſane] ad idem facit ſupra lege proxima eſt [conſtit. in aliquibus, ubi Marinus, olim ſuccedebant conſanguinei quantumcunque remoti, excluſis fœminis filiabus, per quam legem remouentur etiam alij conſanguinei, tunc demum quando filij, uel etiam filiæ ſupereſſent, non autem remouentur eis aliquatenus

non ſuperſtitibus, & ſic tamen iſta veteri conſuetudine ſtatur] hæc Marinus, vbi ſimiliter nec in ſpecie de iure Romano loquitur, & ad dictam [conſtitutionem ſi quando.§.& ſi contingerit] ſe refert, vbi non de omnibus,ſed de illis conſanguineis, qui poſſent ſuccedere loquitur: Quod vero ex cõſt. in aliquibus, quæ eſt conſtit. præcedens ponderat iſtam potius confirmat ſententiam, ſiquidem ait non eſſe mutatam conſuetudinem, de qua in ea cõſtitutione, quòd conſanguinei quãtumcunque remoti ſuccedant non exiſtentibus filijs: hoc certè non eſt ſecundum
19 ius Romanum,quo tantum vſq; ad decimum gradum,agnati vſq: ad ſeptimum cognati admittuntur[§.fin.inſtit.tit.5.lib.3.de ſuc-
20 ceſſ.cognat.] At bene eſt ſecundum ius feudorum, quo collateralis deſcendentis feudatarij in feudo à communi parente quæſito,vſq; ad infinitum, etiam vltra ſeptimum,vel decimum gradum ſuccedunt ex communiori, & veriori Doctorum ſententia, quos citant,& congerunt moderni feudiſtæ,videlicet [Roſent.de feud.tom.1.cap.7.concluſ.56. & 58.Schrad.de feudo par.7.cap.7. num.1.Vulteius de feudis lib. 1. c.9.num.102.& 105.Harth. lib. 2.q.19.ex cap.1.ſi vaſſ.feud.priu. c.1.vbi gloſ.& Doct. de nat.ſucceſſ.feud.] nam ſi à primo queſitore non deſcendũt collaterales, vel non ſuccedunt regulariter, vel in illis caſibus, in quibus ex pacto inueſtituræ admittuntur, nõ vltra ſeptimum gradum progrediuntur [cap.1.§.hoc quoque de his, qui feud.dar. poſſ.] igitur ex ea conſt. in aliquibus non ſecundum ius Romanum,ſed feudorum,etiam ad mentem gloſatoris Marini conſanguinei collaterales vocarentur,eſto quod illa non eſſet ſuccedendi conſuetudo. Denique cum gloſ.in d.§.in omnibus nõ diſtinguat ſpeciem feudorum ex ſe ipſa, in principio eiuſdem conſtitutionis interpretabitur, vbi illud dicit non in planis feudis militaribus, ſed in tenaſijs, & ruſticis;quale non eſt iſtud,de quo agimus. Nec de glo.Marini,circa quam ideo ſum latius immoratus, quia eius auctoritati Romani iuris aſſertores potiſſimè innituntur, quam pro eis non facere eſt manifeſtum.

21 Iſern. item pro hac citatur ſententia, & de illo vti feudorum in hoc Regno antiſtite ſummoperè aduerſarius exultat; ille enim duobus in locis, videlicet Primo in [conſt.vt de ſucceſſ. in princ.vbi ita ait,multa ponuntur hic in gloſ. & primo attendendũ eſt,quod hęc tota conſtitutio loquatur in feudis quaternatis,quæ tenentur in capite à Regia Curia, vt pluries gloſ. dicit. In alijs

alijs feudis de tabula, ſeu planis, quæ tenentur ab alijs ſuccedunt conſanguinei,quantumcunque remoti, ut dixit glo.infra in §.in omnibus] ex quibus Iſern.verbis nihil per ſe actor colligit, nã nec de iure Romano loquitur,nec in omnibus feudis planis, etiam militaribus,nec conſanguineos,etiã non à latere, vnde peruenit feudum vocari,ait, & dum gloſ. ſequitur ſecundum illam intelligendus, quæ non eſt contra nos, vt ſupra eſt dictum. Quinimmo prout in expoſitione gloſ.fuit dictum, dum Iſer.dicit vocari conſanguineos quantumcunque remotos,& ſic vltra ſeptimum gradum, neceſſario intelligit vocari ſecundum ius commune feudorum,eos nempe,qui à primo acquirente progeniti ſunt. Alter locus Iſern. & ut uidetur aduerſario, clarior eſt in [cap.primo, ſub num.14.uerſ. conſtit. Regni Siciliæ, tit. de nat. ſucceſſ.feud.] ubi cum dixiſſet conſtitutio, ut de ſucceſſ. in feudis planis, & de tabula nihil innouare circa ſucceſſionem in ea feudi ſpecie: ſubdit hæc uerba [& uidetur intelligi, quòd collaterales tunc ſuccedant, qui ſunt coniuncti à latere,unde peruenit feudũ, quia cap.Papæ Honorij factũ ad ampliandam ſucceſſionem, talem hoc dicit, & loquitur etiam in ſubfeudatario, ſed debet intelligi de ſubfeudatario tenente in capite,ut in princ.cap.dicitur, & ſic per totum intelligitur. ff. de iur.& fact.ignor. regula circa fin. quia conſanguinei quantumcũq; remoti in tali feudo ſuccedunt, vt d.glo.conſt.illius,& hac ratione repelluntur aſcendentes, qui non ſunt coniuncti taliter quos admittit glo.prædicta.Item & in burgenſaticis quæſitis per matrẽ ſibi, & filijs ſuis, quod præſumitur.ff.de probat.l.ſi pactum,in fi. vel hæredib.ff.de pact.ſi tibi. §.ſi pactus,repellitur eadem ratione, quod nõ eſſet coniunctus ex parte matris, vnde in tali feudo ſicut eſt in burgenſaticis, ſic erit ſucceſſio, quia iam non dicitur feudum matris,ff.de acq. hæred. l.Paulus.C.de inoff. teſt. l. fin. in fin.] hæc ſunt verba Iſer. ex quorum vltimis colligit Andr. quod ſi in feudis planis ſucceſſio eſt, ſicut in burgenſaticis, ſicut in iſtis nõ attenditur bonorum obuentio,ſed ſanguinis tantum cõiunctio vndecunque obuenerint bona,ita in illis feudis planis, ſeu de tabula, & ita determinauit Iſer.quæſtionem initio poſitã de ſucceſſione collateralium,etiam non coniunctorum ex latere, vnde plana feuda peruenerunt.

Sed ex pluribus nec dicta obſtat Iſer.doctrina,primo Iſer.nec eo loco ſpecificè loquitur de feudis planis militaribus vnde erit intelligendus non in iſtis, ſed in ruſticis:& tenaſijs, quæ non iure

feudi cenſentur,quod patet,quia ſequitur [gloſ.in d. conſtit. vt de ſucceſſ.] vbi,vt dictum eſt,in his loquitur feudis, & dictum indefinitum Iſern. ſecundum gloſ. quam citat,erit interpretandum, [Bart. in l. non ſolum liberat,ff. de lib.leg.Surd.deciſ.59.num.7. & ita in indiuiduo Iſer. exponit, & ait loquutum Petr.de Montefort.d.conſt.vt de ſucceſ. ſub nu. 8.] cuius verba ſupra retuli reuideätur,& DD. indiſtinctè loquẽtes per alios diſtinctè loquentes declarantur, & quando indiſtinctè receptus,abſurdum ſequeretur,& contra rationem docens.

Secundo,de ea Iſern. doctrina quatenus militare feudum planum attingerit, nec eſſe curandum, ſiquidem primo ſecum pugnat,nam ſi conſanguinei,quantumcunque remoti in tali feudo ſuccedunt, & ſicut in burgenſaticis,ſic erit ſucceſſio, non bene ex præcedentibus infertur, neq; probatur, etenim cũ in quæſtione propoſita, an in feudo plano ſuccedant coniuncti,etiam ſi nõ ſint a latere, vnde peruenit feudum, & ex cap. Papæ Honorij, vbi etiam in ſubfeudatario de tali coniunctione ſtatuitur, & dũ contra tales coniunctos oppoſuiſſet, reſoluit illud cap. Papæ Honor.cuius verba eo loco paulo ante ſub num.8.verſ.cap.220. poſuit Lipar. col. 1. circa med.] non procedere in feudis planis hoc fundat,quia gloſ. in d.conſt. vt de ſucceſſ. admittit conſanguineos quantùmcunque remotos, & aſcendentes,qui alias repellerentur, quaſi dicat gloſator Marin. qui probè ſciebat cap. Papæ Honorij illos non admiſiſſet, ſi forent eo cap.excluſi, hac ratione: nec infertur ea concluſio, imo oppoſita,quia glo vt dictum eſt,non ita collaterales, & aſcendentes vocat, vt neceſſario ſucceſſionem, prout in burgenſaticis inferat, ſed potius, vt in feudalibus, dum conſanguineos, quantumcunq; remotos admittit. Addit Iſern.aliam rationem, ad probandam ſuam principalem concluſionem prædictam, quod etiam nec coniuncti ex latere feudi admittantur, ſiue minus principalem,quod cap.Papæ Honorij non loquitur in feudis planis,& eſt illa poſita in verſ.item & in burgenſaticis, nempe quod mater acquirens bona burgenſatica pro filijs cenſetur acquirere, & tunc moriente filio, qui in illis matri ſucceſſerat, etiam non cõiuncti ex latere matris in eis ſuccedunt, quia non amplius ſunt bona materna,quando ad filium peruenerunt,l.Paulus, volens ex hoc inferre idem eſſe debere in feudis, quia nec amplius dicitur feudum matris, quãdo iam peruenit ad filium, hæc ratio, pace tanti viri, Regnicolarum magiſtri inſulſa eſt, & nullius

pon-

ponderis, nam non video quomodo allodialia, ſeu burgenſati-
22 ca feudalia regulent, ſiquidem burgẽſatica ſui natura ad quoſuis hæredes ſunt tranſitoria, vnde ipſemet Iſern. dixit, quod cen ſetur mater illa quærere pro hæredibus [l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pact.] appellatione autem hæredum etiam extranei continentur in allodialibus, vnde ſi ad filium deuenerunt rectè quilibet filius conſanguineus, licet non ex linea materna coniunctus in illis ſuccedet, vt ibi [gloſ. & l. ſciendum.ff.de verb.ſignif. cum alijs apud Menoch. conſil. 80. à num.128.lib. 1.] At non ſic in feudis, in quibus hæredis mentio ſolum de filijs intelligitur [cap. 1.§.& ſi clientulus, vbi Doct.de alien.feud.] Nec poteſt quiſque ſuccedere, niſi à primo acquirẽte deſcendat [cap.1. de grad.ſucceſſ.in feud.] non igitur bona eſt conſequentia in allodialibus ſuccedit extraneus hęres filij ſucceſſoris matri, ex materna linea non coniunctus, ergo etiam hoc in feudalibus, quia hæc minimè, prout illa ad hæredes extraneos ſint tranſitoria, ideo non iure probatur principalis Iſern. concluſio, includens ad ſucceſſionẽ feudi plani etiã nõ cõiunctos ex latere, vnde obuenit feudum, nec alia, quod non habeat in illis locum cap.Papæ Honorij, quia illud loquitur in feudalibus, ad quæ non rectè à burgenſaticis infertur, & mirũ eſt tãtũ virum à tali argumento moueri, quod agnouit, & excuſare non potuit [Loffred.eius aſſecla in paraphraſi fo.47.col.2.circa fi.] vidẽdus, vbi eius Iſern. ratiocinationis infirmitatẽ agnoſcit, & quòd nullo modo regula [l. Paulus. ff. de acquir.hæred.] quod mutatione perſonæ mutatur cõditio rei deſeruit, ad rhumbum, & Lipar. optimè, aliàs Iſern. dilucidator, qui eius retruſos aperit ſenſus, & ſupplet diminutos non potuit oſtendere fol.222.a ter.col.2.lit. R. Quomodo ex hac ratione mens, & concluſio Iſern. confirmetur. Denique dum Iſern. ſine ratione in ea, quod aduerſarius autumat, eſſet ſententia, cum tot, & tantos viros, & in iure, & tam Regni, quam feudorum conſumatiſsimos, habeat contrarios, & præter vnum eius interpretem Lipar. aſcriptum, glebæ celarem neminem potius cum illis [Afflict.Picc.Capic.Camer.de Pont. de Georg. & reliquis eruditisſimis viris] quam cum Iſer.præter morem contra feudales regulas ſine lege, & ratione loquentem, & contra communem opinionem, & interpretum ſententiam credo S.C.concurſurum[Par. de Put.de reintegr.feud. cap. 4. nu. 8.] vbi ait ita quidem feuda ruſtica ſunt illa, de quibus debetur redditus panis, carnium, pecu-

niæ, vel annonæ, ſiue præſtatio operarum, vel ſordida ſeruitia villanorum, quæ feuda aliquando appellantur tenaſiæ, ſeu tenimenta, vt dicit [gloſ. in conſtit. vt de ſucceſſ. in 1. gloſ.] in quibus ſucceditur ſecundũ ius commune ab inteſt. quæ feuda parua non cenſentur iure feudi, quod pro eis non fit fidelitas, nec habent conſuetudinem feudi, ſecũdum illam [glo.& glo.in conſtit. ſi vnde de hom.Baro. ab ho. dema.& hoc idem cap. 9. nu. 15.] hic Par. nec aperit ſpeciem iuris communis, an feudorum, vel Romani loquitur in paruis, & ruſticis feudis, in quibus non fit fidelitas, nec militaribus, & ſe remittit, ſeu loquitur iuxt.gl.locis prædictis, vnde nihil eſt pro aduerſario [Loff. in paraphraſi de nat. ſucceſſ.feud.fol.37. col. 2.in fin. titu. col. 1.in princ.] etiam ipſe indiſtincte loquitur, nec particulariter in feudis militaribus, ac ſecundum Iſern.loquitur doctrinam, quam tamen agnoſcit innixam iuribus non ad propoſitum adductis: [Lipar. etiam in d. c. 1.de nat. feud. num. 15.] vnde ſub tali nec ipſe diſtinguit inter militaria, & ruſtica; Iſti ſunt DD. qui ab aduerſa parte adduci potuerunt, ex quibus nullus ſpecificè ait in feudis militaribus, pro quibus fit fidelitas, & debetur ſeruitium, ſeruari ius commune Romanum, nec Iſer.nec illius dilucidatores; Loffr. & Lipar. gloſatur autem Marin.& Pariſ. ſecundum ius commune ſeruari, non habita mentione cuius Romani, an feudalis, & ſpecificè in teneaſijs, ſeu ruſticanis loquuntur feudis, quale noſtrum hoc de Marchetto non eſt, ſed militare: Igitur cum opinio pro feudis planis militaribus, quod iure communi feudorum regulentur, nullum etiam ex aduerſo adductis contradictorem habeat, quę verò indefinitè loquitur, tot grauiſſimos habeat auctores, lumina iuris feudalis in vtroque Regno tot rationibus ſubnixa nulla lege, vel conſtitutione impugnare nõ video, quomodo aduerſarius ſola Iſer.auctoritate, quando hoc expreſsè diceret contra tot Auctorum ſententiam audeat poſtulare. Magna fateor, eſt Iſer.auctoritas, ſed non cõtra communem, eſt magna eius doctrina, ſed non contra rationem: magna illius concluſio, ſed non contra iura; nam ſi ei in hoc feudo omnes maiores noſtri minime detulerunt, nec nos maiorum relinquemus veſtigia, quoniam non in ore vnius, ſed plurium adeſt veritas.

Poſito igitur pro conſtanti in hoc feudo Marchetto veluti militari, & fidelitati faciendæ obnoxiè ſeruari ius commune feudorum, conſtat Alexandrum Caſtellanum patruum tempore con-

contractus non fuiſſe Fabio legitimum ſucceſſorem de iure cõmuni feudorum.

Primo, quia non deſcendit à Ioã. Antonio Caſtellano primo acquirente, vnde à feudi ſucceſſione excluditur, in quo iure cõmuni feudorum nemo ſuccedit
23 non legitime ex corpore primi acquirentis deſcendens ita, ex Iſern. pluribus in locis, & innumeris Feudiſtis, tam Regnicolis, quàm exteris, fundata in prioribus ſcriptis car. 1. à ter. col. 2. §. eo iure communi, & col. 1. pag. 2. vbi rationem adduxi, & ſecundũ illam ſententiam paſſim iudicatum tradit [Schrad. de feud. par. 7. cap. 1. & Roſent. cap. 7. q. 58. nu. 7. vbi innumeris vicibus ait iudicatum ex reg. cap. 1. in fin. de duob. fratr. de beneſ. inueſt. & ex tex. in cap. 1. §. is vero de ſucceſſ. frat. & grad. ſucc.]

24 Secundo, quia iure communi feudorum in feudo nouiter quęſito, nec frater fratri ſuccedit, iura ſunt aperta in [cap. 1. §. ſin autem, de his, qui feud. dar. poſſ. c. fin. de ſucceſ. feud. cap. 1. §. ſi duo fratres, de feud. March.] & alia iura, quę cum innumeris Doctoribus citaui in primis allegationibus car. 2. §. 2. ex prædictis, vnde ſi fratri Alexandro in hoc feudo non ſucceſſiſſet, qui proximior, nec nepoti remotiori potuiſſet ſuccedere.

Tertio iure item communi feudorum, nedum frater in feudo nouo, ſed etiam eius deſcendentes ſignanter filiæ excluduntur, vt per [Iſern. Loffred. conſil. 38. ſub num. 4. Frecc. gloſ. cit. in d. alleg. car. 2. col. 2. §. 3.] Sicut ergo Fabius in hac feudi ſpecie nõ ſucceſſiſſet Alexandro, quia ab eo, ſi ille fuiſſet primus acquiſitor, nõ deſcẽdit, nec debuit Alexander Fabio ſuccedere propter ſeruandam æqualitatem in ſucceſſionibus, vt ibi ex punctualibus Doctoribus, quos citaui [Iacob. de Aret. Iſer. Intrigl. Thom. de Mar. Ruin. & Ceph. conſ. 12. num. 10. & 27. lib. 1. quos loco prædicto citaui cum tex. d. c. 1. §. his vero de gradib.]

Ex quibus manifeſtè patet, quod iure communi feudorum tempore gratiæ non erat Alexander Caſtellanus ſucceſſor, nec etiam iure Regni, nec ex conſtitutione vt de ſucc. dato, quod in hoc feudo plano militari locum haberet, vt [gloſ. ibi in princ. & Hier. de Roſ. cit. conſ. contra cõmun. voluerunt] nec ex gratijs per Regem Catholicum, & Carolum V. Imperatorem conceſſis, vt latiſſime in primis allegationibus fundaui car. 3. & 4. vſq; ad fin. quibus nihil mihi nũc addẽdũ occurrit, nõ igitur tempore conceſſionis fuit Alexander legitimus Fabij ſucceſſor.

Secundum medium pro Barone eſt, quod licet fuiſſet, debuit

buit tamen ſuperuiuere Fabio, vt aſſenſus potuiſſet operari, & ex verbis aſſenſus clariſſimè colligi [ait enim fiat in forma in bonis, in quibus habet ſucceſſorem citra tamen prẹiudicium iurium principalis Curiæ quoad prætenſam deuolutionem, & aliorum quomodolibet competentium, fol. 121. in fin.]

25 Qui aſſenſus fuit expeditus ad conſultationem Doctoris Octauij Bammacarij eruditi feudiſtæ, qui ſciebat controuerſiam inter Doctores, an ſucceſſor debeat extare tempore mortis, vt valeat alienatio, an ſufficiat tempore aſſenſus extitiſſe, qua in re non defuerunt, qui tempus etiam mortis attendi voluerunt, & tunc oporteret extare ſucceſſorem, & hi maximæ auctoritatis, quorum anteſignatus [Iſern. in cap. 1. in princ. & §. hoc quoque, colum. 2. verſ. ſi ergo viuens, de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. colum. 5. verſ. hæc eſſent, de natur. ſucceſſ. feud. & in cap. Imperialem. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. & in rubr. de vaſſall. decrep. ætat. Cum. in cap. ſi aliquem, verſ. antiquiſſima, num. 37. Petrus de Greg. in tract. conceſſ. feud. par. 4. quæſt. 10. num. 24. & 45.] Ideo ad tollendas diſputationes voluit reſeruari deuolutionem Baroni, ita quod aſſenſus operetur tantũ in caſu, quando Fabius tempore mortis habuiſſet ſucceſſorem, non aliter.

Quod autem ea verba, Citra, &c. circa prætenſam deuolutionem aliter intelligi nequeant ſatis patet, quia alias nihil operarentur; illo enim tempore aſſenſus, deuolutio à Curia prætendebatur: igitur de hoc tantum verba illa intelligi poſſunt, quæ tempore mortis Fabij ob carentiam ſucceſſionis contingere potuiſſet, nam alia nulla excogitari poteſt: igitur, vt illa aſſenſus verba operentur, & non ſint fruſtratoria, & quia pernéceſſe de ea deuolutione ſenſit aſſentiens, oportuit etiam tempore mortis Fabij ſucceſſorẽ extitiſſe, verba enim

26 aſſenſus ita ſequenda, ſicut canis Leporis ſectatur veſtigia [Camer. cap. Imperialem, 12. liter. P. quæ vbi locum haberẽt, aſſenſus procedet idẽ Camer. car. 44. lit. V.] vnde cum Alexander, qui legitimus Fabio ſucceſſor fingitur, ei præmortuus fuerit, erit omnino aſſenſus reſolutus, & ita nec tempore mortis extitit ſucceſſor.

Nihil autem prædictis receptio adohæ opitulatur.

Primo fuit facta anno 1604. & 1605. quo tempore viuebant Fabius, & Alexander, ita vt non poterat de deuolutione tractari; quia omnino Fabius poſſediſſet, & potuit transferre commoditatem, vel tenutam feudi durante vita.

Secundo non fuit recepta à per-

perſona, quæ circa hoc potuit Principi Biſiniani, tunc ſub curatore præiudicare, quia à ſubſtituto exactoris, qui ſicut non potuiſſet in præiudicium Principis aſſentiri expreſsè, ita nec tacitè.

Tertio adoha cenſetur recepta prout vigore aſſenſus, quia ex hoc inueſtitura debetur, itaq; ſi aſſenſus eſt cōditionalis, erit etiã omnis actus inde ſecutus, & ſic præſtatio ſeruitij.

Ex quibus patet, aſſenſum datum alienationi huius feudi de Marchetto, quando à Fabio Caſtellano tranſiuit in Marium Capanum, nihil operari, ex defectu legitimi ſucceſſoris, tam tempore mortis Fabij, quam alienationis, & proinde nunc iure reintegrationis tanquam reſoluta conditione, licitè per Baronem Tricarici retineri, quem à petitis per Capanum ſpero abſoluendum.

Laus Deo, & B.M.V.

Io. Camillus Cacacius V.I.D.

27 Cum opinione Auctoris concordant deciſiones D. de Frãch. prima, & 704. quòd hæres in feudo hæreditario teneatur ad ſolutionem legatorum, ſiue onerũ pro concurrenti valore feudi; etiam quod alius fuerit inſtitutus hæres à teſtatore, & feudum acceperit contra eius voluntatem: & meminit practicari in Sacro Conſilio cogere talem hæredem ad vendendum feudum, etiam per capturam perſonæ; quam practicam, quæ pro lege eſt obſeruanda, magnifacit [Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proregis, & latiſſimè in conſ. 13.] quod tenetur etiam vltra vires hæreditarias, & vltra valorem feudi, ſi non confecit inuentarium in [tit. de aſſ. reg. §. 1. num. 23. fol. 263.] & ſic hodie noſtris temporibus indiſtinctè obſeruatur, nulla habita ratione de congeſtis contra has deciſiones, per [Camillum de Curtis digniſſimũ Præſidem S.C. in ſuo diuerſorio iuris feudalis, in §. multoties, nu. 60. cum ſeq. & per Camill. de Medicis Aduocatum facundiſſimum, in conſ. 65.] qui ſcripſit in illa cauſa, ſuper qua fecit deciſio. primam prædictus de Franch. & non obtinuit, & vide etiam Conſilium 20. D, Andr. de Georgio, qui multa diſcurrit in materia:
28 & quod eo caſu contribuat pro rata bonorum inſimul cum hærede in allodialibus, concordat idem [de Franch. in prædicta 1. deciſ. num. 24.] qui dicit ſic fuiſſe deciſum contra [Capyc. deciſ. 199. vide D. Rouitum in pragm. 6. de feud. num. 67. cum ſeq.] qui omnes allegat, & alias deciſiones factas cum magno diſcurſu, & apparatu latiſſimè, & doctiſſimè refert [Conſiliarius Gizzarellus deciſ. 28.] & ſecundum hanc

opi-

opinionem indiſtinctè practicatur in dies.

29 Hæres in feudo hæreditario non conficiens inuentarium teneri vltra valorem feudi; vltra allegata per L de Pont. vbi ſupra num.33.] idem fuit iudicatum in indiuiduo per ipſum in cauſa Illuſtr. Marchionis Chiuſani Põpei Tommacelli, qui fuit inſtitutus ſolum in feudo ab Illuſt. Marchione patruo, relicta hærede vniuerſali in burgenſaticis Illuſt. Marchioniſſa eius vxore, quòd ſtante, quod non confecit inuentarium, teneatur vltra valorem feudi, ſed quia de prædicta deciſione poterit dubitari, vt veritas elucescat, infraſcripta allegata in prædicta cauſa ponderentur.

30 Feudatarius ſuccedens in feudo, ſi illud fuerit ex pacto, & prouidentia non hæreditarium, conficiens inuẽtarium habebit feudum præcipuũ, & non tenebitur oneribus hæreditarijs defuncti, quia feudũ non eſt in hæreditate vltimi decedentis, ſed propriũ ipſius ex prouidentia primi acquirentis: ſi verò feudum erit hęreditarium; ſi confecerit inuentarium, tenebitur ad onera pro valore feudi, quia illud reperitur in hæreditate vltimi decedentis, & venit in petitione hæreditatis, & inuentarium non prodeſt pro rebus hæreditarijs, ſed bene ne teneatur vltra vires, & ſic ſi non confecerit inuentarium, tenebitur inſolidum creditoribus, & legatarijs de ſuo proprio, & vltra vires hæreditarias, & valorem feudi, iuxta tex. in l. fin. C. de iur. delib. & §. ſancimus, auth. de hæredib. & Falcid.] hæc communiter traduntur per Feudiſtas, & allegatione non egent.

31 Hæ maximæ ſunt indubitatæ in duobus caſibus. Primo, quando defũctus deceſſerit ab inteſtato, & feudatarius ei ſuccedit tam in feudo hæreditario, quàm in allodio, vel ſecundo condidit teſtamentum, in quo inſtituit eundem hæredem vniuerſalem tam in feudalibus, quàm in allodio, etenim ſi tunc non confecerit inuentarium, tenebitur etiam

32 vltra vires hæreditarias, vt ſupra, dubium eſt, quando defunctus inſtituerit immediatum ſucceſſorem in feudo tantum, alium vero hæredem vniuerſalem in allodio an tunc, ſi non confecerit inuentarium, de ſolo feudo teneatur inſolidum legatarijs. Et puto indubitanter, quòd non, ex pluribus, primo hoc remediũ nullo modo fuit cognitum à iuribus feudalibus, ſed illud Andr. & cæteri feudiſtæ ſupplerunt à iuribus ciuilibus ex preg. c. 1. de feud. cognit.] decidamus nunc prędictum caſum per iura, & doctrinas ciuiliſtarũ, & demum per particulares deciſiones feu-

33 dales, & de iure ciuili inſtitutus in re certa, dato alio cohærede

rede vniuerſali non tenetur conficere inuentarium, per [tex. in l. quoties. C. de hæred. inſtit. l. ex facto. ff. eod. dixerunt indiſtinctè Doctor. in l. fin. C. de iur. delib. hinc filius inſtitutus hæres in legitima tantum, alio exiſtente hærede vniuerſali, non tenetur conficere inuentarium [Bar. in l. cum à matre, num. 6. C. de rei vend. l. 1. num. 14. verſ. ſed dico cum inuito. C. quan. non pet. par. Bertach. de Epiſcop. lib. 4; par. 4. num. 42. Phanut. de inuent. par. 2. num. 18. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 16. num. 2. verſ. contrariam ſententiam, cum ſequentibus] hinc in ſpecie ſi aliquis fuerit inſtitutus in re certa à milite à quo oẽs DD. deſumũt argumẽta in hac materia pro feudatarijs) & in reliquo patrimonio decederet inteſtatus, non cogitatur facere hoc inuentariũ in ſpecie] Phanut. vbi ſupra num. 17. poſt

34 Vaſq. ibi nu. 19. & 20.] hinc ſecundo hæres anomalus, qui in re certa nedum ex voluntate teſtatoris, ſed etiam ex diſpoſitione iuris ſuccedit, non tenetur conficere inuentarium, hanc maximam late firmauit [Vaſq. d. §. 16. num. 12. & late Phanut. vbi ſupr. à num. 12.] inferentes ad plures caſus, & ſignanter Vaſqu. infert, quòd hæres ſcriptus in teſtamẽto facto abſque ſolemnitate iuris poſitiui ab eo, qui habet iura imperij in loco confectionis teſtamenti (quòd teſtamentum valet ex reg. tex. in l. omniũ. C. de teſtam.) quòd talis hæres, quia dicitur hęres improprius, & anomalus, non tenetur legatarijs vltra vires hæreditarias, etiam ſi inuentarium non confecerit, idẽ dicunt de illo, qui eſt hæres, iuxt. [text. in l. licet, C. de pact.] Item ſi ex diſpoſitione ſtatuti, quis cõgeretur, velit nolit certam portionem ſuorum bonorum certis perſonis relinquere, quos hæredes Pau. de Caſtr. appellat neceſſarios, voluntarios appellando, quos defunctus poterat non inſtituere in conſ. 445. in antiquis, non habent opus iſti hæredes in illa certa re conficere inuentarium, Phanut. ibi nu. 19.

Hinc dixit Andreas, & omnes Feudiſtæ in [c. 1. an agnat.] quòd filius cogitur eſſe hæres patris, verum vt feudum ex pacto non hęreditarium habeat præcipuum, cogitur facere inuentarium, alias ſi non confecerit inuentarium, teneretur etiam pro valore feudi, & vltra vires hæreditarias, vt per [Andr. & alios in d. c. 1. an agnat. & ibi Camer. in 8. quæſt.]

35 & tamen in his terminis ſi filius fuerit inſtitutus in re certa, vel in legitima, non propterea feudo priuabitur, vt eſt famoſa doctrina [Iacob. de Beluiſ. in d. cap. 1. an agnat. vbi Bald. num. 8. Aluar. num. 10. Zaſ. 8. par. nu. 6. Capyc. in inueſt. fol. 196. verſ. ſecundo

limita

limita, nec teneretur in caſibus prædictis ad onera, etiam ſi non confecerit inuẽtarium, in ſpecie notat [Camer.in d.c.1. an agnat. quæſt. 14. paulo ante num. 115. verſ. tunc ergo dicemus filium velle, Afflict.ibi num.6.]& quod inuentarium dum eſt conficiendum de bonis allodialibus, & nõ de ipſo feudo,& ſic ſi non habet allodialia, non cogitur facere inuentarium, adducto in primis [Camer.in d. cap. an agnat. in 5. oppoſ.filio, num. 50. in fine.] & facto inuentario bonorum burgenſaticorum, feudum quoque ſibi debitum capiat, & [in 5.q. num.80. verſ. quod etiam patet] dicit, quod quando burgenſatica habere nequit, illud cap. non habet locum, idem expreſſis verbis dixit [in 14.quæſt. num.114. circa fin.] & non facto inuentario non teneretur, quando allodialia habere nequit. Tertio hoc ſatis expreſsè apparet ex verbis [And. in cap. 1. in fin. qui ſucc. tene.] feuda paterna non hæreditaria filijs debita, etiam ſi non ſint patris hæredes, tunc ſi eſſent hæredes patris, non quia ſucceſſores feudi, ſed quia hæredes voluntarij, tenentur ad ea, quæ pater fecit, & promiſit, ac ſi eſſent propria ſua, niſi tunc cum beneficio inuentarij apprehendiſſet patris bona,& ſic inuentarium eſt conficiendum de bonis patris, non de feudo.

Quarto idem [Andr.in cap.1. num. 7. de ſucceſſion. feudi, loquens in ſpecie de feudo hæreditario, ſi datum eſt tibi, & hæredibus, oportet, vt ſit hæres, qui vult habere feudum, talia feuda veniunt in petitione hæreditatis, tunc etiam ſi propria res hęredis eſſet vendita per defunctum, ex quo adijt hæreditatem eius, non reuocaret, & ſic aditio hæreditatis abſque inuentario facit, vt teneatur inſolidum, idem [Andr. in cap.1.§.filius, num.12. de cap. qui cur.vend.] ſi pater habens allodium, & feudum paternum, decedat, relicto filio, filius habebit vtrunque, non enim poteſt repudiare hæreditatem ſine feudo, niſi fecerit inuentarium, & ſic loquitur de confectione inuentarij, quando habuit allodiũ. Sexto [Afflict. in cap.1. num. 6. an agnat.] & hoc verum puto, ſi filius de bonis patris habuit vltimam legitimam, ſed ſi tantum legitimam habuit, vel minus, & tunc filius non habet conficere inuentarium,& iſta eſt vna limitatio, quam deſumpſi ex [Bald.in l.cum à matre, C. de rei vend. & nu. 11.] vtrum ſit vera hæc cõcluſio Andr, quòd in feudo hæreditario filius, vel agnatus ſuccedens cõficiendo inuentarium omnium bonorũ defuncti, &c. & ſic inuentarium conficitur de bonis,& non de feudo, & paulo infra, & illa neptis nihil haberet de

de bonis aui, & ſic non poteſt eſſe hæres aui, etiam ſi feudum eſſet hæreditarium.

Eodem modo loquutus eſt [Băl.in l.qui ſe patris,nu. 9. verſ. item quæritur.C.vnde libe.] vbi dicit in feudo antiquo ſi pater renunciauit feuda alteri, ſi filius adiuit hæreditatem abſque inuentario, & ſic dixit hæredem abſq; inuentario,ita etiam [Alex. conſ.124.num.8.vol.4.& conſil. 19.nu.14.vol.5.]

Et quando quis inſtituitur in feudo particulariter alio hærede vniuerſali inſtituto, quamuis ad ſui fauorem ſufficiat, ad hoc, vt conſequatur feudum, & verificetur inueſtitura, quæ dictat pro ſe hæredibus,licet ſit hæres in re certa,& particulari, & hoc ſufficit, vt latè per omnes Doctores relatos per [Intriglio. 1.parte q. 48.nu.64.& quæſt. 49.nu. 189.] tamen quoad ſui odiū, vt teneatur legatarijs,& creditoribus talis inſtitutus de feudo particulari habetur loco legatarij, vt in ſpecie notat [Petr.de Greg. de feud. conceſſ.par.4.quæſt.14.verſ. aliquando,& ſecundo.]

36 Et Pernus in conſ.6.incip.viſo caſu vero, vbi autē diſpoſitio, dixit,quòd ſi filius inſtituatur hęres particularis in feudo,& acceptauerit teſtamentum patris, nō poterit pati vltra particularem inſtitutionem aliquod incōmodum,cū ex tali particulari inſtitutione non teneatur, niſi quatenus teſtator fecerit eum locupletiorem [arg.tex.in l.ſi legatarius. ff.de leg. 3. idem dixit conſ. 25. incip. primum dub. ver. quærit Bar.]

37 Et tandem ex terminis ciuiliſtarum nulla poteſt eſſe ratio dubitandi, cum hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias ex præſūptione iuris: quod non conficiendo inuentarium,hęreditas erat opulenta,& bona hæreditaria occultauerit,ex [tex.in d. §. ſancimus, authen. de hæred. & falc.] hinc quando certo conſtat de valore hæreditatis,vt puta,ut exemplificant Doctores ex partis confeſſione, non teneretur hæres ultra uires hæreditarias, doctr. orig. [Bald.in l. filium quem habentem colum.penult.uerſ.ego breuiter, quem ſequuntur infiniti Scribentes relati per[Phanut.ubi ſupra 1.par. num. 278. poſt Couar. cap.1.nu.16.de teſtam.]Sed quæ maior certitudo de qualitate bonorum hæreditariorum, dū non adeſt niſi feudum, in quo agnatus fuit tantum hæres inſtitutus. Adde, quod in foro conſcientiæ,hæres non tenetur ultra uires hæreditarias, ut eſt communis Doctorum opinio, quam latè defendit [Phanut. d.3. part. num.255.]

38 Et ſupremi Iudices, & Magiſtratus habentes Regiam poteſta

tem, prout habet S.R.Cõſ. ut teſtatur Afflict. & pragmat. Regni poſſunt omiſſione inuentarij, non obſtante, hæredem non compellere, niſi uſque ad uires hæreditatis, ut ex [Phil. Mar. in deciſ. Delphin. 434. teſtatur Phanut. d. 3. part. num. 281. & Crauet. pro Genero conſ. 477. uer. tertio reſpondetur] præcipue quando euidentisſimè cõſtat iudici de rebus hęreditarijs, ut nulla adfuerit occultatio, ꝑut in caſu noſtro, ubi non remanſit niſi feudum: ultimò alia ratione ex terminis ciuilibus hęres in re certa dato alio cohęrede uniuerſali, non tenetur conficere inuentarium, quia non repræſentat perſonã defuncti, ſed repræſentatur per hæredem uniuerſalem, ut reaſſumit [Phanut. part. 2. num. 19.] quoties inquit ſuccedens nõ ſubit actiones paſſiuas defuncti, eiuſque perſonam abſolutam non repręſentat, lege inuentarij non poteſt coarctare, & quamuis
39 feudatarius hodie ex recepta omnium opinione teneatur ad contributionem onerum, non tamen tenetur pro dimidio: & ꝑ alia dimidia hæres uniuerſalis in allodio, ut falſò dicebat Doctor damnatæ memoriæ, ſed tantum pro rata bonorum, quæ poſſidet, ut ex communi Doctorum opinione, & ſic ſuccedit doctrina [Bald. in Auth. ſi qua mulier, nu. 9. uerſ. tertio principaliter. C. de ſacroſanct. eccleſ.] ut non requiratur inuentarium, ubi obligatio deſcendit principaliter ex ipſis bonis; Et ex prædictis puto bene dixiſſe Regentem de Curte in ſuo diuerſorio feudali fol. 46. num. . in punctualibus terminis, quòd feudatarius inſtitutus in feudo tantum, non cogitur facere inuentarium de feudo, nec in praxi hucuſque a maioribus meis uidi feudatarium confeciſſe inuentarium de feudo tantum, ſed bene de bonis allodialibus, & in deſcriptione bonorum allodialium deſcripſit etiã feudum, ita uidi in Marchione Triuici, & fratre ſeruatum filijs, & hæredibus quondam Cicci de Loffredo Pręſidentis Sacr. Conſilij.

40 Legato feudo ex defectu aſ-
D ſenſus, tenet Auctor deberi æſtimationem. Vide eius aureum conſilium 80. quem ſequutus fuit Regens de Ponte Patruus meus; in conſil. 88. & ſic priſcis temporibus fuiſſe deciſum teſtantur. Verùm nec quoad æſtimationem valere legatum, defendunt [Ann. pater in allegat. 124. 125. & 126. & Ann. filius in conſ. 87. & 113. nu. 17. qui enumerat infinitos pro iſta opinione Camill. de Curte in ſuo diuerſ. feudali fol. 51. nu. 83. & Regius Conſiliarius Gizzarell. deciſ. 36.

&

& ibi additio Baldaſſaris de Angelis doctiſſimi iuuenis, & Aduocati, mei collegæ amatiſſimi] in quibus locis habentur omnes Doctores, qui huic opinioni adſtipulantur, & referunt ſic fuiſſe deciſum nouiſſimè in cauſa illorum de Suriano, & illorum de Venato, iunctis Tribunalibus Sacr. Conſil. & Regiæ Cameræ Summariæ: cui opinioni tamquã communi, & magis noſtris temporibus receptæ, & ſæpiſſimè iudicatæ, vltimo loco adhæret prędictus [Regens de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. ſuper dote. §. 2. num. 9. & 16. fol. 271.] qui citat omnes Doctores pro iſta opinione,

41 & eam ampliat, etiam ſi feudatarius diſponeret in vita ſine aſſenſu, puta donando; quia nec etiam deberetur æſtimatio, ibi nùm. 17. & 18. ad quod uide aureum conſilium Io. Antonij Lanarij patrui mei num. 3. per tot. & Regent. Tapia latiſſimè in ſua aurea deciſ. 5. nu. 22. ubi in materia recurras.

42 Verum limitat, quando donatio eſſet facta contemplatione matrimonij, num. 20. fol. 274. quæ eſt pulchra limitatio notatu digna, & cõtra opinionem [Vincentij de Ann. alleg. 140. latiſſimè, qui diſputat ad partes ad articulum [Gizzarell. deciſ. 22. per totam, & ibi [Baldaſſ. de Angelis in addit. qui cumulat omnes, & adducit alia correlaria; & nouiſſimè prædictus [Regens Tap. in prædicta deciſ. 5. ubi ſic refert fuiſſe per Sacr. Conſil. deciſum, ibi num. 40. in fin.] Et ſic etiam quando maritus donaret feudum pro quarta ſolita conſtitui [And. in cap. 1. §. è contrario col. fin. de inu. de re alien. fact. & ibi Regens de Ponte num. 24.] & pari modo limitatur, quando eſſet facta donatio ob remunerationem ſeruitiorum: quia licet non teneat ex defectu aſſenſus reſpectu corporis feudi, tenet quoad æſtimationem. Sic fuiſſe deciſum refert [de Ponte ibi num. 25. ex auctoritate Marin. Frecc. ubi per eum] & demum etiam deberi æſtimationem, quando feudum datur in dotem abſque aſſenſu, & dari retentionem, ita fuit declaratum fauore matrimonij, ut patet ex regiſtris Federici Imperatoris, ex doctrina [Andr. de Iſern. in cap. 1. §. donare in add. qualiter olim, ſequitur de Ponte ubi ſupra nu. 24. fol. 275. vide etiam Molfeſ. ad conſuet. in tit. de bonis 2. par. q. 7. nu. 7. & 8. & quod in inſtitutio-

43 ne nullo modo debeatur æſtimatio, refert deciſiones Bammac. in cap. omnes filij, quæſt. 4. ſi de feud. defunct. milit. & poſt eum nouiſſimè tam in inſtitutione, quam in legato non deberi extimationem, quod ſit incontro uerſa opinio, tenet doctiſs. Præſidens Anellus de Amato, olim

meus amatiſsimus collega, & familiaris, tempore quo erat primarius Aduocatus in conſil. ſuo 7.num.34.] & ſic uti Aduocatus tempore meo practicaui, conſului, & vidi obſeruari. Poſt hæc ſcripta audiui eandem opinionẽ acerrime defendiſſe Andream Marcheſium Aduocatũ primarium, & doctiſſimum in legendo in cathedra, tamquam iuris feudorum publicum interpretem; & ſic in conſulendo, legendo, & iudicando à prædicta opinione, quod legato feudo non debeatur extimatio, non eſt vllo modo recedendum.

44 Dominus Auctor loquitur
E quando primogenitus ſuccedit in feudo, exiſtentibus filijs ſecundogenitis, quòd poſſint prætendere partem fructuum per viam ſucceſsionis, vti hæredes ab inteſtato ſuper burgenſaticis. Sed quid in caſu, quando prædicti ſecundogeniti eſſent hæredes inſtituti ſuper burgenſaticis, relicto primogenito hærede in feudalibus? vide [D. de Franch. deciſ. 572.] qui in hoc caſu refert fuiſſe deciſum contrarium, quòd fructus, mortuo patre poſt Kalendas Martij, ſpectent ad filios ſecundogenitos inſtitutos in burgenſaticis, dicens quoque deciſionem dict. §. his conſequenter, habere locum etiam in penſionibus, tam ex rebus, quæ producunt fructus naturales, & induſtriales, quam in pẽſionibus, quæ veniunt ex bonis, quæ fructus naturales, ſeu induſtriales non pariunt, vt ſunt domus, tabernæ, baiulatio, pondera, & menſuræ, magiſtriactatus, cenſus, battinderiæ, molendina, & aliæ res ſimiles, vide latisſimè ſcripta in hoc articulo de Pont. conſ. 49. per totum, vbi tenet idem.

45 Sed quid ſi in feudo fuiſſent meliorationes manu factæ, certum eſt, quòd cedunt in beneficium feudi, & ſic primogeniti feudatarij, tãquam incrementũ feudi extrinſecum, ſed tenetur ad pretium in beneficium ſecundogeniti, ac etiam ad earum intereſſe, ita poſt [Loffred. Schrad. & Piſtor. de Ponte in indiuiduo tenet dominus Rouitus in prag. 24. de feud. n. 53. uerſ. redeundo.

Alex. in conſ. 123. in fin. 1. vol. dicit, quòd melioramenta ipſa cedunt ſolo quoad dominium, verum hæredes illius, qui impenſam melioramentorum fecit, agere poſſunt pro hæreditarijs portionibus ad impenſam melioramentorum [ex l. domos, cum tribus ſequentib. ff. de leg. 1. & ex l. ſed quid ſi ædificauerit. ff. de vſufruct.]

Et quòd in ſpecie debeatur intereſſe pretij meliorationum cum ſocio, vel cohęredi, eſt [tex. in l. ſi ut proponis in 2. part. C. de ædificijs priuatis] qui quamuis loquatur in ſocio habente rem

com-

contrariam, tamen idem procedere in cohæredibus, habetur ex [Garſ.de expenſ.& meliorat.cap. 19.in fin.] vbi habetur, quòd nõ debentur vſuræ,habita ratione ad fructus, ſeruata diſpoſitione tex.in l.curabit, ſed quod debentur vſuræ centeſimæ.

46 Sed quid de bonis mobilibus exiſtentibus in feudo, vt ſunt arma, animalia, boues, pecora, & alia ſimilia? an ſpectent ad primogenitum ſucceſſorem in feudo,vel ad ſecundogenitos hæredes inſtitutos in burgenſaticis. Vide [Andr.de Iſern.in titu. quæ ſint regalia,in verb.& plauſtrorũ num.58.& in tit.de pac.tenen.in cap.ſi violatur nu. 4.] qui diſtinguit,aut arma,animalia, & alia ſunt deſtinata ad vſum feudi,exempli gratia, ſi aliquod feudum proponatur, in quo oues, & boues,& cætera animalia ita deſtinata ſunt,vt ex his fructus feudi, vel maior pars colligantur, tunc pertinent ad primogenitum ſucceſſorem in feudo, quia deſtinata ad vſum feudi,ſunt partes feudi,& pro feudalibus reputantur, [l.2.C.de verbor.ſignif.] ſi verò non ſunt deſtinata ad vſum feudi; tunc ſuccedunt hæredes in burgenſaticis Hanc doctrinam ſequitur [Camerar.in cap.Imperialem,fol.17.lit. B. cum qua diſtinctione retulit mihi Conſiliarius de Georgio vir doctiſſimus,

47 & lector feudorum,fuiſſe deciſũ inter filios Sereniſs. Ducis Etruriæ, quod theſaurus inuẽtus poſt mortem patris; ſpectet ad primogenitum ſucceſſorem in ſtatu,pro defenſione ſtatus,excluſis ſecundogenitis, qui nihil mihi allegauit. Sed àd propoſitum vide aureum [tex.in l. ſi chorus. §. his verbis.ff.de leg.3.] ibi, & eos nummos,quos præſidij cauſa repoſitos habeat, vt quibuſdam bellis ciuilibus factitaſſet,eos legato contineri.Ad materiam, & ad ſaturitatem vide latiſſimè deducta per Hartm. quæſt. iur. lib. 1.q.24.] qui non ſolum diſcurrit in bonis feudalibus,ſed etiã burgenſaticis.

48 F Concluſiuè loquẽdo, certum eſt,quòd quando inſtituitur perſona extranea,vel non immediatè ſucceſſura, non habet locum dictum remedium [l.fin. C. de edict. Diu.Adr. tollen.vltra allegat deciſ. Afflict. 119. vide alios Doctores poſt ſcripta per Auctorem,videlicet Franciſ. de Amic. in tit.de his,qui feud.dar.poſſ. in cap.incipiente,ſed ideo dixi,circa finem, Reg. de Põte patruum meum in conſ.20.nu.8.& conſi. 62.num. 18.volum. 1. latiſſimè Conſiliar.de Georgio maximum Feudiſtam alleg. 12.& doctiſs. Conſiliarium Rouitum in prag. 11.de feud.in allegationib.inſertis pro Marco Antonio Moles] ſecundum quam opinionem ſic teſtatur fuiſſe deciſum antiquis

temporibus, vt in cauſa D.Marchionis Lauelli cum Io.Antonio de Tufo eius fratre ſecundogenito; qui dum fuiſſet inſtitutus hæres a patre in feudalibus, non obſtante teſtamento, fuit Marchio miſſus in poſſeſſionem vti primogenitus, vt refert [Ann.pater alleg.126.n.20. In qua cauſa ſcripſit Auctor Patruus meus in conſ.80. & 81. pro æſtimatione, & valore feudi, & obtinuit: & ſic fuit deciſum in cauſa ſororum de Como, vt refert Regens de Ponte in d.conſ. 62. num. 18. & in cauſa illorum de Moles ſimiliter deciſum, vt refert prædictus Conſiliarius de Georgio, & latiſſimè, & doctiſſimè Illuſtr. Marchio Belmontis Regens Tapia in deciſ.1.Sac.Conſilij, per totũ, in prædicta cauſa, & Rouitus in d.pragmat.de feud.num. 122. & nouiſſimè ſic deciſum, me patrocinãte, in cauſa inter Octauium, & Horatium Vicecomites in feudo Roſeti, referente doctiſſimo Conſiliario Meliore, iunctis duabus Aulis, in banca de Viuo, pro Felice; & vltimo loco in alia cauſa inter Principiſſam Ieracij ſororem vtrinque coniunctam Marchionis Paridis Pinelli, & hæredem ſcriptum, & extraneũ, referente doctiſs.Conſiliar.Sanfelice, ſimiliter iunctis duabus Aulis, & in Collaterali Conſilio, vbi, propoſitis nullitatibus, & remedio reſtitutionis in integrũ, fuit iterum vulnerata, & deciſa cauſa, non obſtare nullitates, nec eſſe deferendum reſtitutioni in integrum: & hæc omnia, patrocinante doctiſſimo, & perſpicaciſſimo Aduocato Carolo Brancaccio meo Collega in prædicta cauſa: & ſic hodie de iſta opinione amplius non poteſt dubitari.

49 G In feudo hæreditario filium exhæredatum non ſuccedere, non dubitatur: ſed controuerſia eſt in feudo ex pacto, & prouidẽtia. Aliqui tenuerunt opinionem negatiuam, non poſſe exhæredari, vt per [Tiraq.in tract.de primogen.quæſt.21. Molin. de primogen.Hiſp.lib.1.cap. 9. in materia maioratus, & nouiſſimè per Roſental. de feud. cap. 7. concluſ.10.] qui audacter tenet contra opinionem Neapolitanorũ, ſed communis eſt in cõtrarium; vt docet Auctor hic, quem ſequuntur, vltra antiquos relatos, [D.Franc.de Ponte in tit.de ſucceſſ.feud.lect.13. à nu.20.vſque in fin.D.Franc. de Amic. in cap. 1.de his, qui feud.dar.poſſ.18.q. fol. 188. Camil. de Curt. in ſuo diuerſ. feud. §.nunc de alia feudi ſpecie, nu.99. fol.63. à ter. & Io. And.de Georgio in ſua rep.feud. cap.50.à num. 11. vſque ad vlt. fol.362.à ter.] Et de ampliationibus, & limitationibus ad hanc regulam apud eos eſt videre. Addo ſimpliciter, quod non ſolum filius primogenitus poſſit

exhæ-

exhæredari in feudo, ſed etiam filius ſecundogenitus in vita militia [Afflict. in conſtit. Comitibus in 2. notab. q. 11. quem ſequitur Conſiliarius Fab. de Ann. magnus Feudiſta in conſ. 120. num.4.]

Sed an poſſit filius exhæredari, & priuari primogenitura, & Regno [Honded.conſ.94. nu. 8. & num. 16. Io. Leciner in tract. de primogen.lib.3.] qui pluribus exemplis ſacræ ſcripturæ probat poſſe filium ingratum priuari primogenitura,& Regno,& tali opinioni inhærent [Iacobin. in l. cū antiquioribus,num.28.C. de iure deliberand. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius, de teſtam. verb. in eodem teſtam. 1. par.num. 203. & Tiraquell. de iur.primogen.quæſt. 21. num.4. & ſeq.& Michael de Aguir olim Regius Conſiliarius, in apologia pro Inuictisſimo Hiſpaniarum Rege Philippo II. circa ſucceſſionem Regni Portugalliæ in 1. parte num.95.cum ſequentib.& num.31.] Diſtinguendo tamen, vt ulterius hæc opinio tranſeat inter maioratum, in quo iure hæreditario ſucceditur, & in eo qui iure ſanguinis, ex prouidentia primi inſtituentis defertur, quia primo caſu licebit maioratus ſucceſsione, ex cau ſa filium exhæredare: ſecundo vero non, vt [Gomez.in l. 40. Tauri num. 31.& Peralt.in l.3. §. quod fideicommiſſum num. 87. ff. de hæred.inſt.]

50 Quid in nepote, ſi pater fuit exhęredatus,an ſuccedat,Auctor non perfecit quæſtionem,ſed latiſsimè vide diſtinctionem relatam à prædicto [Regente de Pōte prædicta lect. 13. à num. 24. cum ſeq. & eundem de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de refut.§.9. nu.18.] qui tenet nepotem ſuccedere Auo, non obſtante iuſta exhæredatione patris. Et pro hac opinione vide [Napod. in conſuet. 1.num.107.& Petr. de Gregor.qui omnes cumulat in tract. de feud.par.4.quæſt.7.nu.45.]

51 H In hac quęſtione,ſi in inueſtitura fuit dictum Tibi,& hæredibus tuis quibuſcunque. An vaſſallus poſſit diſponere de feudo abſque aſſenſu,quoniam Auctor patruus meus non lucidè aperit quid ipſe ſentiat, ſed ſolummodo recenſet varias opiniones, Puto ego cum Camer.in cap. Imperialem fol.29. eſſe ità concludendum, vt diuidamus quæſtionem in duo capita. Primum, an vigore huius inueſtituræ vaſſallus poſsit diſponere tàm in vita, quàm in morte de feudo ſine aſſenſu. Alterum caput,an ſub hac appellatione, Tibi, & hæredibus tuis quibuſcunque, comprehendantur omnia genera hæredum, de quibus in [Inſtit. de hæredibus qual.& diff.]

Quoad primū ſunt inſpicienda

da verba inueſtituræ: nam ſi dicit, Tibi, & hæredibus, & quibus dederit, vel, Tibi, & ſucceſſoribus tuis quibuſcunque, vel, Tibi, & habentibus cauſam à te, & in his terminis poteſt vaſſallus diſponere de feudo tam per actum inter viuos, quàm per viam vltimæ voluntatis, abſque alio aſſenſu Domini: quia talia verba ſunt apta comprehendere quocunq; modo dominium transferatur. [§. ſic itaque diſcretis. Inſtit. de act.] Si verò tenor inueſtituræ dicit, Pro te, & hæredibus quibuſcunque, tunc vaſſallus poteſt diſponere de feudo tantùm per viam vltimæ voluntatis abſque aſſenſu; ſiue per viam inſtitutionis hæredis; ſiue per viam legati: quia illa vox, hæredibus, tantùm reſpicit diſpoſitionem, quæ locũ obtinet poſt mortem, cum nemo poſſit dici hæres viuẽtis. Ita Camer. loco citato. Et hoc optima ratione, quia illa dictio, Quibuſcunque, eſt latiſſima: igitur debet aliquid operari, vt dicit [Barto. in l. generali. §. vxori, de vſufr. legat. ubi docet, quòd quãuis legatum factum vxori de vſufructu omnium rerum, quæ in domo ſunt, non comprehendat venalia, & merces, quæ domi erant; tamen ſi teſtator in legato addidit illud ſignum uniuerſale, eorum, quæ in domo quoquomodo ſunt, tunc legatum comprehendit etiam uenalia, & alia, ut ſupra. Ad idem facit [gloſ. in l. cum pœna de euict.] ubi dicit, quòd licet euictio ſequuta in cõpromiſſo non ſit ad onus uenditoris, tamen ſi uenditor promiſit euictionem, quoquo modo ut fuerit euicta, tunc per illam additionem comprehenditur euictio in caſu compromiſſo.

Quoad ſecundum caput, quæ genera hęredum ueniant ſub appellatione, Hæredibus quibuſcũque; puta, quia teſtator deceſſit ab inteſtato, tunc dic, quòd ueniunt omnes, qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere, & etiam illa tria genera hæredum, de quibus in tit. de hæredum qual. & differ. dũmodo alias ſint capaces feudorum; ne feudi natura improprietur dupliciter, & ratione hæredum, vt ſint illi, qui non ſunt agnationis communis, vt in [cap. 1. §. paternum verò, de natu. ſucceſſ. feud.] ea ratione, quia eſt fęmina, clericus, vel Monacus, vel naturalis, vt in [cap. naturalis, cap. qui clericus, ſi de feud. defunct. mil. ita Bald. in cap. 1. §. donare, num. 4. qual. olim feud. pot. alien. vide auream deciſ. Afflict. 320.] & in terminis inueſtituræ cũ tali verbo, Hæredibus, [Milanenſis deciſ. 7. num. 19. & Reg. Tappia deciſ. Italiæ 2. per plures numeros.

52 Limitatur hæc concluſio Auctoris, quando filius primogenitus à die aditionis hæreditatis tacuit

cuit per annum, in reuocando, vel proteſtando; tunc ſtante tali diſpoſitione facta in agnatum cum taciturnitate annali à die ſcientiæ, talis diſpoſitio, ſeu legatum factum ſine aſſenſu, confirmatur; & reuiuiſcit, & reſoluitur in vim refutationis, vbi non eſt opus Domini aſſenſu. Ita [Regēs de Ponte titu. de refut. §. 10. nu. 35. verſ. & rurſus ſi eſſet facta alienatio, auctoritate gloſ. in cap. Titius, ſi de feud. defunct. mil. Fuit magiſtralis doctrina Camerar. in cap. Imperialem, fol. 25. à ter. lit. H.] vbi docet, quòd ſi pater prælegat feudum vni ex filijs cum conſenſu aliorum filiorum, talis diſpoſitio valet, quia reſoluitur in vim refutationis, & ille filius legatarius dicitur potius habere ex conſenſu aliorum filiorum, quàm ex diſpoſitione paterna.

53 K An feudum veniat in petitione, ſeu reſtitutione fideicommiſſi. Hæc quæſtio, vt perſpicis, con fuſo modo per Doctores tractatur: & Dominus Auctor Regens Lanarius nihil aliud facit, quàm referre Doctorum ſentētias, nec aperit, quam, in opinionibus relatis, ſequatur, licet in dubio videatur ſequi vltimam: vnde dic meo iudicio; Aut quæritur an veniat in reſtitutione fideicommiſſi ex parte ipſius rei, an verò veniat ex defectu poteſtatis diſponendi ſine aſſenſu. Primo caſu diſtinguo; aut feudum eſt hæreditarium; & tunc feudum ſui natura, & ex parte rei venit in petitione hæreditatis, ſiue petatur vi fideicommiſſi generalis; ſiue petitionis hæreditatis: & hoc eſt, quod dicit [Iſern. in pluribus locis, auctoritate gloſ. in l. non tantum. ff. de pet. hæred.] nempè quando feudum eſt hæreditariū, venit in petitione hæreditatis, vt eleganter [Maranta conſ. 79. nu. 22. Viu. deciſ. 441. num. 11. Frec. de ſubfeud. lib. 3. fol. 44. in nouis verſ. 6. poſt Alex. quem allegat in l. patroni. ff. ad Trebellia. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 2. q. 10. num. 36. & 37. Peregrin. tract. de fideicommiſſ. art. 6. nu. 18. Georg. de feud. cap. 47. num. 10. & patet ex pragm. 4. de feud. vbi Rouiſ. num. 81.] Si verò eſt feudum ex pacto, & prouidentia, vt quando tenor inueſtituræ dicit, Tibi, & liberis tuis, vel, Tibi, & deſcendentibus tuis, & non eſt expreſſum verbum, Hæredibus, tunc non venit feudum, inſpectà ſui natura in petitione hæreditatis, & ſic in reſtitutione fideicommiſſi generalis: & ita loquitur [Dyn. & poſt eum Bar. in l. ſi patroni, & ibi Alex. ff. ad Trebell.] Et ratio dictæ diſtinctionis eſt in promptu: quia quando feudum eſt hæreditarium, dicitur res hæreditaria, & corpus hæreditariū, vt latè tradit [Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de refut.

refut.§.10.per tot.& præcipuè in num.8. cum ſeq.] Quando verò eſt feudum ex pacto,& prouidẽtia, tunc feudatarius habet illud ad vitam, & morte ſua extinguitur: & ſic illud non relinquit in ſua hæreditate, ſed filius, vel agnatus habet ex beneficio Domini potius, quàm iudicio defuncti,vnde cum non ſit res hæreditaria defuncti,meritò ex natura rei non venit in reſtitutione fideicommiſſi, vt latè declarat [Alex.in d.l.ſi patroni. ff.ad Trebellian.Iacob.in ſua inueſtitura in verb.& cum pacto, quod de ipſo feudo,num.10. & Dominus de Ponte in d.§.10. ſub tit.de refut. & eſt tex. in l.ſi arrogatur. §. an impuberi.ff.de adopt.]

Quoad tertium caput, ſi quæris an veniat, uel non ex defectu poteſtatis, quia uaſſallus prohibetur diſponere de feudo ſine aſſenſu,tam per legem feudorũ, vt in [cap. Imperialem, de prohib.feud.alien.per Feder.] quàm per legem Regni, vt in [conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ] & licet hoc caſu Doctores Ciuiliſtæ communiter tranſeant cum hac diſtinctione, quòd aut reſtitutio eſt facienda ei, qui eſt comprehenſus in inueſtitura; & tunc ueniat in reſtitutione generalis fideicommiſſi: aut uerò eſt facienda ei,qui nõ eſt de comprehenſis; & tunc non veniat, ut [Alex. d.l.ſi patroni, num. 14.ff. ad Trebellia.] tamen ego puto, quòd in hoc quæſito ſunt diſtinguendi tres caſus; Primus ſit,ſi tenor inueſtituræ dicit, Pro ſe, & hæredibus quibuſcunque; tunc uenit feudum tale in reſtitutione fideicommiſſi: & in hoc caſu omnes Doctores unanimiter ſũt concordes,ut uidere potes ex ijs, quæ hic Auctor allegat. Et ratio eſt,quia tale feudum eſt hæreditarium cum facultate annexa, ut de eo feudatarius ualeat diſponere per actum ultimæ uoluntatis,vt docet [Camerar. in d.cap. Imperialem, fol. 29.] Secundus vero caſus ſit, quando eſt feudũ conceſſum ſimpliciter pro ſe, & hæredibus,abſque illa vniuerſali dictione, quibuſcunque; & hoc caſu non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quia nulla ordinatio defuncti valet in feudo,vt dicit textus noſter, etiam quòd ſit factum fideicommiſſum in fauorem eius, qui eſſet immediatè ſucceſſurus, non tenetur capere à manu hæredis extranei inſtituti,ſed de per ſe poteſt eſſe hæres in dicto feudo: & ideo fideicommiſſum non tenet,quia ſupponit fideicommiſſarium accipere à manu hæredis: & hoc eſt; quod defunctus non potuit ordinare abſque aſſenſu Domini, vt dicit text. noſter: vnde ſecus eſſet ſi directè inſtitueret hæredem immediatè ſucceſſurum; hoc caſu poteſt valere diſpoſitio defuncti quan-

quantum ad hoc, vt hæres immediatè ſucceſſurus habeat beneficium [l.fin.C.de edict.Diu.Adr. toll.iuxta deciſion. Afflict.119.] Tertius verò caſus ſit, quando feudum eſt ex pacto, & prouidẽtia : & tunc non venit in reſtitutione fideicommiſſi, prohibente tam ex natura rei, quam ex defectu poteſtatis, immo quando eſſet antiquum, nec cum aſſenſu Domini, poteſt diſponere de eo abſque aſſenſu primogeniti, vel alterius agnati proxime ſucceſſuri; vt in [cap.1.de alien.feud. pater.] Vltimo certum eſt non poſſe fieri fideicommiſſum in feudo
54 tam in actu inter viuos, quàm in vltima voluntate [per tex.noſtrũ in cap. 1. de ſucceſſ. feud.] nec Proreges aſſentire, vt per Regiã pragm. nouem capitum ſub tit. de feud. num. 4. ſed ſolus Rex poteſt præſtare aſſenſum ; vt in Regno fuit conceſſum ab Inui-
55 ctiſſimo Imperatore Carolo V. priuilegium in beneficinm Cicci de Loffredo, tunc Præſidis Sacri Conſilij, quòd maſculi tantum ſuccederent in feudis quæſitis, & quærendis, & non fœminæ alterando naturam feudorum hæreditariorum : eos conſtituendo ex pacto, & prouidentia, & quòd feuda eſſent inalienabilia, quòd ſolus Rex poteſt facere, vt ſuperius eſt fundatum ; ex quo priuilegio per Sacrum Conſil. iunctis Conſiliarijs omnium Aulatum, me patrocinante; fuerunt excluſi creditores quondam Marchionis Triuici, qui contraxerunt cũ aſſenſu ſuper feudis prædictis ; habita conſideratione illius priuilegij, loco aſſenſus; vt per meas allegationes ſatis fuit fundatum, quas Deo permittente, poſt impreſſionem huius operis, habebitis in lucem in mea centuria conſiliorum; & de iſtis allegationibus. & deciſione facit mentionem [Ioan.Andr. de Georgio in ſua repetitione feud.cap. 10. per tòtum] & pro eius victoria, & pal mario, Illuſtr. Marchio Triuici, vltra magnam quantitatem nũmorum, donauit mihi quandam turrim, & Iardenum ſitum in loco vbi dicitur Platamone, propè mœnia huius Ciuitatis, & in maritima Caſtri Oui, in quo feci magnum, & notabile ædificium, ob curarũ receſſum, q̃ hic inſerere volui, ad finem, vt iuuenes alecti, ob eius ſcientias, & virtutes, maiora ſpectent, & acquirant.

56 Hinc inſurgit alia curioſa quæſtio, an feudatarius poſſit in eius teſtamento ordinare multiplicum fructum feudalium vltra decennium, & videtur dicendũ, quòd non, ex quo multiplicum prædictum continet alienationẽ fructuum bonorum feudalium vltra decem annos, & ſic ad longum tempus, per quam alienationem, etiam ſi eſſet mera locatio

tio conſtituitur ius iure, quòd in Regno fieri non poteſt abſque aſſenſu, ita in puncto [Afflict. in conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ num. 12. attamen contrarium defendit Scipio Rouit. tūc famigeratus Aduocatus in quadam cauſa Hieronymi Grimaldi; in qua etiam ego vti Aduocatus tunc iuuenis interfui, & conſului; & fuit per duos eminentes, & doctiſſimos Conſiliarios, Ioā. Thomam Veſpulum, & D. Didacum de Vera, & prado decisū poſſe fieri multiplicum prædictum, vt per doctiſſimas, & plenas allegatiònes, & deciſionem prædictam apparet in pragmatica 4. de feud. à num. 47. vſque in fi. ad quas lectorem remitto, ne videar aliena tranſcribere.

57 Quid in officio an poſſit ſuper eo fieri fideicommiſſum, & ſubſtitutio, hic articulus hodie vertitur inter hæredes Illuſtr. Ducis Bernaudi, Regium Fiſcum, & Anteram de Bernaudo, & alios litis conſortes in Regia Camera Summariæ, & in Collaterali Cōſilio, cum Conſiliarijs adiunctis, ſuper officio Magiſtri actorum, & credentiariæ Prouinciarum vtriuſque Calabriæ; conceſſo à Sereniſſimis Regibus de Aragonia, & eorum ſucceſſoribus, in beneficium prædeceſſorum de Bernaudo, & eorū hæredum, & ſucceſſorum in perpetuum, in quo officio dum per prædictos de Bernaudo fuiſſet tam in contractu diuiſionis, quam in teſtamento ordinatum fideicommiſſum, quod maſculi tantùm ſuccederent in excluſionem fœminarū, & quod non poſſit pro quauis cauſa alienari, prætendunt non ſubſiſtere ex defectu aſſenſus, in qua cauſa Ego cum Ioanne Vincentio Corcione, tūc Aduocato Primario, nunc digniſs. Præſide Regiæ Cameræ, & Ioanne Antonio Pariſio, & Ferdinando Capicio Doctiſs. Aduocatis meis Collegis, latius in prædicto articulo ſcripſi, vt per allegationes, quas (Deo dante, habebitis in mea centuria conſiliorum, in lucem danda) de quibus fecit mētionem Conſiliarius de Georgio in repetitione feudali cap. 54. nu. 89. in fin.] tunc cauſæ Commiſſarius, tempore quo prædicta cauſa agebatur in Sac. Conſ. qui videtur annuere pro noſtra opinione affirmatiua, & prudenter totaliter non ſe declarauit, ne partes ipſum recuſarent pro declaratione voti.

Quia medio tēpore ob mortem Io. Mariæ de Bernaudo, vt prætenditur, abſq; legitimo ſucceſſore, Fiſcus vigore cap. ex præſuntuosè, prætendit poſſeſſionē prædictorum officiorum, & ex aduerſo præſupponitur prædictū cap. non habere locum, cum pro Fiſco tam circa poſſeſſorium, quam petitorium latiſsimè, & ſub-

ſubtiliſſimè ad modum tractatus D. Fabius Capicius Galeota Fiſci patronus, & accuratè, & doctè meus Collega Alexāder Palmerius Aduocatus omni laude digniſſimus pro D. Didaco de Bernaudo Mendoza ſcripſerunt, non aliter immoror circa articulum prædictum, ſed tantummodo in quæſtione propoſita procedam per veras iuris concluſiones.

Et ſic ſi officium eſſet conceſſum ad modum feudi, cum certo ſeruitio, cum reſeruatione dominij, & cum iuramento fidelitatis, & alijs circunſtantijs, vel in conceſſione fuiſſet dictum in feudum, prout reperitur conceſſa iuriſdictio Turris Octauæ in perpetuum Illuſt. Principi Hoſtiliani, & aliæ iuriſdictiones in Regno in perpetua Capitania, & officio; & tunc nulli dubium eſt; quod non poteſt fieri fideicommiſſum abſq; aſſenſu, vt per tradita ſuperius circa feuda in [cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. & in conſtit. Regni conſtitutionem diuæ memoriç] cum de feudo ad officium valet argumentum, vt ſupra latius fundaui, per nonnullos DD. nu. 3.

Aut officium eſt expreſsè cōceſſum in allodium, vel ſimpliciter abſque vlla expreſſione in feudum, & tunc etiam cenſetur in allodium, latè [Menoch. de præſump. lib. 3. cap. 91. num. 22. vſque ad 29. & idem conſ. 191. nu. 17. lib. 2. & Roſental. de feud. tom. 2. cap. 12. concl. 14. nu. 39. Borrell. conſ. 1. num. 164. & in puncto in officio, tradit Maurus Senior videndus in alleg. 19. nu. 3.] ratio eſt, quia concedendo Rex ſimpliciter prçſumitur concedere liberè, prout ipſe tenebat [Andr. in c. Imperialem, §. præterea ſi inter duos col. 6. de prohib. feud. alien. per Feder. & Ann. pater in alleg. 52. num. 41.] quod eſt verum, etiam ſi res conceſſa eſſet feudalis; nam ſi expreſsè in feudum non conceditur, adhuc çenſetur conceſſa in allodium, ita [Frec. de ſubſ. lib. 2. quis dicatur ſubfeudatarius nu. 4. Intrigl. de feud. cent. 1. q. 33. à num. 33. cum ſeq.]

Et tunc officium ſi habet annexam adminiſtrationē, & exercitium iuriſdictionis, vel eſſet officium magnæ qualitatis, & confidentiæ, ſeu alia maiora officia, puta officiū Secretarij, qui ſedet coram Principe, & audit eius ſecreta, audacter teneo non poſſe in eis fieri fideicōmiſſum, & ſubſtitutionem abſq; aſſenſu, quia talia officia non poſſumus negare eſſe de regalibus, vt in tit. quç ſint regalia, ibi per formalia verba, poteſtas conſtituendorum magiſtratuum ad iuſtitiam excipiendam, & ibi [Andr. in verb.

poteſtas nu. 68. vbi reddit rationem quare ; ad quod adducitur conſtitutio Regni ſcire volumus,vbi gloſ.equiparat regalia, & feudalia quoad alienationem prohibitam abſque aſſenſu, vbi vide [Afflict.in 4.not.] qui dicit, quòd ſiue regalia dentur in feudum, ſiue in allodiū, & in burgenſaticum, non poſſe alienari ſine aſſenſu, idem affirmat [Capyc. in inueſt. feud. in verb. gabellis,verſic.item nota fol. 114. Frecc.de ſubfeu.lib.2.auctor.13. ſub num.9. verſ. ex his patet fol. 347.] vbi in ſpecie dicit, quod regalia conceſſa pro hæredibus, retinent naturam, vt ſine Principis licentia alienari non poſſint, [Franc.de Amic.de feud. fol.63. verſ.reſiſtit, Regens de Ponte conſ.30.nu.11.& in deciſ.28.nu. 10. & nouiſſimè Conſiliarius de Georg. in repet. feud. cap. 54. num. 37. fol. 397. Amat.conſil. 49. ex connano commentar. iuris ciuil. lib.4.cap.15.& alijs,inde, neque abſque aſſenſu locari poſſunt [de Ponte conſ. 137. num.5. vol. 2. & 130. num. 9.] nec eſſe tranſitorium ad hæredes ſicuti feudum.

Aut vero ſumus in officio magiſtri actorum credentiariæ, gabellæ, baiulationis, & cuſtodis carceratorum, & aliorum ſimilium officiorum, in quibus nulla cadit iuriſdictio,ſed tantum exactio prouentuum dependētium ex prædictis officijs, & conceſſionibus,qui conceduntur in allodium, vel ſimpliciter abſque vlla expreſſione feudi, vel ſeruitij, & retentionis directi dominij,pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, vel etiam pro ſe, & hæredibus ex corpore, & tunc indubitanter teneo,poſſe in eis fieri fideicommiſſum, & ſubſtitutionem abſque aſſenſu, vt latius fundaui in prædictis allegationibus, ſed vt aliquid noui vltra dicta attingam, dico nullo modo officium prædicti magiſtri actorum,& ſimilia poſſe conſiderari, eſſe de regalibus,& comprehendi in prædicta conſtitutione Regni, ſcire volumus ſituata in rub. de iur.Regal.

58 Cum conſtitutio prædicta loquitur de officijs Regalibus, & officialibus Regijs, exercentibus aliquā iuriſdictionem, quorum nomine, & appellatione non venire actuarium,probat latiſſimè [Pręſid.de Franch. in deciſ. 407. quem ſequitur Baiard. in addit. ad Clar. in §. fin. quæſt. 15. numer 10. & ita nouiſſimè Viſcont.in concluſ. iur. in verbo actuarius,qui dat rationem, quoniam actuarius non habet iuriſdictionem, ſed ſolum miniſterium dictandi, uel ſcribendi [gloſ.in l.ſi quis decurio. C. de nego.geſt.& ante eum Dominus Rouitus in pragmatica de officialibus num.2.dum ibidem ex

Iſern. quem allegat in titu. quæ ſint regalia, firmat notarium, vel ſeruientem publicis vtilitatibus, officialis nomine, nullatenus comprehendi.

Et officium prædictum pro ſeruitio, & miniſterio ſumi, & eſſe vile, & abiectum, & omnium officiorum feciem, dixit [Andreas, quæ ſint regalia; verbo ad iuſtitiam expediendam, num. 66. & 67. nullam habet iuriſdictionem, ſed ad certum miniſterium ibi num. 68. & Gizzarellus deciſ. 24.] eſſe actuarium conſeruatorem actorum, & proceſſuũ, & quodammodo iuſtitiæ depoſitarium, quam Iudices partibus miniſtrant, in num. 2. & 3. & ibi de Angelis addens numer. 9.] prout de officio credentieriç, qui nullam ſimiliter habet iuriſdictionem, & tantum introitus deſcribit [ibidem in uerb. poteſtas n. 7. adde deciſ. Gam. Luſit. 353] vbi dicit, quod prędictum officiũ eſt vile, abiectum, & cartulariũ, & licet And. actuarium, notariũ vocet, de iure dicitur notarius, qui tam ciuilia, quam criminalia acta conficit, & idem eſt dicere notariũ, quam actuarium [Luc. de Pen. in l. hac parte. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.]

59 Nec poteſt dubitari, quod officium propriè conſideretur in eo, qui exercet iuriſdictionem, vt ex mẽte [And. in d. c. 1. in d. verſ. ad iuſtitiam adminiſtrandam, in tit. quę ſint reg. & Carau. in R.M. C. 469. refert, & ſequitur recẽter Capibl. in tract. de iur. bar. prag. 5. nu. 141.] qui concludit prædictam prag. eſſe intelligendam de officialibus ordinarijs, & non de magiſtro actorũ & ſic omnes noſtri Regnicoli, vno ore fatentur.

Hoc axioma nõ caret ratione, quia actuarius ſolo iuramẽto allegatur ſuſpectus [Alex. cõſ. 104. vol. 5. & Boer. deciſ. 258. nu. 7. & Maſcar. de prob. concl. 1095. nu. 32. vol. 2.] & tamẽ in officialibus vigore Regiarum pragm. neceſſe eſt in ſpecie probari cauſam ſuſpicionis, ergo actuarius non eſt officialis. Ponderetur quæſo etiã, quod in ordine rubricarũ pragmaticarum Regni noſtri, Actuarius ponitur inter numerum Scribarum ibi de actuarijs, & ſcribis, igitur, ſicut ſcribæ officiales appellari non poſſunt, prout nõ vocantur, ita ſimiliter actuarij, neq; officiales appellari valẽt, cũ argumentum à rubrica in iure ſit validum [l. 1. verſ. quoniam, vbi Bar. ff. ſi cert. pet.]

Quoniã dato, & nõ conceſſo, quod officialiũ nomine venirent actuarij, tñ hoc largo modo intelligitur, & impropriè, cum cocus, molinarius, & fabri adhuc officiũ habere dicantur, & tñ officiales appellari non debent, nec pñt, vt apud Dec. in rub. ff. de off. eius; cui mandata eſt iuriſdictio, & apud Capibl. in d. tract. de au-

ctoritate Baronum in præfat. & iterum in pragmat. 6. num. 140. verſ.item reſtat, in nouiſſima impreſſione, vbi quod ſi ſtatutum loquatur de officialibus, debet intelligi de officialibus propriè, & in ſtricto ſignificatu, quod etiam comprobatur ex dictis per [Regentem Lanarium Patruum meum conſ. 22.] qui fundat, quòd pragmat. quæ abdicat poteſtatem Viceregibus creandi officiales cum promiſſione, ſeu ſalario non cóprehendit officium notariatus, ex quo notarius nullam habet iuriſdictionem, niſi tantùm ſcribendi, qui potius ſeruitium, ſeu miniſterium, quam officium habere dicitur.

Et in puncto; quod conſtitutio Regni ſcire volumus, procedat in officijs habentibus iuriſdictionem tãtum vltra Andream, vt ſupra, notat plene [Garz. Maſtrillus in tract. de indultu cap. 40. Regens de Ponte in deciſ. 16. num. 26. & in deciſ. 37. num. 13.] vbi in fine dicit per formalia verba, quod officia, quæ conſiſtunt in nudo miniſterio, & exercitio certæ negotiationis, ſeu adminiſtrationis, ſunt vendibilia.

Nec obſtat, quod alibi in deciſ. 28. num. 5. dixit, quod valet argumentum de feudo ad officium, & quod propterea nó poſſit alienari abſque aſſenſu; quia legatur tota eius deciſio, quod loquitur in officio curſoris maioris, & in magiſtris actorum S. Conſ. & Reg. Cameræ Summariæ ad vitam, in quibus electa eſt induſtria perſonæ: ſed quando officium eſſet conceſſum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, & tranſitorium ad hæredes; vel in officio eſſet data poteſtas ſubſtituendi, vt num. 46. 56. & 63. videtur annuere, quod conſtitutio ſcire volumus, nó habet locum, & optima ratione: quia ſi in conceſſione eſt facta mentio hæredum, tunc non eſt electa induſtria perſonæ, vide [Baldum in l. quiſquis; C. de epiſc. & cler. & Capyc. deciſ. 10. nu. 12.]

Nec etiam videtur obſtare dicta per [Conſiliarium de Georgio in repet. feud. cap. 54 nu. 33.] vt officia etiam ſi non habeant iuriſdictionem, ſint inalienabilia abſq; aſſenſu, quia allegat Andr. & Lipar. qui loquuntur de officialibus ad guerram, & iuſtitiã, & ſic perneceſſe in habentibus iuriſdictionem, & ſic non fundat ſuam opinionem, ſed contrariam.

Et aduertatur quæſo, quòd licet iuriſdictio ſit de regalibus, prout non poteſt conſiderari in prædictis officijs; non per hoc prouẽtus ex ea peruenientes sũt de regalibus, ita poſt alios [Regens Lanarius patruus meus cóſ. 34. num. 7.] & ſic ex dictis per

eum

eum poſſet ſubſtineri fructus,ſeu prouentus poſſe alienari ſine aſſenſu,ſed in caſu, de quo diſceptatur, loquendo de regalibus poſſe alienari commoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus prouenientes ex bonis regalibus abſque aſſenſu ad inſtar vſufructuarij dixit [Boſſius in titu. de regalibus ſub num.35.Socc. ſen. conſ.7.num.7.volum. 3. & alios allegat Garz. Maſtr. de mag. lib. 1.cap.13.num. 22.] quem rogo videri, quando caſus acciderit, vbi ēt audacter tenet,quòd,data conceſſione pro ſe,& hęredibus, veniunt etiā extranei, & ſic poſſe abſque aſſenſu alienari, nu.25. & adducit rationem, quia in conceſſionibus gratioſis, prout ſunt ſimilia officia, verba pro hæredibus, intelliguntur de quibuſcunque,vt voluit [gloſ. in l. vnica.C.ſi lib.imp.lib. 10. quam ibidem ſequuntur Bart.Ioan.de Plat.Cyn.Saly.Alex. Iaſ. & communiter omnes in l.1.C.vnd. vir & vxor,& Peregr.de iur.fiſ.lib. 1. tit.2.nume.102.] & in puncto, quòd data conceſſione officij, pro ſe,& hęredibus comprehendatur extraneus hæres, tenet ille famigeratus [Regens Reuertera in deciſ.73. man. ſcripta tom. 4. fol.273.] ob quod credo non poſſe dubitari ſuper fructibus prædictorum officiorum ſubſiſtere fideicommiſſum abſque alio aſſenſu, & ne pro opinione mea deficiat auctoritas rerum iudicatarum, adduco infraſcriptas deciſiones.

Primo in quadam ſimili conceſſione Actuariatus Ciuitatis Auerſæ Hectori Caracciolo, pro ſe,hæredibus,& ſucceſſoribus in perpetuum,facta alienatione per hæredes Hectoris in Garganos, abſque aſſenſu, citatis Garganis ad oſtendendum titulum, præſentauerunt prædictum priuilegium Regis Federici,& donationem, & alienationem factam abſq; aſſenſu ab hæredibus prædicti Hectoris;& fuerunt abſoluti, vt per ſententiam in proceſſu illorum de Bernaudis fol.41.

Secundo affertur deciſio punctualis Regentis Reuerterij fol. mihi 257.vbi poſſidētibus Dñis de Maſtrillo actuariatum Ciuitatis Nolæ, conuenti in Regia Camera ad inſtantiā Ciuitatis prætendentis debere collectari ann. fructus,quos percipiebant ex affictu,ex quo conceſſio erat pro ſe,hæredibus,& ſucceſſoribus in perpetuum, & cum erat in feudum, & ſucceſſiuè in burgenſaticum,habito hoc pro vero, fuerunt condemnati.

Tertio,pauci ſunt dies, quòd iunctis Aulis, referente doctiſſimo, & integerrimo Conſiliario Sanfelice, in banca de Martino; fuit ordinatū conſeruari in poſſeſſionem montem inſtitutum Illuſtr.Marchionis Acaiæ in eius

teſtamento cuiuſdã gabellæ baiulationis Ciuitatis Capuæ, tempore,quo nepotes ex filia prætendebant immiſſionem,ſtante cõceſſione prædictæ gabellæ, pro ſe,& hæredibus ex corpore; nam fuit habitum pro vero prædictũ officium gabellæ fuiſſe conceſſũ in burgenſaticum ; licet non expreſsè, & non comprehendi ſub diſpoſitione conſtit. Regni ſcire volumus ; & in eodem proceſſu fuerunt productæ alienationes, diſpoſitiones abſque aſſenſu, & nonnulla decreta, etiam audito Fiſco pro validitate prędictarum diſpoſitionum, vt latiſſimè fuit fundatum in prædicta cauſa per allegationes prædicti Thomę de Aquino mei Collegæ.

Et ſic ex his videtur ſatis probata mea opinio,quòd in officijs non habentibus iuriſdictionem, & tranſitorijs ad hæredes poſſe fieri fideicommiſſum.

60 Et ſucceſſiuè quæro ãn in ſucceſſione officij conceſſi pro ſe, & hęredibus ex corpore ad inſtar feudi, attẽdatur ius cõe feudorũ, vel conſt.Regn. vt de ſucc. & teneo ſeruari ius commune feudorum; ita [Frecc. de ſubfeud. lib. 2.q.51.] vbi voluit, ꝙ conceſſo officio pro hæredibus, non tranſit ad fœminam;ergo in eius ſucceſſione attenditur ius cõmune feudorum,nam eo iure, conceſſo feudo pro ſe,& hæredib. fœmina non ſuccedit,ſed tantum maſculus [c.1.§.hoc autem, de his,qui feu.dar.poſſ.c.filij de ſucc. feu.c. ad filios de ſucc.fratr.] & non ius dictæ conſtit.per quam fœminæ habilitantur ad ſucceſsionem.

Secũdo alienato feudo de iure cõmuni,non admittebatur reuocatio, ſed feudum deuoluebatur domino,iuxta [c.imperialem, de proh.feu.alie.per Fed.] cũ reuocatio ex beneficio cõſtit.Regni detùr conſtit.diuæ memoriæ,ſed ſi alienatur officiũ abſq; aſſenſu; minimè reuocatio prædicta cõpetit, vt cõtra opinionẽ Diomedis Maricondæ in d.conſtit.diuæ memoriæ per Reg. Cameram in cauſa illorum de Sadeolis, refert fuiſſe iudicatũ[Io.And.de Georg. in repet.feud.c.54.nu. 50.] ergo in officijs attenditur ius cõmmune feudorum.

Tertio, conſt. vt de ſucceſsio. quoad reſtrictionẽ ſucceſsionis feudorum vſq; ad tertium gradũ habet locum in feudis quaternatis tantum,vt not.ibi [glo.in ver. in omnibus,& Andr.in princ. vt ſupra multotiès fuit demonſtratum, ita ꝙ in ſucceſsione aliorũ feudorum attẽditur ius cõmune feudorum,vt per [Affl.ibid. n.1. & Luc.de Pen.in l.vn.col.9.verſ. ex hoc credo.C.de imp.lucr.deſcrip.lib.10. & latiſſimè And.de Georg.vbi ſup.c.9.]& ſic cũ officiũ nõ poſſit dici feudũ quaternatũ in ſucceſ. eius non attẽditur ius d.conſt.ſed ius commune.

In

In repetitionē §.ſed etiam res, per quos fiat inueſtitura.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius de iure communi feudorum poteſt ſubinfeudare etiam poſt ius nouiſſimum ſecundum opinionem omnium.*

2 *Gloſ. quæ allegatur in cap. 1. §. præterea, de cap. Conrad. eſt impreſſa in rub. de alienatio. feud. pater.*

3 *Intellectus § ſed & res, per quos fiat inueſtit. ſecundum glo. in rubr. de alien. feud. pater.*

4 *Intellectus glo. prædicta impugnatur per Afflict. & per eum ponitur alius intellectus.*

5 *Intellectus Afflict. in d. tex. impugnatur per Auctorem.*

6 *Intellectus primus Auctoris in d. §.*

7 *Feudum paternum ex pacto, & prouidētia non poteſt alienari ſine conſenſu agnatorum,*

8 *Intellectus nouus Auctoris in §. ſed & res per quos fiat inueſt,*

9 *Subinfeudatio quæ permittitur de iure communi reſoluitur finita vita ſubinfeudantis, etiam ſi ſubinfeudatus velit recognoſcere feudum ab agnato.*

10 *Intellectus tertius, & verus auctoris in § ſed & res, per quos fiat inueſt.*

11 *Feudi alienatio an ſit licita inter agnatos.*

12 *Refutari poteſt feudum domino.*

13 *Feudum quando alienatur inter agnatos non eſt alienatio, ſed potius quadā refutatio, quia cenſetur feudum refutatum domino, & per dominum collatum agnato, & occultatur vnus actus.*

14 *Subinfeudatio, quæ permittitur de iure communi feudorum, reſoluitur finito feudo, ſiue per mortem, ſiue per delictū ſiue per refutationem.*

15 *Feudum quando alienabatur de iure antiquo licitè, aut concedebatur ad libellum, hæc alienatio, aut conceſſio reſoluebatur poſt mortem alienantis, ſeu concedentis.*

16 *Alienatio feudi licita non reuocatur ab emptore durante vita alienantis.*

17 *Feudum in caſu licitæ alienationis non amittitur, ſed reuocatur alienatio poſt mortem, ſecus in caſu illicitæ alienationis.*

18 *Intellectus §. Titius, ſi de feud. defunct. milit. in prima parte ſecundum Iſern. & alios, & nu 34.*

19 *Intellectus d. § in 2 par. ſecundum Iſer. & alios.*

20 *Intellectus d. §. Titius ſecundum Iacob. de Beluiſ.*

21 *Intellectus Iſer. & aliorum impugnatur per auctorem.*

22 *Intellectus Iacob. de Beluiſ. impugnatur per auctorem.*

23 *Feudum amittitur quando alienatio eſt illicita tam de iure antiquo, quam de nouo.*

24 *Feudi antiqui alienatio an inter agnatos permittatur proximiori tantū, vel etiam vlteriori, & recitātur tres opiniones in articulo.*

25 *Iſern opinio, quod liceat alienare feudum proximiori tantum, in quibus ſundatur.*

26 *Bald. opinio, quod licet alienare feudum etiam vlteriori agnato, ſaltem vt teneat durante vita, in quibus fundatur.*

27 *Refutatio feudi quæ fit domino tenet in vita refutantis tantum, quādo eſt antiquum*

tiquum ſecundum Iſer.

28 Alienatio feudi antiqui ex pacto, & prouidentia non pendet à voluntate domini, an valeat, ſed à voluntate agnatorum.

29 Feudi alienatio permittitur in vlteriorem agnatum cum conſenſu proximioris.

30 Donatio feudi, quæ ſit ſecundogenito cũ conſenſu primogeniti, valet.

31 Intereſſe voluntatis domini conſideratur in alienatione feudi.

32 Feudum antiquum ſi amittitur ob alienationem reuertitur ad agnatos, ſecundum Iſer.

33 Feudum ſi alienatur in vlteriorẽ agnatum habet, durante vita alienantis, poſt mortem reuertitur ad proximiorem ſecundum auctorem, ſuſtinendo opinionem Bald. contra Iſer. & reſpondendo iuribus, in quibus Iſern. fundatur.

34 Feudi alienatio inter agnatos, ex quibus iuribus feudalibus permittatur.

35 Subinfeudatio in fraudem legis eſt nulla.

36 Gloſ. in § ſed & res, per quos fiat inueſtitura in verbo reſtituere, impugnatur.

37 Aluarotus in §. ſed & res, reprehenditur.

38 Emptor pretium amittit, & venditor feudum, quando aliquid machinatur in fraudem legis prohibentis feudi alienationem.

39 Pretium non poteſt repeti ab emptore malæ fidei, etiam ſi cauerit ſibi de euictione.

40 Gloſ. in § ſed & res, per quos fiat inueſt. dum dicit, quod ille tex. loquitur in contrahente bona fide reprehenditur.

41 Feudum antiquitus poterat alienari ſine aſſenſu ſecundum prauam conſuetudinem, ſed ſecundum bonam poterat alienari antiquitus vſque ad medietatem.

42 Prælatio competebat domino poſt agnatos de iure antiquo, quando licebat ſine aſſenſu in totum, vel pro medietate feudum alienari.

43 Prælationis effectus hodie ſublatus eſt, quia prohibita eſt alienatio, & feudum amittitur, & redit ad dominum, vel ad agnatos ſed haberet locum, vbi eſſet conſuetudo, quod poſſit fieri alienatio ſine aſſenſu.

44 Intellectus nouus, & verus in §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura.

45 Prælatio competebat agnatis de iure antiquo, quando feudum infeudabatur in fraudem agnatorum, ad excludendos ipſos à prælatione, quæ habebat locum in venditione, non in ſubinfeudatione.

46 Intellectus §. callidis, de prohib. feud. alien. per Feder. ſecundum Iſern. vt loquatur in feudo nouo.

47 Subinfeudatio regulariter permittitur de iure communi, & hæc regula ampliatur tripliciter extra Regnum.

48 Subinfeudare licet in Regno in tribus caſibus.

49 Regula quod licet ſubinfeudare de iure communi, limitatur ſeptem modis.

50 Subinfeudatio in Regno eſt prohibita, etiam per regulas iuris communis feudorum, circumſcripta conſtitutione Regni.

51 Subinfeudatio an reſoluatur reſoluto iure ſubinfeudantis, tam ſi reſoluitur per mortem, quam ſi per culpam, aut refutationem, & tam quoad agnatos, quam quoad dominum, & tam in feudo hæreditario, quàm in non hæreditario ex dictis Doctorum.

52 Subinfeudatio ſi reſoluitur reſoluto iure infeudantis, vtrum teneantur dominus, vel agnati ſtare infeudationi, ſi infeudatus offerat ſeruitium, & velit feudum ab ipſis teneri.

53 Camerarius in articulo an reſoluto iure infeudantis reſoluatur iure infeudati in Regno impugnatur.

54 Subinfeudatio ſi reſoluitur reſoluto iure

infeu-

inſeudantis, & non in beneficium filiorum procedit, quando filius non facit inuentarium, ſecus quando facto inuentario ſecundum opinionem Iſern.

55 *Felonia reſpiciens dominum, ſecundùm opinionem Iſer. non nocet agnatis.*

56 *Refutari poteſt feudum domino inuito, quando non eſt conceſſum ſub certo ſeruitio.*

57 *Reſoluto iure infeudantis per refutationem, an reſoluatur, quando eſt voluntaria ex parte domini, puta ſi feudum eſſet conceſſum ſub certo ſeruitio.*

58 *Refutari an poſſit feudum domino inuito in* Regno.

59 *Feudatarius, qui habet feudum, & plures creditores, qui non habent feudum obligatum, ſi refutat feudum Regi, an* Rex *teneatur ſoluere debita, & quid in alijs caſibus.*

60 *Donatarius feudi in fraudem creditorum, an teneatur reſciſſa donatione ad debita in actione perſonali.*

61 *Venditio feudi inter agnatos an hodie ſit licita, vel tantum ſimplex refutatio.*

62 *Camerar. opinio, quod non poſſit vendi feudum inter agnatos ſine aſſenſu reprobatur.*

63 *Refutatio, an ſit contractus diſtinctus.*

64 *Refutatio in quibus iuribus feudalibus reperiatur, tam quoad dominum, quã quoad agnatos.*

65 *Intellectus* §. *& ſi libellum, de alienatio. feud pater. &* §. *ſed & res, per quos fiat inueſt. an ſint hæc iura correcta per legem Lotharij, & Federici, vel per leges Regni.*

66 *Refutare non licet partem feudi iuris Francorum, quia non eſſet ſimplicem refutationem facere.*

67 *Refutatio vt valeat, eſt neceſſe, vt cadat in aliquod nomen contractus.*

68 *Inueſtitura noua an ſit petenda per feudatarium, qui amiſit feudum poſt culpam ei remiſſam, tam ſi eſt abducta poſſeſſio, quam ſi non eſt abducta, & tam ante ſententiam, quam poſt.*

REPE-

REPETITIO

§. ſed etiam res, per quos fiat inueſtitura.

SVmmarium, deciſionem, & caſũ iſtius text. qui eſt de difficilioribus totius libri feudorum, clarius habebitis poſt oppoſitiones. Ibi nec per beneficiũ dari conceditur, oppono, feudatarius licet non poſſit alienare,
1 poteſt tamen in feudum dare [cap.1.§.ſimiliter de leg. Cõrad. cap.1.§.ſi verò, qual.ol.pot.feud. alien.cap.1.§.beneficium, ſi de feud.defun. mil. probat tex. in c. imperialem. §. illud de prohib. feud.alien.per Feder.] & procedit de iure communi feudorum, etiam poſt prouiſionem Federici, de qua in d. cap. Imperialem, quia cum expreſsè per illam legẽ non ſit prohibita ſubinfeudatio, remanet ius antiquum (per quod permittitur) incorrectum [l.ſan-
2 cimus.C.de teſtam.l.præcipimus C.de appell.ita gloſ.feudalis magiſtra, quæ communiter allegatur in cap.1. §. præterea de cap. Conrad. ſed reperitur impreſſa (notate hoc) in rubr. de alienat. feud.pat.tenet idem in d.§. præterea, Iacob. de Beluiſ.qui dicit, quod iure antiquo nouo, & nouiſſimo permittitur ſubinfeudatio, Iſern.num.7.Bal.in prin. Aluarot.1. col. Præpoſ. poſt princ. gloſ.in d.cap.imper.§.callidis, & in d.§.illud, gloſ. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſt.Iſern. in c. 1.verſ.vel aliquod, de proh.feud. alien. per Lothar. & iſta opinio ab omnibus approbatur, ſecundum Curt.4.par.tract.feud.§.aggredior primam.] Quomodo ergo hic dicitur, quod non poteſt
3 fieri infeudatio, timore iſtius cõtrarij [d.glo.in rub.de alien.feu. pater.] intelligit principiũ iſtius tex.vt non loquatur in feudo, ſed in re ſpeciali prohibita alienari, puta per teſtatorem, vt illa res non poſſit in feudum dari, comprobatur hic intellectus, quia hic tex.paulo poſt facit regulam in feudo, quod poſſit cuilibet ſubinfeudari, & limitat, niſi fiat in fraudem, & ſecundum iſtum intellectum vitatur contradictio, quæ alias oriretur ex verbis iſtius
4 tex. ſi principium intelligeretur in feudo, Afflict.hic circa hunc intellectum impugnat gloſ. & bene, quia ſi tex. in principio facit regulam negatiuam alienationis, & ſucceſſiuè ſubinfeudatio-

tionis etiam & poſt regulam ſe-
quitur exceptio, quæ loquitur in
feudo; quomodo dicendum eſt,
quòd regula non loquitur in feu-
do, cum per exceptionem, & ex
illius qualitate regula declaratur,
& de quo genere regula loquitur
[l.nam quod liquide.§.fin.ff. de
pen.lega.Bar.in l.2.ff.de reg.iur.
Ipſe autem trepidando dicit pro
vitanda contrarietate text.quod
in principio prohibetur ſubin-
feudatio,mediante pretio, & re-
citatur ius antiquum,in fine per-
mittitur ſubinfeudatio ſine pre-
tio,vel cum pretio,cum conſen-
ſu domini, & ponitur regula,
quod res prohibita alienari,vt eſt
feudum,nõ poterat olim in feu-
dum concedi, mediante pretio,
& ponantur duæ limitationes,
prima, vt poſſit vendi agnato
proximiori; ſecunda,quod poteſt
5 in feudum concedi ſine fraude,
etiam extraneo: ſed verè ſenex
ille non intellexit text. iſtum, &
ſe inuoluit,quoniam text. iſte in
principio ponit regulam, apertè
dicendo, quod feudum non po-
teſt in feudum dari, in fine verò
facit regulam, qnod poteſt feu-
datarius infeudare, quam limi-
tat in caſu,quando fieret in frau-
dem,pretio interueniente: ergo
quomodo regula poteſt eſſe, vt
Afflictus dicit, quod feudum nõ
poteſt ſubinfeudari mediante
pretio. Præterea quæ differen-
6 tia eſſet inter regulam,quam po-
nit Afflictus, & limitationem,
conſiderabam propterea ſi dici
poterat, quod text. iſte velit di-
cere hoc, quòd etiam feudum,
cuius alienatio prohibetur niſi
in caſibus, nec in feudum dari
poteſt,ſupple quandoque, & po-
ſtea exemplificat hoc dictum,po
nendo caſus,in quibus licet alie
nare, vt puta quando venditur
proximiori,ſecundo, quando da-
tur in feudum,quod limitat, niſi
fiat in fraudem, & ex limitatio-
ne, habetis exemplum quomo-
do quandoque prohibeatur ſub-
infeudatio;& ita intelligendo eſ-
ſet conſtruenda litera,ſed etiam
res, cuius alienatio prohibetur
niſi in caſibus,nec per beneficiũ
dari conceditur, vt ecce ſi quis
ex agnatis tuis,&c. Sed quia hic
intellectus alterat, ſeu præpoſte-
7 rat ordinem literæ, Ideo vlterius
conſiderate,quod alienatio feudi
paterni ex pacto, & prouidentia
eſt prohibita ſine cõſenſu agna-
torum [cap,1.de alien.feud.pat.
8 & hæc eſt regula,quæ ponitur in
illo tex. quæ in hoc tex. declara-
tur, & limitatur in duobns caſi-
bus.Primo, quãdo venditur feu-
dum agnato. Secundo, quando
fit ſubinfeudatio etiam extraneo
ſine fraude,& ſic ſenſus erit feu-
dum paternum ex pacto, & pro-
uidentia non poteſt alienari, nec
in feudum concedi ſine conſen-
ſu agnatorum, niſi in caſibus
præmiſſis.

Pri-

Primus, quãdo venditur agnato. Secundus, quando ſubinfeudatur ſine fraude, vt dixi; Suadetur hoc, quia text. in §. præcedenti ponit aliam regulam, quòd prohibita alienatione propter impedimentũ perſonæ eſt prohibita ſubinfeudatio, vnde ſequitur, vt ſit idem, quando alienatio eſt prohibita propter impedimentũ rei, vt in feudo ex pacto, & prouidentia ſine conſenſu agnatorũ, ut regulariter ſit etiam prohibita ſubinfeudatio, niſi quando ſine fraude, & ita intelligendo litera non violatur, & omnis contradictio ceſſat, & ſimul oppoſitio ex iuribus permittentibus ſubinfeudationem, ex communi concluſione, & ita non obſcurè voluit Iſern. hic in principio, dum dixit, quòd text. loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia, quod non poteſt alienari, nec in feudum dari, niſi in caſibus, quando venditur proximiori, & quando datur in feudum ſine fraude, etiam extraneo, ſic et Iſern. contrarietatem iſtam, quæ inſurgit ex litera, nec oppoſitionem põderauerit, & ſi quis veſtrum diceret, quod ita text. iſtum intelligendo valde reſtringitur regula, quæ prohibet ſubinfeudationem, vt tantũ procedat, quãdo ſit cum fraude, maxime quia text. in verbo per feudum videtur facere regulam, quod licita ſit ſubinfeudatio cũ limitatione, quando in caſu fraudis, & limitatio eſſet magis generalis, quam regula. Aduertatis, (& nunc tranſeo ad tertium intellectum) ex quo etiam reſultat concordia verborum in tex. poſitorum, quæ videntur contraria, pro cuius intelligentia præmitto concluſionem illam latius tra-

9 ctandam cum Iſer. ſcilicet, quòd ſubinfeudatio eſt permiſſa ſine aſſenſu Domini, & agnatorum in feudo ex pacto, & prouidentia durãte tamen vita feudatarij infeudantis, qua finita, ſubinfeudatio reſoluitur, probat [tex. in cap. 1. §. ſi verò, qualiter olim poter. feud. alien. in cap. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feud. in §. ruſſus, quibus mod. feud. amitt. vbi Iac. de Beluiſ. Iacob. de Ardiz. in prima part. 5. car.] immo, finita vita infeudantis, in tantum reſoluitur in beneficium agnatorum, quod non tenentur ſtare infeudationi, etiam ſi velit infeudatus recognoſcere ab ipſis feudum, prout tenetur dominus, per [tex. in d. §. ſi verò, ita Iſern. hic, Aluarot. in cap. 1. §. præterea de cap. Conra. Bald. in conſi. 16. & 265. 1. vol.] hoc præmiſſo, text. eſt clariſſimus, & nullam habet contradictionem, & procedit regula ge-

10 neralis, & ſequitur limitatio cũ ſublimitatione, principium enim poteſt intelligi in ſubinfeudatione, quæ non permittitur, vt valeat perpetuo, maximè in præiudicium agnatorum, finis verò loquatur

quatur de ſubinfeudatione permiſſa in vita ſubinfeudantis, & ſic habemus ex hoc tex. regulam generaliter prohibentem ſubinfeudationem, quæ limitatur durante vita feudatarij, & hæc limitatio limitatur, & declaratur, quando ſine fraude: & hæc eſt veritas, & ſecundum ipſam te-
11 nete. Ibi alij eam vendere, niſi tibi, vel alij proximiori, ergo licita eſt alienatio feudi inter agnatos, qui ſunt quaſi conſortes in feudo. Contra nam, aut contractus prohibetur à lege fauore cauſæ, puta fauore alimentorum, de quibus lex prohibet fieri tranſactionem ſine decreto prætoris [l. cum hi. ff. de tranſact.] & tunc prohibitio extenditur etiam ad conſortes, & coniunctos in legato alimentorum, vt [in d. l. 1. §. ſi vni, aut prohibetur fauore perſonæ, puta fauore minoris, & idẽ nec inter conſortes voluntariè, licet [l. ſi pupillorum, in princ. ff. de reb. eorum] aut alienatio prohibetur fauore tertij, & non valet eo non conſentiente [l. cum pater. § libertis. ff. de leg. 2. l. quoties, la prima, C. de fideicomm.] aut prohibetur alienatio fauore publico, & ſic eſt præciſa prohibitio, & tunc nullo modo fieri poteſt, exemplum eſt in [l. quẽadmodum. C. de agric. & cenſit.] aut prohibetur, quia ſic volo, ſic iubeo, & tenaciter verbis inhærendum eſt, nec reſtringere verba poſſumus, nec addere [l. proſpexit. ff. qui, & à quibus. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matr.] Sed alienatio feudi non poteſt eſſe prohibita, niſi altera ex præmiſſis rationibus, ergo nec inter agnatos licere debet ſine conſenſu do-
12 mini pro ſolutione, conſiderate, quod feudatarius poteſt refutare feudum in manu domini [cap. 1. in fin. de vaſſ. qui cont. conſt. Lothar. probatur in §. profecto, quid iur. ſi vaſſ. poſt alien. feud. recup. & c. 1. de vaſſ. decrep. ætat.] Sed
13 quando fit alienatio inter agnatos non eſt alienatio, ſed potius quædam refutatio, quæ videtur fieri in manibus domini breui manu, & ab ipſo domino ſtatim fieri collatio, occultatur enim vnus actus, quia vbicunque duo actus interueniũt, vnus verus, & alter fictus, tũc tacitus actus occultatur quoad verba, ineſt tamẽ quoad iuris diſpoſitionem [l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. l. 3. §. ſciendum. ff. de don. inter vir. & vxor. & hoc eſt, quod voluit dicere tex. in c. 1. §. & ſi libellum, de alien. feu. pat.] ibi nõ eſt libellus. i. alienatio per contractum libelli, ſed quaſi refutatio, & notate hoc, quia maximi ponderis, quia ille tit. de alie. feu. pat. ſequitur immediatè poſt tit. de vaſ. qui cõt. cõſt. Loth.] vbi in fin. dicitur illud, qđ vaſſallus poteſt ſine conſenſu dñi ei feudum refutare, immo antiquitus non erant rubricæ ſepara-

tæ,vt colligitur ex sũma[Odoffr. & Iac. de domino Ardiz.] & ſic ceſſat oppoſitio, quia non agnatus,ſed dñs feudum agnato confert,quæ collatio, vt dixi, quoad verba occultatur,ſed ineſt quoad iuris diſpoſitionem;licita eſt, ergo alienatio inter agnatos, quia non eſt alienatio;ſed potius quędã refutatio,& reaſſignatio feudi
A in manibus domini. A Sed nũc oppono,aut hic tex.qui permittit alienationem inter agnatos,intelligitur, dummodo agnatus cui ſit alienatio ſit proximior agnati alienantis, vt indicat verbũ illud proximiori,& tunc cõtra de[tex. in §.Titius,ſi de feu.def.mil.] ſic illum inducendo, vbicumq; conſuetudo,ſeu lex feudalis non improbat, nõ reſiſtit,ſed approbat, vel aſſiſtit ſuper contractu, qui celebratur à feudatario circa feudum,tunc ex illo contractu, quẽ facit feudatarius trãsferendo etiã feudum in alium,non oritur pęna caducitatis feudi,quia non facit cõtra legem, nec in vita alienantis moleſtatur emptor, aut aliter contrahens nec à domino feudi,nec ab agnatis,ſed expectatur mors feudatarij;& poſt mortẽ, vel dominus, vel agnatus re-
14 uocat feudum,exemplũ eſt,feudatarius non alienat, ſed dat alio in feudum,hæc infeudatio durat donec durat feudũ penes infeudantem,quia ſi feudum finitur,& redit ad dñm, uel per mortem feudatarij, uel propter delictum, aut propter refutationem, quam faceret feudatarius feudi in manibus dñi, reſolueretur infeudatio [c.1.qual.ol pot.feu.al.c. 1. §. rurſus,de contr. inueſt.] ergo interea ille,in quẽ feudũ eſt trãsla-
15 tum per alienationẽ,tutus eſt,ſic etiã erat de iure antiquo, alienabatur feudum,vel concedebatur ad libellũ,ꝙ licebat uſq; ad medietatem,hæc alienatio,ſeu ad libellum conceſſio durabat durãte uita alienantis, eo mortuo reſoluebatur [d.c.1.qual.ol.feu.ali. c.1.§.rurſus quib. mo. feu.amit.]
16 & in agnato, quod non reuocet alienationẽ licitam uiuẽte agnato,ſed reuertatur poſt mortẽ tñ, eſt [tex.in c.1.§.hoc quoque,de
17 ſucceſſ.feu.] & ſic eum,in quem eſt facta trãslatio feudi eſſe tutũ durante uita transferentis,oritur, quia cõtractus non eſt à lege feudi prohibitus,quia ſi eſſet prohibitus ſtatim amitteretur [c.1.§.ſi libellario, quib.mo.feu. am.c.1. de uaſſ.qui cont.conſt. Loth.c.1. de proh.feud.al.per Loth.c.1. de proh.feu.al.per Feder.& hoc eſt, quod uoluit gloſ. in c.1. in uerb. partẽ,de ſucceſ.feu.quam ſic declarat Iac.de Belu.Bal.& Præpo.] ibi uoluit,nãq; in effectu,aut alienatio eſt facta conſuetudine approbante, & agnatus nõ reuocat niſi poſt mortẽ, aut cõſuetudine refragante, & agnatus reuocat in uita:ſed tex.in d.§.Titius dicit,qđ ſi fiat

ſi fiat alienatio feudi in vlteriorẽ agnatũ, agnatus proximior nõ reuocat niſi poſt mortẽ alienantis; non in vita, ergo per vim fateri oportet, quod ſit permiſſa alienatio inter agnatos, & nõ requiritur, quod fiat proximiori; Aut nõ requiritur, quod ſit ꝓximior, ſed ſufficit, quod ſit de agnatis, vt indicat alternatiua, vel, in tex. poſita, verba enim hic diriguntur ad agnatum remotiorem, & tex. dicit; tibi, vel agnato proximiori, & tunc oppono de tex. in §. porro, qual. olim pot. feud. alien.] vbi proximus agnatus vocatur, & præfertur domino in redimendo feudum alienatum, ſol tex. in §. Titius continet tres partes, in prima loquitur, quando agnatus alienans partem feudi agnato vlteriori, non habet filios; in ſecunda, quando habet filios; in tertia, quando lapſus eſt annus à tẽpore ſcientiæ alienationis: intel-
18 lectus d. §. eſt varius tam in prima, quam in ſecunda parte, Iſer. namque ibi, Aluarot. Præpoſ. & Afflict. primam partem intelligunt, vt loquatur, quando alienatio partis feudi fuit facta in agnatum vlteriorem cum aſſenſu domini: & ideo ipſe dicit, quod reuocat poſt mortem, non in vita.
19 Secundam vero partem intelligunt, vt non loquatur in agnato reuocante, ſed in filijs reuocantibus in vita, reddito pretio, & quod ſit differentia inter filios, & agnatos, ut agnati reuocent poſt mortem ſine pretio, quãdo cum aſſenſu in ulteriorem agnatum, filij autem in uita reddito pretio. De intellectu ſecundæ partis nõ tractabimus principaliter hodie, ſed in ſequentibus; quia oppoſitio formata fundatur in prima parte, ubi dicitur, quod agnatus reuocat poſt mortem, quando in agnatum ulteriorem. Si tenemus uerum intellectum Iſern. in prima parte, quod fuerit facta alienatio cum aſſenſu domini, oppoſitio ceſſat; quia ſtante aſſenſu in caſu illius §. non poteſt ſumi argumentum, nõ reuocat niſi poſt mortem, ergo licita eſt alienatio: quia hoc, ſecundum Iſern. oritur ex aſſenſu, quia ſi ſine aſſenſu re-
20 uocaret in uita, Iacob. de Beiuiſ. ibi, qui intelligit tex. quod ſemper loquatur in agnato, & quod in prima parte agnatus alienans non habet filios; in ſecunda habet filios, intelligit tex. ut loquatur de alienatione illicita, arguens, quia reuocat in uita, ergo alienatio illegitima, quia aliàs non reuocaret niſi poſt mortem, ſecundum [gloſam magiſtram in uerbo partem, in cap. primo, de ſucceſſion. feud. & ita etiam tenet Bald. in §. hoc quoque, de ſucceſſ. feu.] ſi tenemus hunc intellectum, oppoſitio pariter ceſſat, quia ſecundum hoc tex. non permittit alienationem in ulteriorem agnatum. Ego autem

21 inſto contra vtrumque intellectũ,& primo contra intellectũ Iſer. ſubaudire aſſenſum in caſu illius §.eſt diuinare penitus, & vt videtis, intellectus eſt diuinatiuus non attendendus [argum.l.ſi putator.ff.ad leg. Aquil.] vnde oritur iſta neceſſitas ſubaudire hoc factum extrinſecum, ideſt aſſenſum hominis? videamus quæſo, ſi hoc ſupplet Iſern. pro euitanda contrarietate cum alijs iuribus feudalibus, vel potius pro uitanda contrarietate illius text.cum ſua opinione. Conſueuerunt plerũque, immo ſemper Doctores, cum prorumpunt in vnam opinionem, & inueniunt iura, quæ repugnant, adaptare iura ſuæ opinioni. Iſern.qui fuit in opinione,quod non poſſit fieri alienatio in vlteriorem agnatum,voluit illum text.de directo probantem contrarium ſuæ opinioni accommodare, quoniam ex ponderatione iurium,quę adducuntur infra pro opinione Iſern.quòd non poſſit fieri in vlteriorem,videbitis, quòd ex illis non oritur neceſſitas ſupplendi in §. Titius aſſenſum hominis, imo potius ſi quid dubitationis ſupereſſet ex iuribus, quæ pro vtraque opinione ponderabuntur, in articulo an licet, vel non alienare in vlteriorem illud penitus remouetur,ex [tex.in §.Titius] intelligendo ſimpliciter; vt litera loquitur,& per illum alia iura in hoc articulo declarantur, ſublata dico ſubauditione, quæ fieri non debet niſi ex neceſſitate,cauſa euitandæ contrarietatis,
22 vt dixi. Secundo contra intellectum Iacob.de Beluiſ. ipſe adeo dicit, quod alienatio in caſu illius §.erat illegitima, quia reuocatur in vita, cum legitima alienatio non reuocatur ab agnatis niſi ſequuta morte, ſecundum [gloſ.magiſtram in d §.hoc quoque, in verſ.partem] quæ, dum agitur de reuocatione facienda ab agnatis,ſi in vita alienãtis, vel in morte, diſtinguit: aut alienatio eſt legitima; & non reuocatur niſi poſt mortem,vt [in d. §. hoc quoque,aut illegitima,& reuocatur in vita,quam diſtinctionem ſequitur ipſe ibi Bald. Aluarot.& Præpoſ.] hæc ſua conſideratio manifeſtè concludit contra ipſum,quia in §. Titius,agnatus non reuocat niſi poſt mortẽ, ergo alienatio legitima, & licet reuocet etiam in vita agnatus, quando agnatus alienans habet filios, intelligendo illum tex. ſecundum eum in 2.dicto, vt non loquatur in filio, ſecundum Iſer. ibi, ſed in agnato tamen redit pretium, quod ideo eſt ſecundũ eum ibi, quia in ſecundo caſu, quando agnatus alienans habet filios,releuatur agnatus,quia vincit filios, & reuocat in vita non expectata morte, ideo grauatur in reſtitutione pretij,& ſic reuocatio

catio in vita non oritur ex illegitima alienatione, ſed quia agnatus alienans habet filios, ſecundum eum loquor, vt in colluctatione,ſuis armis vtar.Inſuper tex. ille non poteſt loqui de aliena-
23 tione illegitima, quia quando lex non aſſentit alienationi feudum amittitur tam de iure antiquo [cap. 1.§.ſi libellario, quib. mod.feud.amitt. quam de iure nouo;cap.1.de prohib.feud. alie. per Feder.cap.4.de prohib.feud. alien.per Lothar.] & vel reuertitur ad dominum,vel ad agnatos, ergo neceſſe eſt; vt loquatur de alienatione licita non prohibita. Præterea cur potius debet Iaco. de Beluiſ. ſumere argumentum à ſecundo dicto,reuocat in vita, reddito. pretio, ergo eſt illegitima,& non à primo non reuocat niſi poſt mortem, ergo legitima.

24 Pro ſolutione oppoſitionum diſcutiendus eſt articulus an liceat alienare feudum paternum agnato remotiori, vel permittatur proximiori tantum,quæ quęſtio maximam in ſe continet dubitationem, & aliàs in hoc articulo Collegium Bononienſe, & Collegium Mediolanenſe fuerũt contraria,& tres in hoc ſunt opiniones. Prima affirmatiua,quod liceat indiſtinctè. Secunda negatiua, quod non liceat indiſtinctè. & hanc tenet [Iſern. in cap. 1.ver.& licet,de alien.feu. pater. & hic, & in §. Titius, ſi de feud. defunct. mil. Tertia eſt opinio media, quod licet alienare remotiori, vt teneat in vita alienantis, quo mortuo redeat ad proximiorem,& iſtam opinionem tenet [Bald. in cap. Imperialem, col.2.in fin. de prohib.feu. alien. per Feder.& in cap. 1. col.3. de alien. feud. vbi Aluarot. verſ.fin. & Afflict.num.22.idem Aluaro. in d.§.Titius.colum.3. 3. notab. & in cap.1.colum.2. de alie. feu. pater.]Quid dicendum? difficultas conſiſtit inter ſecundam, & tertiam opinionem,quia de prima non eſt curandum, & ſatis confunditur ex his, quæ [Bal.allegat in d.cap. 1. de alien. feud.] Mecum ex vna parte pugnat auctoritas Iſern. quæ eſt (prout eſſe debet) maxima: ex altera verò ęquitas opinionis Bald. & aliorũ ſatis me mouet. Sed videamus iura, & rationes vtriuſque opinionis,vt valeatis diſcernere,quę
25 ſint maioris ponderis. Pro opinione Iſer. ipſe principaliter pôderat [tex.in cap. 1.de alien. feu. pater.] ibi agnatis conſentientibus, ad quos beneficium quandoque eſt reuerſurũ,quod verſus Iſer. intelligit de proximioribus, & poteſt ille tex.ita intelligendo vltra Iſern.ſic ponderari, paria ſunt cedere agnatis, & concedère agnatis cõſentientibus [l.quoties.C.de fideicom.]ſed dum requiritur conſenſus agnatorum

in alienatione feudi requiritur, vt ſit proximior, vt ibi, ergo eodem modo non poteſt fieri ceſſio, niſi proximioribus agnatis: ponderat inſuper [Iſern. text. in cap. 1. an. ille, qui interf. frat. dom. ſui] vbi feudo finito ex culpa, quæ non reſpicit dominum, proximior agnatus vocatur, ergo idem quãdo finitur per refutationem, quia feudum finiri per culpam, per mortem, & per refutationem, æquiparantur [cap. 1. qual. olim poter. feud. alien. cap. 1. §. rurſus, quib. mod. feud. amit.] & ita confirmat Iſern. argumentum. Tertio facit [tex. in cap. 1. §. præterea quibus mod. feud. amit.] vbi requiritur conſenſus agnati proximioris, vt teneat inueſtitura feudi in alium facta. Quarto facit tex. in d. §. porro] vbi proximus agnatus eſt ille cui competit prælatio, quando feudum eſt legitime vẽditum. Pro opinione Bal. ſatis vrget iſte tex. hic enim verba diriguntur ad agnatum remotiorem, & tex. dicit, non licet vẽdere alio, niſi tibi, vel alio proximiori, ita quod nõ curatur, quod fiat proximiori, ponderando illã alternatiuam, vel in tex. poſitam. Secundo ſatis pro hac parte facit [tex. in cap. 1. §. & ſi clientulus, verſ. fratri uerò] ubi ad finem, ut alienatio, quæ fit inter agnatos, duret finito feudo, ſufficit, quod fiat alteri ex agnatis, & non ponderatur gradus proximitatis, quia dicit fratri, vel nepoti, ita quod uult denotare ipſam agnationẽ, non proximitatis gradum, unde magis gratia exempli de fratre, & nepote loquitur, quam gratia reſtringendi. Tertio, pro hac parte ponderari poteſt [tex. in cap. 1. in princ.] ſecundum unam lecturam, dum dicit, quòd feudum paternum non poteſt alienari, niſi conſentientibus agnatis, ad quos quandoque feudum eſt reuerſurum, ita quod poteſt intelligi de omnibus, non de proximioribus. Quarto, fortiſſimè ſtringit [tex. in §. Titius] ubi facta alienatione in agnatum remotiorem, agnatus proximior non reuocat, niſi poſt mortem; Ideo gloſ. 1. in hoc §. ſentit, quod ſufficit, quod ſit de agnatis, dum allegat [tex. in l. pater in §. quindecim, de leg. 3.] vbi ſufficit, quod fiat alienatio inter conſortes, nec intereſt ſi fiat vni, uel alijs, & ideo etiam Iac. de domino Ardiz. in 2. par. quod ſupra dictum eſt, ſimpliciter dicit, quod agnatis poteſt alienari ſine aſſenſu. Quinto pro hac parte facit [tex. in cap. 1. §. hoc quoque, de ſucc. feud. iunct. tex. in cap. 1. de alien. feu. pater.] ita inducendo, prohibetur namq; dominus confirmare feudum paternum in filiam ſine conſenſu agnatorum, ut in [cap. 1. de alie. feud. pater.] & tex. ibi dicit, quod ſi feudatarius habẽs feudum antiquum ex pacto, & prouidentia fecit

Note: margin number 26 appears beside "mè vẽditum. Pro opinione Bal."

fecit filiam inueſtire, reuertetur feudum ad fratrem, eo mortuo ſine maſculo, ergo in uita tenebit filia, quod tenet Iſern. ibi.
27 Sexto idem dicitur in refutatione feudi paterni, quæ fit domino ſine conſenſu agnatorum, vt teneat dominus in vita agnati refutantis, ſecundum [gloſ. in d. c. 1. de alien. feud. pater. Iſern. ibi verſ. res ita in fi. tenet quod glo.] ergo idem quando fit alienatio inter agnatos, quæ vim refutationis habet in manibus domini, & occultatur vnus actus, vt ſupra dixi. Septimo pro hac parte contra opinionem Iſer. arguo ineuitabiliter, validitas, vel inualiditas
28 alienationis feudi paterni ex pacto, & prouidentia quando fit in agnatum remotiorem non pendet in aliquo à voluntate domini, ſed à ſimplici, & nuda voluntate, ac conſenſu agnati proximioris, quod ſiue aſſentiat alienationi, ſiue ratam habuerit poſt expreſsè, ſiue tacitè per lapſum anni à tempore ſcientiæ, alienationem validat [d. cap. Titius, iunct. gloſ. in verb. conſentit. cap. 1. de alien. feud. pater.] ibi vel poſtea ratum habentibus, vbi gloſ.
29 & per illum tex. ſubſtinetur ſine alio aſſēſu domini alienatio, quæ fieret in agnatum remotiorem cum conſenſu proximioris ſecundum [Camerar. in repet. cap. Imperialem, fol. 25. col. 3. liter. O.] & hoc eſt, quod voluit Iſern. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. in 2. colum. poſt medium, in verſ. ſed ſi fundum, de natu. ſucceſſ.] dum admittit refutationem, quæ fit per auum nepoti cum conſenſu filij, voluit [Bald. in cap. 1. col. 4. verſ. ſequitur ergo, de alien. feud. quem ſequitur Loffred. in cap. Imperialem, de prohib. feu. alie. per Feder. & Aluarot. cap. 1. col. 2. in fine. de alien. feud. patern.]
30 quod notate pro validitate donationis, quæ fit ſecundogenito cum conſenſu primi, ſine Regio aſſenſu, pendet ergo à voluntate proximioris, ſed ſi dices (tu ſub-
31 ſiſte parumper) non ne in alienatione feudi conſideratur intereſſe domini ratione voluntatis? vt docet [Iſern. in cap. Imperialē col. 1. in fin. & col. 2. & 3. in prin. de prohib. feud. alien. per Feder. & in cap. 1. §. præterea de cap. Conrad. per tex. in l. fin. ff. de vſu, & habit.] Vnde cum dominus perſonas vocauerit, ad quas ſua voluntate in infinitum feuda peruenire debent ſuo ordine, hunc ordinem præpoſterare eſt offendere voluntatem domini, maximè quia alienatio eſt generaliter prohibita, & ſi permittitur inter agnatos debet intelligi, ꝓut ius intelligit, ſcilicet in ꝓximiorem, qui ad feudi ſucceſſionem vocatur [d. cap. 1. an ille qui interſ. fratr. dom. ſui.] contemnitur ergo hoc caſu dominus, & proinde amittitur [cap. 1. §. denique, quæ

quę ſit prima cauſa beneſ.amit.] Reſpondeo affirmare pro conſtanti, quod non ſit permiſſa alienatio in vlteriorem agnatũ, & hunc actum eſſe incluſum in prohibitione alienationis, eſt cedere id, de quo principaliter diſ-
32 putatur, ſed ponamus quòd hoc ita procedat, & feudum amittatur, ad quem reuertitur ad dominum, vel ad agnatum proximiorem, dices tu ſimul cum Iſern. Ita ipſe in [d.§.Titius, & in d.§.& ſi libellum in prin.] ad agnatum proximiorem, hoc manifeſtè fundat, quod intereſſe voluntatis domini non eſt in conſideratione, quando fit alienatio in agnatum remotiorem, quia ſi ad proximiorem reuertitur, & ille ratum habet, poſt, tacitè vel expreſsè, vt dixi, alienatio validatur, benè procedit intereſſe uolũtatis, quãdo fieret alienatio feudi paterni ex pacto, & prouidentia in extraneum, quia tunc concurrere debet conſenſus domini, & agnatorum [d.cap.1. de alien. feu.patern.] tunc enim offenditur voluntas domini, quando ipſius voluntas exigitur, ſed vt firmã remaneat alienatio in vlteriorem, non exigitur uoluntas domini, ſed ſufficit conſenſus proximioris, ergo eius uoluntas non offenditur, nec ipſe ex hac alienatione contemnitur, nec ratione damni, quia non ad eum reuertitur, nec ratione uoluntatis, quia eius uoluntas non requiritur, ſi non contemnitur, ergo non amittitur, quia ex cõtemptu oritur priuatio feudi d. §. denique, ſi non
33 amittitur, neceſſariò habebit agnatus ulterior, durante uita agnati alienantis, quo mortuo iure ſuo redibit ad proximiorẽ. Tenendo iſtam partem, non obſtãt iura, in quibus fundatur opinio Iſern. & primo [tex. in cap. 1. de alien. feud. pater.] quia ille nõ concludit perneceſſe, imo facit pro opinione contraria, ponderando illud aduerbium, quandoque, ex quo omnes agnati complectuntur, quia ad omnes agnatos in potẽtia poteſt reuerti feudum ex pacto, & prouidentia. Secundo non obſtat [tex. in cap. 1. an ille, qui interfecit, in §. præterea, & in §. porrò, quia in iſtis iuribus finitum erat feudum quo ad agnatum vltimum feudi poſſeſſorem finitum, dico, quia in c. 1. an ille, qui interf. erat. finitum per culpam in §. præterea erat finitum per mortẽ, & vt inueſtiretur alius agnatus non uocatus requirebatur cõſenſus agnati proximioris, ad quem erat delata feudi ſucceſſio in §. porro erat finitum, quia ſi feudatarius abdicauerat per legitimam alienationem, & ſic in omnibus iſtis iuribus factus erat caſus, in quo ſequens agnatus uocabatur, ſed in quæſtione præmiſſa non agitur poſt factum caſum, ſed dum res eſt

eſt in fieri,ſed ex alienatione,quę fit in agnatum ulteriorem , oriatur feudi caducitas , in quo non eſt uidendum,niſi an includatur hic caſus, uel excludatur à lege
34 permiſſiua alienationis inter agnatos,in quo tria habemus iura loquentia de iſta alienatione [tex.in cap.1.de alien.feud.pat.] ubi ſimpliciter dicitur inter agnatos, permittitur textus iſte ubi dicit tibi,uel alij proximiori, & ſic omnes includit,&[tex.in §. fratri uero,de alien.feud.]ubi dicitur fratri,uel nepoti. Hæc iura ſine §. Titius probant incluſionē iſtius caſus, & dum lex feudalis poſt factū caſum uoluit, ut proximior ueniret ad feudum, fecit idem quod lex ciuilis iure ſubiecta reſtitutioni, vt [in l. peto. §. fratre,in l.cum ita.§.in fideicom miſſo.ff.de leg.2.] & dum voluit conſenſus agnatorum,fecit idem quòd lex ciuilis,vt [in l. quotiēs.
B C.de fideicom. B

Oppono hic, dicitur,quod reuocat agnatus in vita. Contra, immo poſt mortē, & non in vita,vt [in d.§.Titius ſi de feu. defunct.mil.ſol.ſecundum Iſer.ibi] ideo nō reuocat in vita, ſed poſt mortem, quia alienatio erat facta cum conſenſu domini, & ſic intelligitur ille tex. ſecūdum eū, dixi, ita quod alienatio erat licita,ſemper enim, quod alienatio eſt licita, non fit reuocatio ab agnato,niſi poſt mortem, vt in [cap.1.§.hoc quoque,de ſucceſſ. feud.] & ita ſoluitur oppoſitio ex mente Iſern. ſed tenendo intellectum, quem infra nouiter dabo in vltima parte text. non erit ex alio neceſſe ſubaudire aſſenſum hominis ad illum tex. & ſic oppoſitio,ſine dubio; reſoluitur.

35 Oppono ibi,reſciſſa inueſtitura,quod nullum eſt reſcindi non poteſt [l. nam quod ſub conditione. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.] Sed ſubinfeudatio in fraudem legis eſt nulla, quia prohibita à lege,vt [in §.callidis, per tex.in l.non dubium. C. de legib.] ergo,&c.ſoluit gloſ. 1. hic quod tex.iſte in verbo reſciſſa, intelligitur de facto, vt notatur in [l. 1.C.de reſcinden.vend.] & hanc ſolutionem ſequitur Iſern. & alij. Oppono ibi reddito pretio,quod agnatus reuocans feudum alienatum, non reddit pretium,vt in §.Titius, vbi admittitur ad reuocandum poſt mortem, pretio non reſtituto. Duæ dantur ſolutiones. Prima, quod hic tex.loquitur in agnato, qui ſucceſſerat in allodiū agnato alienanti,& ſic ſoluit gloſ. hic in verbo reſtituere, & alij eam ſequuntur, Aluarot. ſoluit alio modo, quod in §. Titius reuocabat agnatus, ideo ſine pretio hic reuocabat, filius qui reuocat in vita,pretio reſtituto, intelligendo [tex.in d.§. Titius in 2. dicto, ſecundum Iſern. & Aluarott.]

ibi

ibi,vt loquatur in filio, qui admittitur ad reuocandum in vita
36 pretio reſtituto. Si attendimus primam ſolutionem maxima eſt ſubauditio ad tex.noſtrum,quod agnatus reuocans fuerit hæres in allodio agnati alienantis. Si attē-
37 dimus ſecundam, illa continet in ſe manifeſtam ignorantiam, quia apertiſſimè patet, quod hic text.non loquitur in filio, ſed in agnato reuocante: ibi, reddito pretio à te,vel ab alio proximiore, poteſt namque eſſe quis proximior patri quam filius.Ibi reddito pretio, ergo facta infeudatione pretio accepto, infeudato pretium reſtituendum eſt,reſciſſa inueſtitura.Oppono,quod immo infeudatus in fraudem, mediante pretio,pretium non recuperat [cap. 1. de prohib. feud.
38 alien.per Lothar.] vbi quando aliquid machinatur in fraudem illius legis,amittitur tam feudū, quam pretium, & propterea in [cap.Imperialem.§.callidis, de prohib. feud. alienat.per Feder.] dicitur, quod ſi fuerit facta inueſtitura pretio accepto in fraudem illius legis, punitur emptor, & venditor, & feudum amittitur, quod non poteſt eſſe niſi alter reſpectu feudi, alter reſpectu pretij, quia aliàs ſi feudum tantum amitteretur, & emptor recuperaret pretium, ipſe non puniretur; ſed tantum venditor, & ſic è conuerſo, ſi penes vēditorem remaneret pretium, ipſe non puniretur, ſed tantum emptor,vt aliàs regulariter eſt in emptore feudi malæ fidei, vt pretium non recuperet, nec uenditor retineat, ſed fiſco applicetur, qui eſt ſucceſſor malè acquiſito-
39 rum [l.Lucius. ff. de iure fiſci] immo nec datur repetitio pretij emptori malæ fidei, etiam ſi cauerit ſibi de euictione [gloſ. eſt ordinaria In omnibus iſtis in c. Imperialem, in verbo exempto. tenet ibi Bald. colum. ult. Aluarot.ibi col. 3. verſ. quæro ſubſequenter.Ioan.Rayn.verſ. habito, ibi, quæro quid ſi cautū, Card. Alex.col.2. verſ.nota quod ſolū, Andr.de Iſer.in cap.1.vbi Card. Alex. de inueſt. de re alien. fact. Ioan.Fab.in l.ſi fundi.C. de euic. gloſ.1.] hic ſentiens iſtam primam oppoſitionem, intelligit tex.vt loquatur in contrahente bonæ fidei,& ita [Iſern.& Aluarot. & proinde ceſſat oppoſitio de §.callidis] quæ intelligitur in contrahente malæ fidei: dictum in ſe,dum diſtinguitur inter emptorem bonæ fidei,& malæ fidei
40 verum eſt, ſed ſolutio nō poteſt eſſe vera,quia tex.dicit, eſt res data in feudum, in fraudem conſuetudinis, ſoluto pretio per infeudatum,ergo infeudatus in caſu iſtius tex.participauit de fraude;ſoluendo pretium,quod non conueniebat contractui infeudationis,ſed contractui venditionis,

nis, de cuius ſubſtantia pretium eſt [l. 2. ff. loca.] & ſic non poteſt dici, quod in caſu iſtius §. infeudatus erat bonæ fidei, niſi velimus ſubaudire diuinando, quod infeudatus fuerat ignorans fraudis, puta quod dixit infeudatus, quod habebat ad hoc aſſenſum à domino, vel quia aſſeruerat, quod fuerat ſub hac lege feudum ſibi conceſſū. Pro ſolutione eſt ſcien-
41 dum, quòd antiquitus, attenta praua, & irrationabili conſuetudine Mediolanenſium, licebat totum feudum, ſine aſſenſu domini, alienare [cap. 1. verſ. Mediolanenſes, de alien. feud. eſt tex. in cap. 1. quid iur. ſit ſi vaſ. poſt alie. feud. recuper.] vbi ſit mentio, quòd in quibuſdam curijs licebat in totum feudum alienare, de bona autem conſuetudine licebat alienare vſque ad medietatem ſine aſſenſu, neceſſitate ſuadente [cap. 1. qual. olim pot.
42 feud. alien.] ſed ſiue fiebat alienatio in totū, vbi in totū permittebatur, ſiue in partē, vbi in partē permittebatur, agnati poterāt in caſu præmiſſæ licitæ alienationis redimere feudum alienatum pro æquali pretio, & præferebantur domino, cui poſt agnatos hæc prælatio competebat, & hoc eſt, quod dicit [tex. in §. porro, qual. olim poter. feud. alien.] ibi ſiue de bona conſuetudine, ſiue de praua quæramus, hodie poſt le-
43 gem Lotharij, & Federici ſublatus eſt effectus prælationis, non quod ſit abrogata lex permittēs prælationem, quia etiam hodie ſi in aliquo loco adeſſet conſuetudo ſpecialis, quod liceret vendere feudum ſine aſſenſu haberet locum prælatio [Iſer. in cap. 1. verſ. & olim, de ſucceſſ. feud. Iacob. de Beluiſ. Bald. Aluarot. & Præpoſ. in d. §. porro.]

Sed quia non eſt neceſſaria prælatio, nec domino, nec agnatis, quia per legem Lotharij, & Federici eſt prohibita omnis alienatio, & feudū amittitur, & redit ad dominium, ſecundum vnā opinionem, vel agnatos ſecundū aliam opinionem, & ſic neuter indiget prælatione pro habendo feudum. Item ſecundum antiquam conſuetudinē licebat etiā ſine aſſenſu in feudum ſine fraude dare, vt in [§. ſi vero, qualiter olim poter. feud. alien.] his præ-
44 miſſis propius ad ſolutionē accedendo, ſciatis, quod feudatarij ad excludendos agnatos, videntes, quod licebat infeudare, & quod in infeudatione non habebat locum prælatio, quæ tantum competebat in venditione, quando licitè vendebatur medietas, vel totum, ſecundum diuerſas conſuetudines, ſimulabāt infeu-
45 dationem pro venditione. Quid tunc ſecundum antiquam conſuetudinem erat prouiſum, recitat, iſte tex. dicit enim, quod feudum poteſt cuilibet infeudari

tam

tam inſpecto iure antiquo ante leg.Lotharij, niſi fuiſſet tunc facta in fraudem conſuetudinis, quia tunc reſciſſa inueſtitura poterant agnati redimere, ſicut ſi non eſſet facta infeudatio, ſed venditio, & illa verba, tunc enim reſciſſa inueſtitura, continent recitationem antiquæ conſuetudinis, quod ſatis indicāt verba tex. ibi, videlicet ſecundum antiquā conſuetudinem, & poſtea ſubdit tex. quod etiā de iure nouo poſt leg. Lothar. & Feder. licet infeudare, dummodo non in fraudem illarum legum, & illa verba, tunc enim reſciſſa inueſtitura, non referuntur, quando fieret infeudatio in fraudem leg. Lothar. & Feder. & ſic eſt facienda parentheſis in tex. includendo hæc verba, vel leg. nouæ bonæ memoriæ Lothar. vel Federici Imperatoris, & ita intelligendo ceſſat oppoſitio de [cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & dē §. callidis.

C Ibi rem tibi reſtituere, & ſic ad agnatos feudum ſpectat, quando fit feudi inueſtitura pretio accepto in fraudem venditionis; contra de §. callidis, vbi in hoc caſu ad dñum feudū reuertitur. Sol. ſi tenemus, ꝗ dum in tex. fit mentio de pretio reſtituendo, recitatur ius antiquum quādo licebat alienare, aut in totum, aut vſque ad medietatem, & tunc dabatur prælatio agnatis pro eodem pretio, etiam ſi pro venditione ſimulabatur ſubinfeudatio, quæ licet erat permiſſa, tamen nō permittebatur etiam ſecundum antiquam conſuetudinem in fraudē agnatorum, & domini, excludendo ipſos à prælatione., oppoſitio ceſſat penitus, quia ille tex. loquitur inſpecto iure nouo, ſecundū quod prohibita eſt alienatio, quę olim permittebatur, & licet remāſerit permiſſa ſubinfeudatio, tamen ille tex. prouidet de nouo, quod ſi fiat ſubinfeudatio, pretio accepto in fraudem illius legis, feudum amitteretur, perinde ac ſi alio modo alienaretur, & ſatis indicat ille tex. quod ante illam legem ſimulabantur infeudationes pro venditionibus, & quia in hoc non erat expreſsè ſtatuta pęna amiſſionis feudi, voluit de nouo imponere. Poteſt etiam alio modo ſolui oppoſitio, poſito, quod non recitaretur ius antiquum, quia in tex. in §. callidis

46 loquitur in feudo nouo, vel in feudo antiquo, quando feudatarius non habet agnatos, & ita intelligit [Iſern. ibi, & in cap. 1. §. fin. in fin. quæ ſit prima cauſ. benef. amit.] at hic loquitur tex. in feudo antiquo. in quo ſunt agnati, & hic obiter notate quomodo antiquitas non ſubſtinebat ſimulationes, ſecundum ſapientiam huius mundi, quæ conſiſtit in hoc, ſcilicet cor machinationibus tegere, quæ vera ſunt, falſa oſtendere, & quæ falſa ſunt, vera demon-

demonſtrare, hæc ſub titulo prudentiæ vſu adinuenta ſcimus, hæc habueris pretio diſcitur: hãc qui ſciunt, cæteros deſpiciendo, ſuperbiunt: hanc qui neſciunt, ſubiecti, & timidi in alijs mirantur: hæc ſibi obſequentibus percipit culmina honorum quærere, & parta temporalis gloriæ vanitate gaudere contra iuſtorum ſapientiam, quæ eſt nil per oſtentationem fingere, ſenſum verbis aperire, vera vt ſunt diligere, & falſa deuitare. Hæc [B. Gregor. lib. 10. moralium c. 16. Expeditus de opp. noto Ibi, per feudũ tamen cuilibet dari poteſt. Hæc concluſio, quod feudatarius po-
47 teſt ſine aſſenſu domini in feudũ dare, & ſic ſubinfeudare, quę cõmunis eſt, vt ſupra, & in hoc tex. probatur, Ampliatur primo procedere etiam in ſecundo, tertio, quarto, & alijs feudatarijs in infinitum, nedum in primo; licet in aliquibus curijs non licebat vltra tertium feudatarium [cap. 1. §. ſimiliter de leg. Conrad.] & procedit iſta ampliatio ſi tenemus opinionem [Ardiz. in ſumma, ſub rubr. de inueſt. Marchio. quod liceat hodie in infinitum ſubinfeudare: quam opinionem ſequitur [Aluarot. & Præpoſ. in d. §. ſimiliter] reiecta opinione Iſern. qui tenet, quòd verſic. ſequens corrigit illud de infinitate; de cuius concluſionis veritate nunc non tracto. Ampliatur ſecundo, vt procedat nedum in feudatario maiore, ſed etiam minore, & minimo feudatario [cap. 1. de natur. feud. Ampliatur tertio procedere etiam in feudo eccleſiaſtico, ita [Iacob. de Beluiſ. in cap. 1. 2. colum. de his, qui feu. dar. poſſ. Aluarot. in cap. 1. §. præterea, 2. colum. in fin. de cap. Cõrad. Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum num. 95. de conſtit. vbi Dec. colum. fin. num. 31. Curt. in 4. par. tract. feud. §. aggredior primam. 2. colum. Zaſi. in tract. feu. par. 9. num. 18. Iacobin. in ſu. inueſt. in verb. & cum pacto de nõ alienando num. 3. verb. feudum dant, verſ. infeudat] nec Bald. in d. §. præterea, qui allegatur voluiſſe cõtrarium, hoc dicit, quinimmo potius tenet pręmiſſã opinionem, ſi bene aduertatur. Am-
48 pliatur quarto, etiã in Regno in tribus caſibus; primus quoad excadentialia ſolita in conſt. conſt. diuæ memorię, niſi illas incorporauerit in demanio feudi [Luc. de Pen. in l. quicunque, de fund. limit. Capyc. in cap. Imperialem, §. callidis, de prohib. feud. alien. per Feder.] Secundus, ſi fiat conceſſio rei de demanio parum vtilis, vt plantetur, & certa portio fructuum reddatur, ſecus ſi modica, quia poſſet præſumi fraus [Iſern. in cap. 1. in additio. vltima, in fin. an ille qui interfec. frat. dom. ſui, & in cap. 1. §. præterea num. 8. in 1. additio. in princ.

de cap. Conrad. Afflict. in conſtit. conſtit. diuæ memoriæ num. 66. in deciſ. 129. n. 14. Tertius, quando dantur in feudum augmenta [Iſer. in c. 1. de contro. inueſt. Capyc. in ſua inueſt. in verb. feudorũ augmenta. Ampliatur quinto, ut procedat etiam in Hiſpania, in comitatu Barchinonę quoad ſimplices feudatarios, ideſt nõ habẽtes caſtrũ, ſecũdũ [Iac. Calicium, & Iac. de Marquilles ſuper uſatico Barchinonę incip. Caſtlani.]

Limitatur primo, ſi non fieret ſincerè, & ſine fraude [cap. 1. uerſ. ſi autem, qual. olim poter. feud. aliena.] ſi enim in fraudem leg. Lothar. aut Feder. infeudatio fieret, non liceret infeudare, ut hic in tex. immò etiam de iure antiquo permittebatur infeudatio cũ hac limitatione, ut non fieret in fraudem conſuetudinis, quę concedebat agnatis pręlationem pro æquali pretio, quando uendebatur feudum in caſu licito, uel in totum, ubi erat, ſecundum malã conſuetudinem, permiſſum totũ feudum alienari ſine aſſenſu domini, uel medietas, ubi erat, ſecũdum bonam cõſuetudinem, permiſſum uſq; ad medietatẽ alienare ſine aſſenſu, ut probatur hic in [tex. & in d. c. 1. qual. pot. ol. feu. alie. in princ. in §. porro.]

Limitatur ſecundo, ſi infeudatio fieret æquè idoneo ad ſeruiẽdum, quia inæquali ad ſeruitium exhibẽdũ infeudatio fieri nõ pôt [c. 1. §. ſimiliter de leg. Conrad.]

Limitatur tertiò, ſi fieret non ſub eadem lege, ſub qua feudatarius habet, puta habet pro hæredibus maſculis, & ipſe infeudaret pro maſculis, & fœminis [c. 1. §. profecto de leg. Conrad.]

Limitatur quarto, vt non procedat, quãdo in inueſtitura adeſt pactum de non alienando, quia tunc requiritur aſſenſus in ſubinfeudatione, vt pactum aliquid operetur [Bald. in d. §. præterea, vbi Aluarot. colum. fin. Curt. in d. §. aggredior primam, verſ. quarta declaratio, Dec. in d. cap. quæ in eccleſiarum, col. fin. qui defendit opinionem Bald. ab impugnatione Felin. ibi nu. 96. Zaſi. in tract. feud. par. 9. nu. 19. Iacobin. in ſua inueſt. in d. ver. & cum pacto, nu. 2. Afflict. in d. §. præterea. 2. col. nu. 5. Camerar. in repet. cap. Imperialem fol. 7. lit. E. de prohib. feud. alien. per Feder.]

Limitatur quinto, non procedere in feudo exiſtẽte intra fines territorij, in quo dominus habet iuriſdictionem. Exemplum in domino alicuius caſtri cũ vaſſallis, & iuriſdictione infra fines caſtri; ſi aliquis poſſideret feudũ in illo territorio, non poſſet dare in feudum, etiam de iure cõmuni feudorum; quia intereſt domini caſtri non habere aliquẽ in territorio ſuæ iuriſdictionis cõtra ſuam voluntatem, probat [tex. in ratione ſui in cap. 1. §. fin. in fin.

quib.

quib.mod.feud.amitt.]

Ita,inducendo, erat tunc permiſſa alienatio feudi per contractum libelli uſque ad medietatem [cap. 1 .de alienat. feud. hoc limitatur in d.§.fin.] non procedere, quando feudatarius poſſidebat feudum in loco, in quo dominus habebat diſtrictum, ideſt iuriſdictionem, ſecundùm gloſ. ibi, remanet namque ratio illius legis, licet abrogatę, notat [gloſ.in l.1.de coniungend. cum emancipa. liber.] & ita ut non liceat feudatario infeudare, quādo feudum eſt in territorio, in quo dominus habet iuriſdictionem ſine aſſenſu illius domini, tenet per rationem illius textus [Aluarot.ibi fin.colum.uerſ.quęro ab extra,ubi Præpoſit. Curt.in tract.feudorum 4. part. §. aggredior primā, Capyc. in ſua inueſt. in verbo feudum dant, uerſ. infeudat,& in cap.feudorum genera,uerſ.extra curiam] ex quo no-
50 tate, quod etiam circumſcripta conſtitutione conſtit. diuæ memoriæ, quæ prohibuit feudatarium poſſe infeudare,de iure cōmuni feudorum,fundatur, quod feudatarius non poſſit infeudare, ſi poſſidet feudum in Regno propter diſtrictum, ideſt iuriſdictionem, quam habet Rex in territorio totius Regni.

Limitatur ſextò,non procedere in feudo de camera, vel de cauena,ſeu canapa, ſeu in feudo exiſtente in curia domini, vt puta, quando eſt infra fines feudi dominantis,puta dominus habebat dominium omnium poſſeſſionū,quæ erant in quadam parrochia, conceſſit vnam ex illis poſſeſſionibus in feudum,dicitur in caſibus præmiſſis feudum exiſtere in curte, ſeu in curia domini,vt declarat in [d. §.fin.gloſ.Iacob.de Beluiſ.Bald.Iſern.Præpoſ. & Afflict.]·& propterea non poteſt in feudum dari ſine aſſenſu, quia intereſt domini non habere aliquem ipſo inuito,vel ignorante in curte, vel in curia ſua, ſicut de iure antiquo requirebatur aſſenſus in datione ad libellū, quæ erat permiſſa vſque ad medietatem [d.§.fin.vbi Aluarot. col.fin. & Prępoſ.Curt.& Capyc.vbi ſup.

Limitatur ſeptimò non procedere in decimis,quas laicus teneret in feudum ante Concilium Lateranenſe, non enim poſſunt infeudari, ita [Iaſ.in c.1.verſ.fin. de his,qui feud.dar. Fely. in cap. quæ in eccleſiarum,num.100.de conſt. vbi Dec. colum. fin. Curt. in d.4. par.§.aggredior primam, in octaua limit. Capyc. in ſua inueſtit.in verb.feudum dant,uerſ. infeudat.]

Limitatur octauò, non procedere in Comitatu Barchinonæ quoad feudatarios habentes caſtra: nā iſti non poſſunt,ſine conſenſu domini,infeudare, ita conſtat in d.vſatic.Barchinonę incip.

Caſtlani, vbi Iacob. Calicius in 1. oppoſ.] dicit, quòd eſt correctũ ius commune feudorum in hoc, & ſequitur Iacob. de Marquilles ibi, qui poſtea declarat, quod Caſtlanus, de quo loquitur tex. ibi, accipitur pro feudatario, vel vaſſallo.

51 Iuxta præmiſſa quæro, ſi fiat infeudatio, an reſoluto iure infeudãtis, reſoluatur infeudatio, & ſic ius infeudati. In hoc articulo habemus plura iura. Primo [tex. in c. 1. §. ſi vero, qual. pot. olim feud. alien.] vbi facta infeudatione, vel venditione medietatis feudi ſine aſſenſu domini, quod olim licebat, ſi feudum ad dominũ redibat, vel per mortẽ feudatarij ſine hærede, vel per refutationẽ feudi factam in manibus domini, vel ex alia ratione, fortè propter culpam infeudatio reſoluebatur, niſi infeudatus voluiſſet à primo domino feudũ recognoſcere, & ei ſeruitiũ exhibere. Secundo [tex. in §. & ſi clientulus, de alien. feu.] vbi feudatario diſponente per libellum de medietate feudi ſine aſſenſu domini, quod tũc licebat, eo defuncto ſine hærede, ille contractus reſoluebatur, & res ad dominum reuertebatur: ſed ſi cum aſſẽſu diſpoſuerit de toto feudo, vel de eius parte, ſecus. Tertio [tex. in §. rurſus, quib. mod. feud. amitt.] vbi ſi feudatarius per cõtractum libelli minus medietate feudi alienauerit, eo defuncto ſine hærede, vel poſt, refutatione feudi domino facta, contractus ille reſoluetur [Speculat. in tit. de feud. q. 38.] dicit, quod facta infeudatione, quod licet, infeudatus habebit durante vita feudatarij, & filiorum tantum, hoc ſequitur ſimpliciter [Felyn. in cap. quæ in eccleſiarũ, col. 24. de conſtit. vbi etiam Dec. col. fin. nu. 31. Iaco. de Belu. in d. §. rurſus] magiſtraliter dicit, quod reſoluto iure infeudãtis ſiue morte, ſiue refutationè, ſiue culpa, reſoluitur ius infeudati in beneficium domini, limitat in duobus caſibus, primo, ſi vellet infeudatus ſeruire primo dño, & ab eo feudũ recognoſcere; Secũdo, ſi fuerit facta infeudatio proximo ſucceſſuro [Iac. de Ardizo. in 1. par. 5. car. §. item ſciendũ eſt] tenet idem, omiſſa ſolum limitatione, quando eſſet facta infeudatio proximo ſucceſſuro, Iſern. hic in princ. dicit, quod infeudatio durabit tantum in vita infeudantis, poſt agnatus reuocabit iure ſuo, quod tenet [Alex. in conſ. 15. lib. 5. n. 5. Aluar. in c. 1. §. præterea, de cap. Conrad. Iacobin. in ſua inueſt. in verb. val. & quod ipſi vaſſalli, nu. 4. Bal. in conſ. 16.
52 incip. facti euidentia in fi. 1. vol. & in conſ. 265 incip. ſuper eo, qđ excipitur] diſtinguit inter agnatos, & dñm, vt ſi reſoluto iure dãtis feudũ vadit ad agnatos, reſoluatur infeudatio in beneficiũ agnatorũ, qui nõ tenẽtur infeudationi

tioni ſtare, etiam ſi velit infeudatus ab ipſis feudum recognoſcere; ſi verò vadit ad dominum, licet reſoluatur, tamen tenetur ſtare dominus in caſu præmiſſo, quod in effectu tenet [Curt. in tract. feud. 4. par. §. aggredior] & quod tenetur ſtare, tenet [Bal. in cap. cæterum, colum. fin. de iudic.] Gloſ. . . diſtinguit, aut ſumus in feudo nouo, vel hæreditario, & nocet infeudatio ſucceſſoribus; aut in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, & non nocet, etiam ſi cum aſſenſu domini ſit facta, & hoc dum agitur reſpectu agnatorum; ſin autem reſpectu domini, dicit, quod reſoluitur reſoluto iure infeudătis, niſi velit infeudatus à domino feudum recognoſcere: hoc tamẽ declarat, & limitat niſi feudum reſolueretur propter ingratitudinem, ſeu felloniam feudatarij, quia tunc integrum feudum deuoluitur reſoluta ſubinfeudatione: & quia hæc limitatio videtur contra [tex. in dict. §. ſi vero, per quem Curt. in 4. par.] tenet, quod indiſtincte quomodocunq; deuoluatur procedit ille tex. Ipſe dicit, quod ille tex. non loquatur in culpa contra dominum, ſed alia culpa, puta ob non petitam inueſtituram, uel delicto commiſſo in alium, quia eſt ſpecialiter prouiſum in culpa contra dominum in [§. denique, quæ ſit prima cauſa benef. amitten.] vt domino deuoluatur, vt habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionem, & ſic generalis ſermo de culpa in d. §. ſi vero nõ debet extendi ad ſpecialẽ prouiſionẽ d. §. denique, .ſ. in culpa qualificata, & cadente in felloniam, per notata in [l. doli clauſula, ff. de verb. oblig.] Secundo probat hoc, quia tex. in §. denique, excludit etiam agnatos ſecundum eum: & ſi dominus vincit agnatos, ergo tanto magis ſubinfeudatos; per regulam, vinco te, ſi vinco vincentem te, de qua in [l. de acceſſionibus, vbi gloſ. Barto. ff. de diuerſ. & tempo. præſcriptio. Camerar. in repetit. cap. Imperialem fol. 7. liter. F.] diſtinguit inter infeudationem totius feudi, vel partis integralis exiſtentis in demanio, & infeudationem excadentialium, vt in primo caſu reſoluatur infeudatio reſoluto iure infeudati; verũ teneatur dominus ſtare infeudationi, ſi infeudatus velit feudum ab eo recognoſcere, & ei ſeruire, ſeruata forma [d. §. ſi vero] in ſecundo non reſoluatur, quia facit vt adminiſtrator, exequendo actũ ſibi iniunctum, infeudet excadentialia. Camerarius loquitur in infeudatione excadentialium in Regno.

53 Tu aduerte, quòd in libro feudorum habemus text. in indiuiduo diſtinguentem inter infeudationem rerum particularium, & totius feudi, vt [in §. ſi quis de manſo, iũcto §. rurſus] de

de controu.inueſt. ibi dicitur, ꝙ ſi infeudatur manſum, ideſt aliquod ſpatium terræ exiſtens in aliqua curte, ideſt curia, quę curtis remanebat penes infeudantē, qui tenebat illam ab alio; & inueſtitura erat facta cum omni incremento, ſi inueſtiens, qui tenebat curiam, ſiue curtim, infeudauit manſum, deceſſit ſine liberis, & curia illa deuoluta eſt ad dominum, aut ad alios, ideſt agnatos, ita demum incrementū ſpectat ad dominum, cui eſt deuoluta curia, ſi eſt factus caſus incrementi poſt mortem illius inueſtitoris: quia ſi fuerit factus caſus ante in vita, ſpectat ad inueſtitum, & non ad dominum, cui curia, ſeu curtis eſt deuoluta: & ſic infeudatio cōditionalis reſpectu incrementi, quod ſpectabat ad dominum curtis, purificata in vita infeudantis, firma manet, nec reſoluitur in beneficiū domini, aut agnatorum per mortem infeudantis ſine liberis; multo magis infeudatio manſi, quæ fuit ab initio pura. Hæc Camerarij diſtinctio potius verbalis eſt, quam ſubſtantialis; quia non intereſt an reſoluatur, vel non, infeudatio, ſi, etiam quòd reſoluatur, tenetur dominus ſtare infeudationi.

Et ex iſtis videtis quomodo in hoc articulo, an reſoluto iure infeudantis reſoluatur ius infeudati, Doctores ſūt varij, ideo cōplectendo dicta omnium, diſtinguatur: aut tractatur de reſolutione in beneficium domini directi, aut in beneficium aliorum ſucceſſorū in feudo mortuo feudatario. In primo caſu diſtinguitur, aut finitur feudū per mortē; & reſoluitur ſine dubio; verum tenetur dominus ſtare infeudationi, ſi infeudatus velit ab eo feudum recognoſcere, idem vt reſoluatur modo præmiſſo, quando per refutationem ſpontè factā à feudatario in manibus domini, quod eſt mirabile, & ſecundum Bald. in d. §. rurſus, uidetur contra omnem rationem, vt feudatarius poſſit refutare in præiudicium iuris alteri quæſiti; reſpōdet tamen, quòd iſta facultas inerat à principio ex natura feudi, & quòd hoc ſcire debuit, qui à feudatario inueſtituram accepit ex regula legis qui cum alio. ff. de reg. iur. non potuit namque feudatarius infeudando in pręiudicium domini difficilem reddere refutationem, quæ inerat ex natura feudi [argum. tex. in cap. 1. de nou. form. fidelit.] quod ſequitur Aluarot. ibi: Aut feudum finitur ex culpa, & diſtinguitur inter culpam, ſeu felloniam, quæ reſpicit dominū, vt hoc caſu non teneatur dominus ſtare infeudationi, ſecundum gloſ. ibidem, aut ex alia culpa; & teneatur ſtare. In ſecundo caſu, quando tractatur de reſolutione in beneficium

tium agnatorũ diſtinguitur, aut in feudo hæreditario, vel ex pacto,& prouidentia nouo, & non reſoluitur; aut in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, aut in beneficium filiorum, & non reſoluitur: aut in beneficium agnatorum,& reſoluitur,ſiue ſit facta cum aſſenſu,ſiue ſine, nec tenebuntur agnati ſtare infeudationi,prout dominus. Et hæc ſunt
54 dicta Doctorum. Quid dicemus nos ex officina noſtra? in principio aduertatis,dum diſtinguitur in beneficium ſucceſſorum in feudo antiquo ex pacto,& prouidẽtia inter filios,& agnatos,quòd illud ideo eſt, quia filius non poteſt repudiare hęreditatem,& retinere feudum,licet ex pacto, & prouidentia, cap. 1. an agnatus. Vnde cum teneatur eſſe hæres patris,qui fecit infeudationem; non poteſt illã reuocare,ex [regula l.cum à matre. C.de rei vẽdic.] & ideo ſi filius faceret inuentarium,& in hæreditate non eſſet aliud,quàm feudum ex pacto,& prouidentia, quia habebit illud præcipuum Iſern. in d.cap. 1.an agnatus,reuocabit infeudationem, nec tenebitur ſtare ad ſimilitudinem aliorum agnatorum, & ſic intelligatis Specu. & alios;Dum diſtinguitur inter felloniam, quæ reſpicit dominum, vt tunc non teneatur dominus ſtare infeudationi, etiam ſi velit infeudatus ab eo feudum recognoſcere, quod hæc eſt magna reſtrictio ad tex. in dict.§.ſi vero, qui generaliter in omni culpa loquitur, vnde generaliter debet intelligi ex regula l. de pretio.ff. de publi.in rem actio. & tenendo opinionem Iſern. & æquiorẽ circa intellectum tex.in §. deni-
55 que, quòd fellonia etiam reſpiciens dominum in feudo antiquo ex pacto,& prouidentia non noceat agnatis, vt latè articulum diſputando concludit Iſern. qui dicit hanc opinionem tanquam æquiorem præferendam in [cap. 1.ſi vaſſall.feud.priuet.] ipſe non bene dicit, de hoc tamen quæ opinio ſit verior, an Iſer. an aliorum videbimus in [d.c.1. ſi vaſſal.feud.priuet.] qui eſt articulus ſeparatus,& prolixior. Vltimo in hoc articulo,dum dicitur, quòd finito feudo per refutationem,& reſignationem feudi factam in manibus domini, reſoluatur infeudatio, non obſtante, quod reſolutio iuris infeudati fiat ſua ſponte,& ſic ex cauſa voluntaria, quia hæc facultas inerat à principio ex natura feudi. Eſt aduertẽdum,quod hæc conſideratio bene cadit in feudo ſimpliciter cõceſſo, & pro quo non præſtatur
56 certum,& determinatum ſeruitium,quia tũc, velit nolit dominus, poteſt feudatarius feudum in manibus ſuis refutare; ſecus vero in feudo conceſſo ſub certo,& determinato ſeruitio, quod

non

non poteſt refutari, nolente domino, ſecundùm gloſ.communiter approbatam in cap.1. §.fin. de capi.qui cur.vend.] & propterea in illo non ineſt hæc refutatio ex natura particulari illius feudi, vt ſic fiat refutatio, & dominus qui non cogitur refutatio-
57 nem acceptare, conſentiat, non reſoluatur infeudatio poſtquam eſt voluntaria tam ex parte feudatarij, quam ex parte domini, & ita eſt reſtringenda diſpoſitio [tex. in d. §. ſi vero, & in d.§.rurſus] quæ iura loquuntur, quando refutatio eſt voluntaria ex parte feudatarij, ſed neceſſaria ex parte domini, & ſi quis veſtrum diceret, nonne quando res obligata reſtituitur domino remedio actionis redhibitoriæ, conſideratur neceſſitas ex parte prioris domini, licet reſtitutio ſit voluntaria ex parte emptoris, & nihilominus pignus non reſoluitur [l.ſi debitor ff.quibus mod.pign. vel hypothec.ſoluit.] vt ſic non debeat eſſe in conſideratione neceſſitas ex parte vnius, reſpõdeo, quod quando venditor tenetur rem venditam reaccipere, ſi eſt obligata per emptorem, ceſſat actio, ſi emptor rem à nexu pignoris non liberat [l. bouem. §. pignus.ff.de ædil. ædict.] vnde ſi ſpontè rem obligatam venditor
58 recipit, redhibitio eſt ex parte vtriuſque voluntaria: Et ex hoc infero, quod in Regno ſi feudũ eſt conceſſum ſecundum conſuetudinem Regni, quo caſu ſeruitium eſt certum, & feudum nõ poteſt refutari, domino nolente, ſi refutatio fieret, & Rex acceptaret, non reſolueretur infeudatio, quia refutatio eſſet ex parte vtriuſque voluntaria, & refutatio non ineſt à principio ex natura
59 feudi in Regno: vnde & hoc aliud emergit, vt facta refutatione hodie in Regno, Rex qui alias non tenetur ſoluere debita ſine aſſenſu, quia cepit ex lege feudi, teneatur quando eſt uoluntariè, quia eſt uoluntariè ex parte u-
60 triuſque, ſicut teneretur quilibet donatarius feudi in effectu, reſciſſa donatione tanquam facta in fraudem creditorum: quia titulus ille de reuocandis his, quæ ſunt facta in fraudem creditorũ, habet etiam locũ in feudalibus, [Afflict.in cap.1.§. quid ergo, nu.
D 7. de inueſt.de re alien.fact.] D.

61 Quæro an hodie ſit permiſſa ſine aſſenſu venditio feudi inter agnatos, vel tãtum ſit licita ſimplex refutatio. Reſpondeo, quod licet ſine aſſenſu vendere feudũ inter agnatos: tex. eſt hic, qui loquitur in venditione, & ita hic dicit [Iacob. de Beluiſ. in principio, quod poteſt feudatarius vendere feudum agnato, tenet idem in cap.1.§.& ſi clientulus, de alienatio.feud.Ioan.de Faſò. de Piſis in ſumm.feudal.& Odoffred. in ſumm.ſuper rubr.qui per vaſſall.

iur.

iur. feudi, Iſern. hic, & in d. §.ſi clientulus,in verſ.fratri verò] qui dicit, quòd ex quocunque modo alienatio valet, quia non eſt alienatio [l. pater. §.quindecim, ff. de leg.3.Bald.in cap.ſanè, col. 2. de renunc. quem ſequitur Iaſ. in conſ.64.3.vol.verſ.fin.]

62 Et licet Camerar. in cap. Imperialem fol.31.lit. F. de prohib. feud.alien.per Feder.] auſus fuerit tenere contrarium, quòd hodie ſit tãtùm permiſſa ſine aſſenſu ſimplex refutatio feudi inter agnatos;tamen attẽdite quomodo apertè non benè loquitur: & videamus primo vbi Camerar. innititur. Præſupponit namque principaliter pro ſua opinione fundanda, quòd inter contractus permiſſos ante legem Lothar. & Feder.erãt datio ad libellũ, venditio, item refutatio inter agnatos,ponens refutationem pro cõtractu diſtincto ab alijs; & quod poſt ſuperuenerunt leges Lotharij,& Federici,in [cap. 1. de prohib.feud.alien.per Lothar. & in cap.Imperialem,de prohib.feud. alien.per Feder.] quæ ſimpliciter vetuerunt venditionem, & contractum libelli: ergo generaliter ſunt intelligendæ non facta diſtinctione inter agnatos,& extraneos [l.de pretio, ff de publica. in rem actio.vnde dicit correctũ eſſe tex.iſtum,& tex. in §. & ſi libellum de alien.feu.pater.] Et ex iſtis alia conſiderat, quæ, ſi præmiſſa cadunt,omnia ruunt,vt videbitis.

63 Cõſiderate igitur primò,quòd dũ Camerar. ponit refutationem inter agnatos vt con tractum diſtinctum,hoc non eſt verũ: quoniam in toto libro feudorũ non inuenitur refutatio,vt contractus diſtinctus,permiſſa inter agnatos: immò, dum lex feudalis meminit de refutatione, intellexit de refutatione feudi in manibus domini, & de hac refutatione loquitur [tex.in c.1.§. rurſus,quib. mod.feud.amitt.in cap.1.§.ſi verò,qual.olim poter.feud.alien. in cap.1.de vaſſall. decrep. ætat. in cap.1.de vaſſall.qui contra conſt. Lothar. in cap. 1. quid iuris ſit ſi
64 vaſſ.poſt alienat. feud. recuper.] In duobus tantum iuribus in toto libro feudorum fit mentio de refutatione,quæ fit inter agnatos in [d.§.& ſi libellum,& in c.1.de eo qui fin.fec. agnat.] nec alibi, quam in iſtis ſex iuribus reperietis verbum hoc, refutare, vel refutatio.

Si attendimus id,quòd dicitur in d.§.ſi libellum, ibi non ponitur refutatio pro cõtractu diſtincto;ſed dum textus facit mentionem de contractu libelli permiſſo inter agnatos,dicit, quòd non eſt libellus,ſed quaſi refutatio: & reminiſcamini hic, quod ſupra dixi, quod text. ille ſequitur poſt [textum in cap. 1. de vaſſall. qui contra conſt. Lothar.] ubi dicitur,

tur,

tur, licere feudatario refutare feudum domino, ita vt tex. in §. & ſi libellum, vtatur hoc verbo, refutationis, cũ dictione, quaſi inter agnatos, pro ſubſtinenda datione ad libellum, & pro aſſignãda ratione, quare ille contractus erat licitus, quia quodammodo feudum refutabatur domino, ſi attendimus [tex. in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat.] ille ponit refutationem vt contractum diſtinctum, & permiſſum inter agnatos, ſed verè loquitur in pacto de non petendo facto per vnum agnatum dominum alteri agnato, qui feudum poſſidebat; & notate, quia ibi loquitur, quod fecit finem, & refutationem, quaſi dicat, fecit quietationem, & pactũ de non petendo, & ſatis hoc indicant verba vltima tex. ibi non obſtante pacto, & apertius [text. & in cap. 1. §. Titius cum Sempronio, ſi de feud. defunct. mil.] vbi ponitur idem caſus, nulla fit mẽtio de refutatione, ſed de pacto, maximè cum hic text. loquatur de venditione, & tex. in §. & ſi libellum loquatur ſimpliciter de alienatione, & datione ad libellum, & hæc duo iura induxerunt hoc, vt eſſet alienatio, uenditio particulariter, & datio ad libellũ, permiſſa inter agnatos, & ſi in [cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. & in cap. Titius cum Sempronio] permittitur pactum de non petẽdo inter agnatos, illud eſt, quia includitur in alienatione, quæ eſt pmiſſa: & ſic neſcio unde Camerar. haurire potuit hanc maximã, quod ante leges Lotharij, & Federici erat refutatio, contractus diſtinctus, & tanquam diſtinctus permiſſa inter agnatos.

65 Secundò, dum Camerar. præſupponit, & ſatis quidem friuolo argumento, textum iſtũ, & tex. in §. & ſi libellum, eſſe correctos per legem Lotharij, & Federici, nec hoc uerum eſt: & ultra quòd contrarium tenet [gloſ. in uerb. proximiori, & Iaco. de Beluiſ. hic, & Aluaror. colum. 3.] tex. iſte fuit poſt legem Lotharij, & Federici, de qua tex. hic facit mentionem: ergo manifeſtè Camerarius allucinatur.

Dum poſtea Camerarius conſiderat intereſſe domini, ratione uoluntatis, hoc intereſſe ceſſat, tenendo, quòd lex feudalis aſſentiat uenditioni.

Præterea, in uenditione feudi ex pacto, & prouidentia, de qua loquitur hic tex. quando fit inter agnatos, ceſſat intereſſe domini etiam ratione uoluntatis: quia aut lex aſſentit, & uoluntas non offenditur; aut lex non aſſentit, & feudum non ad dominum, ſed ad agnatos deuoluitur: & dum Camerar. uult Iſern. ponderare per partes in [§. prçterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder.]

66 ubi concludit, non licere refutare partem feudi iuris Francorũ, quia

quia non eſſet ſimplicem refuta-
tionem facere,quod poteſt, Cur
non ponderauit Iſerniam hic, &
in d.§.& ſi clientulus,vbi manife-
ſtè voluit uẽditionem, & quam-
cunque alienationem licitam in
agnatum proximè ſucceſſurum?
Cur item non ponderauit Iſerniã
in[cap.1.verſ.poſt refutationem,
de vaſſ.qui contra conſt.Lothar.] E
vbi voluit, quod non ſolum po-
teſt fieri refutatio in manibus do
mini,ſed etiam alienatio, vt ſic,
ſicut licet alium contractum cũ
domino inire, quàm refutatio-
nis,ita etiam agnato, poſtquam,
eſt quaſi refutatio in manibus
domini, cum occultetur vnus
actus,vt ſupra dixi.Cur item non
ponderauit Iſerniam d.§. & ſi li-
bellum, qui voluit illum textum
permittentem alienationem, &
donationem ad libellum,non eſ-
ſe correctum in Regno: & iterũ
in conſtit. conſtitutionem diuæ
memoriæ, vbi etiam tenet de
hoc textu; & tamẽ ſtrictius pro-
hibetur alienatio feudi in Regno
per illam conſtitutionem,quàm
de iure communi feudorum per
legem Lotharij,& Federici, licet
in pœna mitigauerit rigorem iu-
ris communis.

67 Et vltimo contra Camer.pon-
derate Iſern.in d.§.& ſi libellum,
nu.8.vbi in ſpecie dicit,quòd re-
futatio, quæ fit agnato, neceſſe
eſt,vt cadat in aliquem titulum,
ſeu nomen, aut ſpeciem contra-
ctus: Oportet namq;, quòd feu-
datarius dicat,vẽdo,vel dono tibi
tale feudum, vel ius, quod mihi
competit in illo, & ſi ſimpliciter
diceretur,refuto,nõ valeret, quia
præſumitur ſimulatum, cum ti-
tulus non exprimitur; & ita con-
tra Camerar.teneatis,quòd licita
eſt etiam venditio feudi inter a-
gnatos ſine aſſenſu domini. E

68 Quærit Iſernia,ſi dominus di-
rectus feudi remiſit culpam feu-
datario per eum commiſſam, ex
qua feudum amiſerat:an hic feu-
datarius tenebitur nouam inue-
ſtituram petere,& fidelitatem fa-
cere,& refert,quod in ſumm.feu.
incip.cum natura,in rubric. quid
ſit inueſtitura, diſtinguitur: Aut
dominus,commiſſa culpa,habuit
poſſeſſionem feudi; & tunc, re
translata poſſeſſione in vaſſallum
(quia erit nouum feudum) habe-
bit neceſſe petere inueſtituram,
& fidelitatem facere: Aut verè
dominus nõ habuit poſſeſſionẽ,
ſed ſemper poſſedit feudatarius;
& tunc non tenebitur ad inueſti-
turam petendam, & fidelitatem
faciendã [argum.l.ſed ſi manen-
te.ff.de precar. l.ab emptione.ff.
de pact.& eius,quod notatur in l.
peculium. §. ſi ære. ff. de pecul.
in l. quod dicitur. ff. de imp. in
reb. dotal. fact.] & cum hac di-
ſtinctione Iſern.reſidet. Si atten-
dimus id, quòd dicunt Doctores
hic [Præpoſ. col.fin. refert, & ſe-
quitur Iſer.ſic etiam Afflict. col.

8.nu.

8.nu.19.] qui dicit,quòd ſumma per Iſern. allegata, non reperitur in noſtris partibns.

Vos autem vlterius conſiderate;Et primò,quòd Summa, de qua Iſer.meminit, eſt Odoffredi. Ipſe namq; ita tenuit in ſumma feudorum, quid ſit inueſtitura. Hæc autem quęſtio mouetur per [Iac.de Ardiz.in 1.par.§.ſed quęro nunquid: & concludit, quòd non eſt neceſſaria inueſtitura in caſu præmiſſo,etiã ſi fuerit culpa remiſſa poſt ſentẽtiam priuationis,ſi tamen non longo tempore poſt fuerit de eodem feudo à domino inueſtitus: quia tunc non dicitur nouum,ſi domino feudatarius non reſtituerat feudum,licèt poſtea adducat aliqua iura in cõtrarium.Sed Io.Blan.in ſumm. de ſac.fidel.verſ. fin. format eandem quęſtionem,& refert diſtinctionem quorũdam dicentium, Aut feudatarius amiſit feudum ipſo iure, & teneatur inueſtiturã petere,& fidelitatem facere; aut non amiſit ipſo iure, ſed requirebãtur ſententia, & non teneatur: ſed ipſe dicit, omnibus reiectis, quòd debet iurare fidelitatem, quia ſuſpectus habetur, qui prius iuramentum violauit, vel neglexit [cap.quotiens,cap.conueniẽtibus,1.quæſt.7.c.ſignificaſti, extra de elect.c.cum in eccleſijs,de maior.& obed. Io.Rain. in c.Imperialẽ.§. inſuper,de prohib. feu. alien.per Feder.] poſthabita pręmiſſa opinione Io Blanc.quę ſibi vera non videtur, ſequitur diſtinctionem Odoffredi: Aut dominus auocauit poſſeſſionem, aut non,ſecundùm Iſern. & hæc ſunt dicta Doctorum in hoc articulo. Ego autem pro veritate puto eſſe tractãdam veritatem alterius articuli, an feudũ, alias antiquum, remiſſa fellonia, dicatur nouum feudũ, vel remaneat antiquum; quia ſi nouum,tenebitur: ſin autem antiquum,nõ tenebitur. De cuius articuli veritate videatis in [cap.1.de vaſſal.decrep.ætat.]vbi latius examinaui.

ADDI-

ADDITIO
AD REPETITIONEM
§.ſed etiam res, per quos fiat inueſtitura.
EDITA PER FVLVIVM LANARIVM
Auctoris Nepotem.

CVM. NONNVLLIS DECISIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Ius retractus; ſeu prælationis pro æquali pretio ratione conſanguinitatis, an olim, & num hodie competat in rebus allodialibus.*

2 *Ius retractus, vel prælationis habet locũ in feudis antiquis.*

3 *Ius congrui an habeat locum in feudis, remiſſiuè.*

4 *Ius retractus competit ratione propinquitatis, vel vicinitatis, tàm in Ciuitate Neap. quàm in toto Regno. Et an habeat locum in aquis, remiſſiuè dicitur.*

5 *Ius protomiſeos oriens ex vicinitate rei, non habet locum in feudis, & rebus feudalibus.*

6 *Ius congrui, vel retractus an habeat locum ratione communionis: quid de iure municipali huius Ciuitatis Neap. & quid de iure communi.*

7 *Ius congrui ratione communionis pro indiuiſo, an habeat locum in feudalibus.*

8 *Licitatio in re communi indiuiſibili habet locum extra diſtrictum huius ciuitatis: & quando extraneus licitator admittatur, nu. 9.*

10 *In re cõmuni habens maiorem partem, præfertur offerendo æſtimationẽ: quid ſi duo poſſident caſtrum diuiduum de iure Longobardorum, & deuenerunt ad rixas, & diſcordias, an poſſint cogi ad vendendum inter eos; affertur notabilis deciſio: & quid in vſu iuriſdictionis, ſi ſunt diſcordes, vide auream doctrinam.*

11 *Fiſcus rem communem cum alijs habẽs, illam vendere poteſt, & socijs dare æſtimationem partium, etiam ſi pars fiſci ſit minima.*

12 *Emphyteuta, ſi vendit vtile dominium, quod habet in re emphyteotica, vel vaſſallus vtile dominium, quod habet in re feudali, dominus directus ratione directi dominij præfertur, & refertur deciſio. Fallit, ſi ſuperſit agnatus proximior, quia præfertur offerendo æquale pretium, nu. 13.*

14 *Dominus directus, ſi vendit iura ſua dominicalia, an vaſſallus, vel emphyteuta præferatur pro æquali pretio; deciſiones S.C. contrariæ referuntur, quæ Auctoris diſtinctione conciliantur.*

15 *Habens domum, vel terram conceſſam in cenſũ, ſi illam concedit, an præferatur habens cenſũ, emptori pro æquali pretio.*

16 *Vaſſalli, & Vniuerſitates ſi petunt ſe admitti ad regium demanium, præfe-*

runtur emptori pro ęquali pretio, & quare, num. 17. 18. 19. & 20. Hoc tamen intelligitur quoties uniuerſitatis vires ſint ſufficientes ad manutenẽdum ſe in demanio, nu. 21.

22 Baro, vel alius vtilis dominus, ſi locat terram, vel caſtrum, adhuc uniuerſitas pro eodemmet pretio in locatione præfertur, & quid quando fit locatio ad inſtantiam creditorum, an præferatur Baro, vel Vniuerſitas, affertur deciſio.

23 Feudum, vel emphyteuſis, ſi reddit ad dominum ob lineam finitam, ſi dominus vult iterum concedere, præferuntur proximiores conſanguinei pro æquali pretio.

24 Proximiores eorum ſi cõcurrunt, quibus fuit facta primæua conceſſio, & proximiores eius, in cuius perſona finita eſt emphyteuſis, qui ſint præferendi.

25 Res ſi fuerit locata ad longum tempus, finita tali locatione, ſi dominus velit iterum illam relocare, primus conductor pręfertur pro æquali pretio, ſecus ſi ad modicum tempus, nu. 26.

27 Colonus primus ad modicũ tempus præfertur ſecundo in conductione prędij fiſcalis, vel publici.

28 Conductor primus gabellæ publicæ pro anno ſequenti præfertur ſecundo, ſi vult ſoluere quantum eſt oblatum à ſecundo.

29 Dominus fundi in emptione fructuum. quos colonus ſuus habet venales, præfertur pro eodem pretio, & hoc quomodo intelligatur, ſubijcitur, nu. 30. & num. 31.

32 Dominus directus redimẽdo rem emphyteoticam pro æquali pretio, tunc poteſt nouum emptorem expellere, vbi pro ſe vult emere, ſecus ſi pro alio, niſi à principio pro ſe redemerit, & ſine fraude poſtea alteri ceſſerit, vel vendiderit.

33 Dominus directus ſi eſt pauper, poteſt ius prælationis alteri cedere.

34 Intellectus ad tex. in l. ad officium. C. cõmun. diuid. traditur.

35 Vaſſalli ſi habent fructus venales, tenentur illos vendere potius dominis eorum, quam extraneis, & hoc quomodo intelligatur, nu. 36. & 38. & afferuntur deciſiones, remiſſiuè.

37 Diſpoſitio pragmatica 15. de baronibus recenſetur circa emptionem fructuum per baronem à ſuis vaſſallis.

38 In venditione bonorum debitoris creditor, & conſanguineus præfertur, & inter creditores ille præfertur, cui maior pecunia debetur, vide deciſio. & tractatur de intellectu l. 1. ff. de priuileg. credit.

40 Agnatus proximior præfertur in emptione feudi, tàm ſi feudum ſit ex pacto, & prouidentia, quàm ſi ſit hæreditarium antiquum.

41 Verba (ęquali pretio) de quo intelligãtur, nu. 42. 43. 44. 45. 46. 50. 63. & quale pretium teneatur offerre agnatus, latè diſcutitur.

47 Pretium æquale tantum eſt dicere, quantum iuſtum.

48 Iuſtum pretium quod ſit, & quod ęquale.

49 Aequale pretium exponitur, ideſt ęquiualens rei.

51 Valor verus rei, quinam ſit.

52 Conſtitutio Regni ſancimus, exquirit iuſtum pretium ſine mora, vel quantum verus emptor ſine fraude dederit.

53 Bona, quæ iure congrui per conſuetudinẽ huius Ciuitatis Neap. retrahũtur, debent appretiari.

54 Aeſtimatio communis fit ſecundum rei qualitatem, & fructuum quantitatem.

55 Bona, ſuper quibus mulieres aſſecurantur per vergentiam maritorum ad inopiam, debent appretiari, & non ſubhaſtari.

56 Conceſſiones in feudum tot ſunt, quot ſunt perſonę in inueſtitura comprehenſę.

57 Agnati

57 *Agnati habent Ius redimendi feudum, ſi illud eſt paternum ſecus ſi ſit nouum.*

58 *Ius redimendi quoties conceditur pro iure ſuo conſeruando, ſufficit offerre cõmune, & iuſtum pretium, non quod ab emptore fortè eſt oblatum, vel conuentum, & reſpondetur contrarijs, nu.65 cum ſeq. & nu.70. & 72.*

59 *In feudis ex pacto, & prouidentia non hæreditarijs omnes capiunt ex pacto, & prouidentia primi acquirentis, & ideo vltimus moriens non poteſt nocere ſucceſſori, & in feudis ex pacto, & pouidentia hæreditarijs ſucceſſor debet eſſe hæres vltimi morientis.*

60 *Hæres vltimi morientis in feudo hæreditario tenetur habere ratum factum defuncti vſque ad vires feudi, & vltra, ſi non conficit inuentarium.*

61 *Feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium vti dignoſcatur à feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario.*

62 *Ioannis de Imola diſtinctio circa iuſtum, & æquale pretium recenſetur.*

64 *Recenſentur nonnulla deciſiones Sacri Conſilij, vbi fuit admiſſa prælatio pro pretio æſtimando, & liquidando per Sacr. Conſilium.*

66 *Facultas redimendi feudum conceſſa agnato pro æquali pretio, ineſt ab initio naſcentis feudi.*

67 *Ius hypotecę acquiſitum creditori ſuper feudo reſoluitur, ſi feudum domino refutatur per vaſſallum.*

68 *Feudum ſi ad dominum peruenit, an dominus teneatur ad debita per vaſſallum cõtracta, & perbellè diſtinguitur, & num.76.*

69 *Res ſi eſt vendita cum pacto de retronendendo, omnia iura ſuper ea contracta poſt venditionem, ſequuta retrouenditione extinguuntur.*

71 *Baldi doctrina in l.2. in fine, C. de reſcind. vendit. diſtinctione recipitur per Doctores.*

73 *Refutatio ſi ſimpliciter fuit facta abſque noua qualitate; cenſetur feudum antiquum, ſin autem cum noua qualitate, & cum aſſenſu Regio, tunc erit feudum nouum.*

74 *Alienatio feudi in agnatum remotiorem ſine aſſenſu domini, & conſenſu agnati proximioris in vita feudatarij, & non ſuſtineatur, defenditur ex communi opinione, & practica.*

75 *Circa intellectum, & concordantiam iſtius §. ſed & res, & tex. in cap Titius, ſi de feud. defuncti milit. aſſertur opinio Auctoris.*

77 *Refutatio ſimplex in proximè ſuc ceſſuro valet abſque aſſenſu, ſed debet regiſtrari infra quindecim dies in Regia Camera, & an ſi fuerit impetratus aſſenſus, ſubiaceat diſpoſitioni Regiæ pragmaticæ, quòd expediatur aſſenſus infra bieunium in forma Cancellariæ.*

QVatenus in hoc capitulo ſed etiam res, per quos fiat inueſtitura, conceditur ius retractus agnato proximiori pro æquali pretio emere volenti, eſt prænotandum, quod hoc ius retractus, ſeu hoc ius prælationis
1 pro æquali pretio competens ex cõſanguinitate, licet fuerit olim, & compellebatur, quis prius vẽdere conſanguineis, quam exteris [l.dudum.C.de contrahenda empt.] & fuit ex more in Regno Iſrael, vt Rut.cap. 4. vbi dicitur, quod mos erat antiquitus in Iſrael, emendi poteſtatem habere iure propinquitatis, attamen hoc corrigitur in d.l.dudum, putauit enim Imperator grauem eſſe iniuriã, vt homines de rebus ſuis facere aliquid cogãtur inuiti, vnde caſſata antiquata prædicta, ſeu more, quiſq; ſuo arbitratu quærere, vel probare poſſit emptorem per formalia verba, ſtatuit, ita [Napod.in rubr.de iure congrui nu.1.]

2 Sed quamuis hoc ius retractus competens ex conſanguinitate in rebus allodialibus ſit correctum d.l.dudum, attamen per legem feudalem eſt conceſſum in feudis antiquis, vt in hoc [capitulo ſed etiam res, & in cap. porro, qualiter olim, & in cap. Titius, ſi de feudo defunct. mil. contentio ſit inter dominum, & agnatum.]

3 Et quãdo ius congrui habeat locum in feudis, latè [Tiraquel. de retract. conſang.§.1. gloſ. 3. à num. 10.cum ſeq. Anna obſeru. 10.Maſtril.deciſ.Sicil.7.latè Regens de Põte cum alijs per eum adductis deciſ.11.& fusè Rouit. in pragm.1. de feudis, à nu. 17. cum ſeq.]

Et hac ſumpta occaſione, volui referre hic aliquos caſus, in quibus habet locum ius prælationis, ſeu ius retractus, qui ſparſim reperiuntur ſituati per Doctores in diuerſis locis, & hic breuiter eos habebis cum nonnullis deciſionibus.

4 Vnde ſecundo loco competit ius retractus ratione propinquitatis, ſeu vicinitatis, quod ius ꝓpriè dicitur ius protomiſeos, & hoc ius competit ex proprio iure municipali noſtræ inclitæ Ciuitatis Neapol. vt in conſuet. 1. de iure congrui, & etiam competit in toto Regno, ex conſtit. Imper. Federici ſancimus, circa quam plures deciſiones colligit D. Riccius collect. deciſ. 6. & alibi eruditus iuuenis Nouarius forenſ. quæſt. 29.lib.1.] vbi etiam tractat an ius congrui habeat locũ in aquis, quod eſt notatu dignũ.

5 Et hoc ius protomiſeos oriens ex vicinitate rei, habet locum in rebus allodialibus, non autem in

feudis

Digitized by Google

feudis,& rebus feudalibus, quia dicta conſuetudo, & dicta conſtitutio ſancimus non ſe extendit ad feudalia, vt [de Franch. deciſ. 17. num. 11.] ibi, ſi venditur res feudalis, conſuetudines dantes retractum non procedunt.

6 Tertio habet locũ ius retractus ſeu ius congrui ratione cõionis, puta ſi quis habet domum, vel fundũ, vel aliam rem cõmunem cum aliquo, & partem ſuam vẽdat, alius, qui partem ſuam non vendit, poteſt iure congrui ab emptore alterius partis ipſam petere, excluſis omnibus alijs vicinis ex lateribus, vel ex capitibus, & hoc eſt proprium ius municipale Ciuitatis Neapolitanæ, vt eſt conſuetudo ſi quis habet domum, verſ. inſuper; de iure cõmuni hoc ius congrui ratione communionis eſt correctum, vt [d. l. dudum, C. de contrahenda empt. ita declarat Napodan. in d. conſuet. in gloſ. in verb. inſuper]

7 adeo quod nec in feudis habet locum hoc ius congrui ratione communionis pro indiuiſo, vt eſt [tex. in cap. ſi duo fratres, tit. de nouo benef. inueſtitis, & ibi Iſern. & Luc. de Penna in l. 1. C. ſi liberalitatis Imperialis Socius, lib. 10.]

8 Sed pone, quod ſumus extra diſtrictum Ciuitatis, & duo habent rem communem, quæ eſt indiuiſibilis, id eſt facilè regionibus diuidi non poteſt, & vnus vendit partem ſuam, an alius, qui non vendidit, præferatur, offerendo æſtimationem rei, dic, quod ceſſat hoc caſu ius congrui, cum iure cautum non reperitur, ſed ille habebit rem totam, qui plus offert, ſic quod ad licitationem admittatur [argum. l. 1. C. communi diuidundo, ita Andr. in d. cap. ſi duo fratres, nu. 2. verſ. ſed quis præſtabit] hæc tamen licitatio fit inter ipſos tantum, vt qui plus dat, habeat totã

9 rem, & alter æſtimationem partis ſuæ, extraneus vero licitator nõ admittitur niſi in ſubſidium, quando vnus eſt pauper, & non poteſt licitare, & alter non vult verum pretium offerre, tunc hoc caſu extraneus licitator admittitur, ex quo ſocius non vult pro vero pretio rem habere [l. ad officium, & ibi DD. C. communi diuidundo, de Franch. deciſ. 54.]

10 Verum ſi vnus habebit maiorem partem de re communi, & alter minorem partem, ille, qui ampliorem partem in re habet, præfertur offerendo æſtimationem ſocio habenti minorem partem, vide [tex. in l. ſancimus. §. ne autem communione. C. de donatio. & Capyc. deciſ. 36. vbi Maſull. & Petra alia cumulantẽ.]

In quo tex. eſt ſpeciale ius, cũ iure communi ſit contrarium, vt ibi notat [gloſ. per tex. in l. 1. & pen. C. communi diuidundo..]

11 Fiſcus verò ratione partis, quãuis minimæ, quam habet in re communi cum priuato, vendit totam rem, & ſocijs datur æſtimatio ſuarum partium, vt in [l. 1. C. de venditione rerum fiſcalium cum priuato communiũ lib. 10. ad cuius tex. ornatum vide latiſſimè Reg. de Conſtantio in d. l. 1.] qui infert ad nonnullas quæſtiones notatu dignas, quas breuitatis cauſa omitto.

Et quia poteſt dubitari, quòd duæ perſonæ poſſideant caſtrum diuiſum cum iuriſdictione pro inæqualibus, vel æqualibus partibus, prout de aliquibus feudis diuiduis iure Longobardorum in Prouincia Apirutij, & in partibus Cilenti; & ob communionẽ, eſſet peruentum ad diſcordias, cõtentiones, & inimicitias, prout ſolet communio, ad [tex. in cap. 1. de paroch. in l. cum pater. §. dulciſſimis, de leg. 2. gloſ. in l. ſi vetuſtiſſima, in verb. ex commu nione. C. de iur. dom. impetr. & latè Mencha de ſucc. creat. num. 2.] an vnus ex eis poſſit prætendere cogere conſocium ad vendendam ſuam partem; hic caſus accidit annis elapſis inter Don Michelem Sanfelicem, & Nicolaum Antonium Capicium Zurlnm; qui poſſidentes Terram Aquauellæ in Cilento, videlicet quinque partes Zurlus, & tres partes Sanfelicius; dum perueнerunt ad aliquas notabiles diſcordias, & differentias, & prædictus Zurulus petijt in Collaterali Conſilio cogi Sanfelicium ad ſibi vendendum ſuas partes; & per Collaterale Conſilium, referente Conſiliario Varella, eruditiſſimo, & integerrimo domino meo, in præſentia Excellentiſſimi Proregis Ducis Albæ; fuit deciſum tenoris ſequentis.

In cauſa Magnific. Nicolai Antonij, & Ioannis Vincentij Capicij Zuruli, cum Magnifico Don Michaele Sãfelicio, vt in actis.

Die 8. Martij 1627.

Facta relatione S. E. in Regio Collaterali Conſilio per Magnificũ Conſiliarium Didacum de Varela de ordine ſupradictæ Excellentiæ, auditis partibus cum earum Aduocatis.

Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Vicerex Locumtenẽs, & Capitaneus Generalis mãdat, prouidet, & decernit, quod dictus Magnificus D. Sanfelicius infra dies decem teneatur vendere partem Caſalis Aquaueliæ, domos, & alia bona ſtabilia exiſtentia in dicto Caſali ſupradictis Magnificis Nicolao, & Ioan. Vincentio Zurulis, præuio appretio per perſonam per Collaterale Conſilium eligendam, quo appretio facto, infra alios quatuor dies dicti de Zurulo faciant depoſitum in publico Banco

co dictæ partis Caſalis Aquaueliæ,& aliorum bonorum, iuxta declarationem per idem Collaterale Conſilium, viſo appretio prædicto faciendam.

Reſpectu verò functionum fiſcaliũ, quæ poſſidentur per præfatum Magnificum Dominũ Michaelem Sanfelicium, tàm in dicto Caſali Aquaueliæ, quàm in Caſali Porciliorum, dicti de Zurulo teneantur infra eundem terminum exhibere notam in Collaterali Conſilio tot aliorum introituum fiſcalium eiuſdẽ quantitatis,qualitatis,& bonitatis ſubrogandorum, ad beneficium dicti D.Michaelis,iuxta oblationẽ oretenus in Collaterali Conſilio factam per dictum Magnificum Nicolaum Antonium.

Verùm ſi dictus Magnificus D.Michael Sanfelicius voluerit emere partem dicti Caſalis Aquaueliæ, & alia bona ſpectantia ad dictos Magnificos de Zurulo in eodem Caſali, teneantur prædicti Magnifici Nicolaus Antonius,& Io. Vincentius Zuruli infra eundem terminum vendere,eodem quo ſupra modo,dictas partes, & alia bona exiſtentia in eodem Caſali ſupradicto Magnif. D. Michaeli Sanfelicio.

Tapia Reg. Enriques Reg.
Lopes Reg. Varella.

Et ſic fuit prælatus Sanfelicius præuio appretio per Tabularios, & declarato per Collaterale Cõſilium,vt patet penes acta apud Barrilium Scribam à mandatis, in qua cauſa ego interueni tamquam Aduocatus D. Michaelis Sanfelicis;& quia deciſio eſt noua,volui hic eam ponere. Et ne deficiãt auctoritates, & rationes pro deciſione prędicta,rogo animaduerti,quòd quando in communione adſunt contentiones, & diſcordiæ, poſſunt, & debent bona diuidi[tex.in l.in re cõmuni, & ibi glo. in verb.contentiones.ff.de ſeru.vrb.præd. glo.pen. in l.qui neque. ff.de reb. eorum. & gloſ.in l.ſancimus. §.ne autem in verb.contentio. C. de donat.] & in diuiſis cogitur quis vendere propter culpam, vel aliam iuſtam cauſam,vt notatur expreſsè in [§.fin. vbi etiam gloſ. Aret. & DD.Inſtit.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.glo.in l.Iulianus.§.idem celſus, in verb.totum, ff de act. empt.Tiraq. de vtroque retract. in præfat.num.15. & ad hoc facit,quod dicit Luc. de Penn.in l. fin.C.de loc.præd.ciu.lib.11.nu. 7.] quòd quando Rex conceſſit alicui feudum, propter ſcandalũ vitandum, poteſt illi tollere, & alteri concedere;& ſic à fortiori, Rex,ſiue eius miniſtri, pro bono pacis, poſſunt cogere feudatariũ ad vendendum.

Et ſic etiam in ſocio, diſpoſuit textus, quod quando eſt rixoſus, poteſt cogi ad diuidendã ſocietatem, non obſtante pacto, quod

quod eſſet perpetuo duratura, in [l. ſi conuenerit. ff. pro ſoc.] quia rixa videtur quodam bellũ, quod agitur inter perſonas priuatas, non ex aliqua publica vtilitate, ſed magis ex inordinata uoluntate teſte [S.Thom. 2. 2. q. 41. art. 1.] & quando eſſent ſocij pro partibus inæqualibus, qui maiorem partem habet, poteſt alterũ compellere ad ſibi ſuam partem vendendam [Guid.Pap. ſing. 557. ſequitur Ariſm. Tep. tom. 2. ſui compendij, tit. com. diuid. fol. 284, verſ. iure communi, contra quam opinionem ſcripſit Stephan. Gratian. deciſ. Marchiæ 169. per totum] vbi recurras: quando caſus acciderit inter duos ſocios, Quid in exercitio iuriſdictionis, quando duo, uel plures poſſiderent iuriſdictionem pro communi, & indiuiſo; & propter ſedãdas diſcordias, quas habent in eorum exercitio, non poteſt procedi ad eorum diuiſionem, quid agendum, uide latiſſimè, qui cumulat omnes opiniones Doctorum, [Fontan. de pact. dotal. gloſ. 9. par. 2. à nu. 18. uſque ad 28. lib. 1.] & concludit eſſe exercendam per perſonam deſtinandam per ambas partes de triennio in triennium; & fructus perueniendos eſſe diuidendos, & affert deciſiones.

12 Quartò, conceditur ius retractus, ſeu ius prælationis pro æquali pretio, ratione directi dominij, quod quis habet in re vendita, & ideo ſi emphyteuta vendit ſuum vtile dominium, quod habet in re emphyteotica, vel vaſſallus vendit vtile dominium, quod habet in re feudali, dominus directus ratione ſui directi dominij habet prelationem pro æquali pretio, prout de emphyteuta, eſt [tex. in l. fin. C. de iure emphyt. & latius notarunt Cacheran. deciſ. 156. Frãc. Marc. deciſ. 578. tom. 1. Magon. deciſ. Florent. 100. Card. Tuſc. concl. 209. lit. E.] etiam aduerſus retrahentem conſanguineum [Lopez ad leg. Thauri 17. Intrigliol. ſing. 339. lib. 1. quos cum alijs refert Nouarius lib. 1. quæſt. forenſ. cap. 41. nu. 2. vbi idem firmat etiam contra vicinum ex Capyc. deciſ. 99. & Præſid. de Franch. deciſ. 610.] & vide in materia, quę per me fuerunt allegata in cauſa Illuſt. Alexandri de Loffredo Principis Maidæ cum illis de Sparano; de quibus per extenſum fecit mentionem [Torus in ſuo compendio deciſ. in verb. prælatio, fol. 484. 2. vol.] & de vaſſallo eſt [tex. in cap. porro, qualiter olim feudum poterat alienare] verum ſi ſupereſt ali-

13 quis agnatus proximior, ſcilicet, qui ſucceſſurus erat, hic agnatus præfertur domino in prohibendo ante venditionem, offerendo æquale pretium, & in redimendo pro æquali pretio poſt perfe-

ctam venditionem, vt expreſsè habetur in [d. cap. porro, notat Paris de Puteo in tract. de reintegratione feudorum in cap. quod incipit an ſi vendatur, folio mihi 133.]

14 Sed quid è contra, ſi dominus directus vendit iura ſita dominicalia, & illum annuum canonem, an vaſſallus, vel emphyteuta, præferatur in emptione pro æquali pretio, ſi vult vnire, & conſolidare directum dominiũ ſuo vtili? in hoc ſunt opiniones, nam [dominus de Frãch. deciſ. 17. num. 7.] expreſsè dicit quod ſi dominus directus vendit directum dominiũ, ſeu annuos introitus, quos vtilis dominus ſoluit directo, non præfertur vtilis dominus emptori, nec ante, nec poſt vẽditionem, & quod ita fuit iudicatum per Magnam Curiam, & per Sacrum Conſiliũ, ipſo aduocante.

Camillus Salernus in cõſuet. 1. de iur. cõgrui in addit. quæ incipit vltra præfata in fin. fo. mihi 326. refert contrarium fuiſſe deciſum per idem Sacrum Conſil. referente Domino Scalaleone, vt vbi Dominus directus vendit iura ſua, licitum ſit vtili domino rem eius liberam facere, & præferri emptori pro æquali pretio.

Ego ſaluo meliori iudicio putarem, hoc diſtinctionis fœdere poſſe conciliari prædictas deciſiones. quod, aut ſumus extra Ciuitatem Neap. & tunc vtilis dominus ratione vtilis ſui dominij non habet prælationem contra emptorem, qui emit iura directa à domino directo, quia nulla lege hoc cauetur, ut utilis dominus ratione utilis dominij præferatur emptori, ut dicit [D. de Franch. d. deciſ. 17. num. 7. nec ratione communionis, d. l. dudũ. & ſic procedit deciſio relata per [D. de Franch. num. 8. & per Annam ſing. 150. ubi uide alias deciſiones.]

Aut uerò ſumus in Ciuitate Neap. & quia in eadem Ciuitate eſt proprium ius municipale, dans ius congrui ratione communionis in eadem re, ut in [d. conſuetud. ſi quis habet domum §. inſuper tit. de iure congrui] & tũc domino utili, ratione ſui utilis dominij, competit ius prælationis in emptione directi dominij, quod dominus directus uendidit pro æquali pretio, & hoc ratione communionis: nam maior, & connexior communio eſt directi, & utilis dominii, quia hæc duo dominia poſſunt fieri unum, confuſo, ſeu finito utili, uel directo, ut [§. fin. inſtit. de uſufruct.] quam eſt connexio uicinitatis, & confinitatis duorũ prædiorum, quia duo prædia nõ poſſunt fieri unum per confuſionem, ſed tantum deſtinatione, propter culturam, uel habitationem, hinc directus dominus præ-

præfertur uicino in emptione, vt eleganter dicit [Napod. in d. conſuet. 1. num. 34. de iure congrui] & procedat deciſio relata per Camillum Salernum, non quod dominus vtilis poſſit prætendere hanc prælationem ratione vtilis dominij, quia nulla lege, nec communi, nec municipali hoc cauetur, ſed ratione communionis, dum in eadem re ipſe habet vtile, & dominus directus habet directum, cum lege municipali Neapolitanorũ, ratione communionis detur ius congrui, d. §. inſuper, quod iure commnni non conceditur [d. l. dudum. C. de contrah. empt.]

15 Sed pone, quod quis habet domum, vel terram ſibi conceſſam in cenſum, & vẽdit eam; an ille, qui habet cenſum ſuper re vendita præferatur emptori pro æquali pretio: dic quod non præfertur, quia cenſuarius habet vtile, & directum dominium, vt in [cap. conſtitutus, extra de religioſis domibus, ita eſt deciſio Napod. in conſuet. 1. num. 35. de iure congrui.]

Quid è contra, ſi dominus cẽſus alteri vẽdidit, ſeu adiudicauit cenſum pro eius neceſſitatibus, an cenſuarius poſſit prætendere prælationem? quòd non, ego defendi, ex hac doctrina Napodan. & ex alijs, & obtinui pro Illuſtr. Marchione S. Iuliani meo clientulo amatiſſimo, creditore huius fideliſs. Ciuitatis Neap. per quam fuit adiudicatus quidã cẽſus debitus ab hæredibus Iulij Venuti, prætendentibus prælationem, & fuit excluſus per circumſpectum Camillum de Marra tunc Proregentem, & delegatũ pecuniæ huius fideliſſimæ Ciuitatis, penes Decium Romanum.

16 Quintò, vaſſalli, & Vniuerſitates Regni habent ius prelationis; vt præferantur emptori pro æquali pretio, in caſu, quo petunt ſe admitti ad Regium demaniũ, quando Barones, vel alij vtiles domini vendunt Terras, Ciuitates, vel Caſtra cum eorum vaſſallis, vt [de Franch. deciſ. 17. nu. 2. verſ. verumtamẽ, Viuius opin: 637. D. de Curte de feudis in verbo licet autem veriſſimè, Regẽs de Ponte de poteſt. Proreg. fol. 477.] qui adducunt rationem, quia vniuerſitatum, & vaſſallorũ intereſt fieri liberos, cum illi, qui nullo medio ſubſunt Regi, verè ſint liberi, vt expreſsè dicit conſtitutio Regni, quæ incipit perſonas, lib. 3. ibi cum omnes; meritò liberi cenſeantur, qui nullo medio ad Imperialem celſitudinem, & Regiam pertinent poteſtatem, &c. nam ſi eſſent ſub Barone, vel Comite, tenerentur ei ſeruire in certis ſeruitijs, iure cõmuni, & pragmaticarum expreſſis, necnon ei tenerentur dare collectam, & ſubuentionem in caſibus expreſſis in conſtitutione

ne quamplurium, à quibus ſeruitijs, & oneribus collectarum eorum intereſt liberari, ita dicit [D. de Franch. allegata deciſ. 17. num. 3.]

17 Illuſtr. Marchio Regens de Ponte in tract. de poteſtate Proregis tit. de diuerſis prouiſionib. §. 1. nu. 4. fol. 478.] non conſentit præfatæ rationi per [Dominũ de Franch. relatæ in d. deciſ. 17. nu. 3.] dicens Vniuerſitates non habere ius petẽdi admitti ad demanium, quando vendũtur pro eodem pretio, quo venduntur, nec adeſſe aliquam rationem, in qua poſſit fundari, quod ſua intereſt admitti ad dictam peti-

18 tionem demanij, ſed inquit illá eſſe veram rationem, & in ea fundari petitionem admitti ad Regium demanium, quia Vniuerſitates vtuntur iure fiſco competẽte, quia cum fiſcus ſit directus dominus iure directi dominij, poteſt petere prælationem, hinc ſubdit, quod huiuſmodi lites fiũt in Reg. Camera, fiſco cõſentiente, coadiuuante, & defendente, adeo quod ſi fiſcus non vult demanium, Vniuerſitates omnes repelluntur, quia exercent ius prælationis domino directo, ſeu fiſco competens, dum petũt admitti ad Regium demanium ſoluto pretio emptori, vna cum intereſſe, computatis fructibus, ex Terra, vel Ciuitate vendita, perceptis, & ſic Dominus Regẽs de Ponte hunc quintum caſum confundit cum caſu pręcedente, vt hęc pręlatio, & petitio admit-

19 ti ad Regium demanium, oriatur ratione directi dominij, qđ habet fiſcus in terra uendita, non autem naſcatur fauore libertatis uaſſallorum, & Vniuerſitatum, quia eorum intereſt fieri liberos, & liberari à ſeruitijs, & onere collectarum, ad quæ baronibus tenentur iure communi conſtitutionum, & pragmaticarum Regni, ut dicit [D. de Franch. in allegata deciſ. 17. nũ. 3.]

20 Attamen puto rationem D. de Franch. eſſe ueriorem, & illá Regentis de Ponte non poſſe militare in caſu noſtro, quandoquidem certi iuris eſt, quod ubi Barones, uel alij utiles domini uendunt eorum Terras, & Caſtra, illa alienant cum aſſenſu Regio, & ſine illo aſſenſu alienatio eſſet nullius momenti, & roboris, ut in [cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federicũ. & in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ] & conſequenter Rex dominus directus, dum cõſenſit alienationi, illud ius prælationis, & redimendi pro æquali pretio amittit, ut expreſsè dicit [tex. in d. c. porrò, qualiter olim, hoc expreſsè tenet Paris de Put. in tract. de reintegrat. feudorum, in cap. an ſi uenduntur res feudales, fol. mihi 133. & latè hoc defendit Harteman. Piſtor. lib. 2. in

in 12. quæſt. quidquid Cãnetius dicat in cap. volentes: vnde patet, quod Vniuerſitates,& vaſſalli quando venduntur per eorum Barones, & vtiles dominos de per ſe, & eorum propria perſona,& iure proprio eis competente,conſuetudine, & moribus introducto, poſſunt petere admitti ad Regium demanium, ſoluto pretio emptori, quia eorum intereſt fieri liberas, cum omnes illi,qui immediatè ſubſunt Regi verè ſint,& cenſeãtur liberi,iuxta conſtit.perſonas; Vnde in Regia Camera,vbi fiunt huiuſmodi lites,quando vniuerſitates petũt admitti ad Regium demaniũ,ſo-

21 luto pretio emptori, nihil aliud cognoſcere volunt in dicta cauſa demanij, niſi ſolum videre, ſi vires Vniuerſitatis ſint ſufficientes ad manutenendum ſe in demanio, & quod ſine aliquo incommodo poſſint ſoluere pretium, alias ſi vniuerſitas non eſſet talis potentiæ,& facultatis,nõ admittitur ſua petitio. Ita in anfractu diuerſarum ſentẽtiarum, diſtinguit [Camillus Salernus in prohemio conſuetudin. fol. mihi 42. & Dominus de Ponte loco citato, & vide quæ dixi in additione mea ad cap.1.de his, qui feud.dar.poſſ.nu.12.]

22 Vnum aduertas, quod etiam in caſu,quo Baro, vel alius vtilis dominus locaret Terrã, vel Ciuitatem ad modicum tempus, puta per quinquennium, etiam hoc caſu Vniuerſitas præfertur in locatione prædicta, pro eodẽ pretio,vt refert fuiſſe iudicatum [Dominus Rouitus in prag. 64. num. 31. de offic. procuratoris Cęſaris] pro qua opinione faciũt adducta per Iudicem dela Rath. chariſſimum meum amicum cõſ.4.vbi fundauit vaſſallos præferri extraneis in locatione iuriũ Baronalium. Quid quando concurrit Baro, & Vniuerſitas in locatione fructuum Baronalium, quis debet præferri? In quadam cauſa Vniuerſitatis Eboli cũ Ill. Duce eiuſdem,fuit deciſum pręferri Baronem; uide meas allegationes,& deciſionẽ apud Torum, uerbo prælatio fol. 490. & 491.]

23 Sexto,habet locum ius prælationis vbicunque emphyteuſis, uel feudum per lineam finitam redit ad dominum, ut ſi dominus illam rem iterum uult concedere, hoc caſu proximiores conſanguinei præferantur extraneis pro æquali pretio, prout de feudo eſt [tex.in conſt. Regni ut de ſucceſſionib.§.in omnibus,& de emphyteuſi, eſt deciſio Bart. in l.1.§.permittitur,de aqu. quotidian.& æſtiua:quam Bart. deciſionem totam iuris prudentiam ſequi teſtatur D.de Franch.deciſ. 123.Affl.deciſ.238.num.2. Gabriel concluſ. 1. de iur. emphyt. Veral. deciſ. Rot. Rom. 230. &

304.

304. par. 1. Gamma deciſ. Rot. Luſit.41.307.& 326. Valaſc.deciſ.28.Farinac.deciſ. Rotæ 791. Honded.conſ.51. à num.6. cum ſeq.Reg.de Pont. de poteſt.Proregis de elect. off. §.3. quaſi per totum,& Romanus conſ.22.nu. 5.] ubi quoq; dicit,quod ſi con-
24 currant proximiores eorum, quibus facta fuit primęua conceſſio,& proximiores eius,in cuius perſona finita eſt emphyteuſis,illi per ſuperiorem in reconceſſione de nouo facienda, ſunt præferendi,qui ſunt proximiores eorum quibus antea fuit facta conceſſio, nam in iſtis militant rationes, quibus Doctores mouentur,ſcilicet quia fuit res maiorum;unde ęquum, & honeſtũ eſt, vt non tranſeant ad alienas manus [l.ſi in emptione. ff. de minorib.& l.lex quæ tutores, C. de adminiſt.tutor.]

25 Et ſimiliter ſi res fuit locata ad longum tempus, ut puta per quindecim,uel uiginti annos, ita quòd conductor acquiſiuit ius in re [l.1.ff.ſi ager uectigalis,uel emphyteoticarius petatur] ſi finita tali locatione,dominus uult iterum rem relocare,primus cõductor,uel ſui deſcendentes, uel hæredes præferuntur ſecundis conductoribus pro æquali pretio,ut [Bart.in d.l.1. §. permittitur.ff.de aqua quotidiana,& ęſtiua,de Franch. allegat.deciſ.123. num.7.] quia talis locatio facta ad longum tempus æquiparatur conceſſioni in emphyteuſim, ut [gloſ. in l.fin. C. de locat.præd. ciuil.lib.11.]

26 Secus ſi res fuiſſet locata ad modicum tempus, tunc ſi finita prima locatione, dominus uult iterum relocare alteri, hoc caſu primus conductor non pręfertur ſecundo conductori pro eodem pretio,& mercede [l. ne cui. C. locati] quem tex. procedere in omni prædio urbano, ſiue ruſtico,& ſic tam in inquilino,quàm in colono dixit [Dominus de Franch.deciſ.406.Ann.conſ.77. uol.1.Reg.de Pont. conſ.23.nu. 18.uolum.1. quamuis Afflict. in deciſ. 238. in colono uideatur tenere contrarium,quem ſequũtur Zerol. in praxi Epiſcop. in uerbo ius congrui,& Caualc.deciſ.30.num.97.par.2. ſed nouiſſimè uidendus eſt Gizzarell. deciſ. S. C. 5. qui more ſolito cumulat omnes,& affert nonnullas deciſ.& pro coronide in eius additione de Angelis.]

27 Hæc concluſio, quod primus colonus ad modicũ tempus non præferatur ſecundo conductori, ſi uult offerre æquale pretium; fallit in conductore prædij fiſcalis,uel publici, tunc primus conductor præfertur ſecundo conductori,ut in [l.congruit,& in l. fin.C.de locat.prædior.ciuilium, lib.11.Miſinger.obſeru.23.cent. 4. Gratian. diſcept. forenſ. 317.

Ee Ca-

Caſtill.deciſ.114.num.18.par.2. quos cum aliis nouiter adducit Nouarius quæſt.forenſ.86.lib.1. Gizzarell. d. deciſ. 5. vbi ſupra.
28 hinc Lucas de Penna in d.l.fin.] dicit, quòd primus conductor gabellæ publicæ præfertur pro anno ſequenti, ſi tantum ſoluere vult quantum eſt oblatum à ſecundo conductore, & hoc eſt ſpeciale in fiſco, & Republica, alias regulari iure antiquus conductor non poteſt expellere nouum conductorem, offerendo tantundem pro affictu [d. l. ne cui. C.locati] quæ lex nec probationem admittit in contrariũ, contra dominum, & nouum cõductorem niſi per ſcripturam, vt latè per [Dominum de Franchis deciſ.278.] licet contrariũ fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſcopali huius Ciuitatis, & aliàs in S.Conſ. teſtatur nouiſſimè Nouarius in pragmat. Regni nu. 4. de locato, & conduct.]
29 Septimò, habet locũ ius prælationis pro æquali pretio, vbi colonus, qui colit prædium ad partem fructuum, vel ad pecuniam, vult vendere fructus, quos percepit ex prædio locato, vt teneatur potius vendere domino loci pro iuſto pretio, quam extraneo, & ſic dominus loci in emptione fructuum, quos colonus ſuus habet venales, præfertur pro iuſto pretio, ita eſt notabilis doctrina [Bart.in l.1.C.de Metallarijs lib. 11.Couarr. var.reſol.cap.14.lib. 3.num.6. D. Regens Tapia, qui alios citat deciſ.Sac.Conſ.57.nu. 18.Roman.conſ.22.nu.5.Frecc. in tract. de auctor.Bar.in 38. aucto.] habet enim dominus quaſi pignori obligatos fructus prædij quod locauit pro mercede, & affictu ſibi debito [gloſ.in l. ſi ſeruus.§.locaui.ff.de fur.allegat tex. in l.venditor.§.vlt.ff. communia prædiorum] hanc concluſionem intellige primo dummodo dominus ſoluat iuſtum pretiũ antequam recipiat fructus, quos colonus habet venales, ita [Luc. de Penn.in d.l.1. in verbo ſuſcipiant, C.de metall.lib.11.] & ſic dominus tenetur prius ſoluere iuſtum pretium, & poſtea colonus tenetur tradere fructus, quos
30 habet venales. Secundò, intellige dummodo dominus prõptus ſit in emendo; ſecus ſi non curat emere, & differt, ita [Iacob. Rebuff. in d. l. 1. C.de metallarijs, lib. 11. notant Doctores in l.qui Romæ.§. cohæredes. ff. de verb. oblig.] non enim colonus debet morari in venditione, nec per vnam hebdomadam, vel diem; pretia enim ſolent mutari, vel res venalis perire, ita [Frecc. d. auctor.38.verſ.3.intellige, Dominus Rouitus in pragm.15. tit. de
31 Baronib. Tertio, intellige, dummodo dominus velit emere fructus pro ſe [argum. d.l.1. C. de metallarijs lib. 11.] ſecus ſi vel-

let

let emere pro alio, vel alteri cedere hoc ius emendi, tunc non haberet prælationem, nec poſſet expellere emptorem pro æquali pretio, ita [Freccia dicta auctoritate 38. allegat deciſion. Guid.Papæ 411.] & ita fuiſſe iudicatum per Sacrum Cõſilium, quæ declaratio procedit in omni caſu vbi datur prelatio in emptione rei, vt [de Franchis de-
32 ciſ. 226.] vbi dicit, quod Dominus directus tunc poteſt expellere nouum emptorem, redimendo rem in emphyteuſim conceſſam pro æquali pretio, quando vult pro ſe emere, ſecus ſi pro alio, niſi à principio redimat pro ſe, & hoc agebat ſine fraude, deinde mutata voluntate, vult alteri concedere, vel alteri vendere, tunc emptor nihil poteſt quæri contra dominum, qui redimit ab ipſo pro æquali pretio, ita dicit fuiſſe deciſum [Dominus de Franchis dicta de-
33 ciſ.226.] vel niſi dominus eſſet pauper, & non ſufficiens ad ſoluendum verum pretium, tunc poteſt alteri cedere hoc ius emẽdi, & prælationis: quo ſoluente verũ pretiũ, dominus conſequatur lucrum in ampliore pretio, quod ille extraneus propter affectionem ſoluit, ita [Freccia in dicta auctoritate 38. in fine, allegat tex. in l. ad officium, C. communi diuidundo;] uerumtamen hæc eſſet maxima limitatio ad dictam l. 1. C. de metallarijs, lib. 11. ideo cogita, prout idẽ Frecc. reliquit hoc cogitandum, dum
34 dubitatiuè loquutus eſt: nec dicta l. ad officium multum ſtringit, quoniam ibi erat res communis, & quæ commodè diuidi non poterat, & ſocius nolebat offerre verum, & iuſtum pretium; propterea alter ſocius pauper, qui pecunia in licitatione vincere non poterat; permittitur ei inuenire extraneum emptorem, qui licitet, & ſic ei cedere ius emendi: in caſu noſtro res non erat communis, & tale priuilegium prælationis eſt perſonale, quod perſonam non tranſgreditur, ideo ſatis cogitandum, ſi caſus euenerit.

35 Octauo habet locum ius prelationis, vbi vaſſalli habẽt fructus venales, nã tenentur illos uẽdere potius dominis eorum, quã extraneis, ita [Luc. de Pen. in d. l. 1. C. de metallarijs lib. 11.] dũ ait nota legem pro dominis terrarũ, quia coloni, & alij vaſſalli res eorum, quas habent uenales, ut fructus, & alias res, tenentur prius vendere dominis, refert, & ſequitur [Frec. in d. 38. auct. & antea dixit Affl. in c. poſt natale S. Mariæ, de pac. tenen. arg. d. l. 1. C. de metallar. li. 11. Mexia in prag. taxe panis cõcl. 5. n. 112. Carpan. in ſtatut. Mediol. 383. n. 9. to. 2. Reg. de Pont. conſ. 72. n. 5. vol. 2. & ita pluries deciſum in S. Conſ.

teſtatur Nouarius in pragm.Regni 1.num.23.de Baronibus]verumtamen Freccia loco citato dat plures declarationes ad præfatam cõcluſionem, & ſunt omnes prædictæ tres declarationes, quas dixi in domino prædij, quod locauit.

36 Addit & quartam declarationem,vt intelligatur,hos fructus, quos habet venales, percipi ex feudali prædio ipſius Baronis, pro quo ſoluit canonem in pecunia, vel terraticum, vt dixit [Freccia in prima declaratione d.38.auctor.] ſecus ſi vaſſalli illos fructus, quos habent venales,percepiſſent ex proprio prædio, vel aliunde haberent, tunc ſtandum eſt regulæ iuris communis,vt quilibet rei ſuæ ſit moderator,& arbiter, & vendat cui vult,nec aliquis poſſit prætendere prælationem in emptione, niſi expreſſa lege caueatur,vt [d. l.dudum.C.de contrahenda em-
37 ptione] vnde Regia pragmatica Imperatoris Caroli V. quæ eſt 15.ſub titulo de Baronibus, expreſsè prohibet, ne Barones cogant vaſſallos, qui habent fructus ſuos venales, quod vendant ſuis Baronibus, ſed quod vaſſalli ſint liberi vendere illos, cui volunt, vbi & quando volunt; in vno tantum caſu dicta Regia pragmatica in fine concedit Baronibus facultatem emendi, & præferendi in emptione fructuũ, quos vaſſalli habent venales extraneo emptori pro eodem pretio, vbi ſcilicet Barones uolunt emere pro ſuis,& domus ſuę neceſſitatibus; alias ſi diceretur, quod per dictam Regiam Pragmaticam indiſtinctè eſſet conceſſum ius prælationis Baronibus in emptione fructuum,quos uaſſalli perceperunt ex proprij prædijs,uel aliunde haberent, & habent uenales,pragmatica,quæ uoluit remouere grauamina à uaſſallis, induxiſſet grauamen contra mentem conditoris dictę Regiæ Pragmaticæ; nam maximum eſſet incõmodum, & grauamen uaſſallis, ſi Barones indiſtinctè,præter caſus neceſſitatis, haberent hoc ius prælationis in fructibus, quos perceperunt ex proprijs prædijs, uel aliunde habuerunt,& habent uenales,quoniam non commodè inuenirent emptores, qui ſcientes, quod ſi emerẽt Barones, poſſent eos expellere pro eodem pretio, non facilè ad emptionem accederẽt, vt in ſimili conſiderat [Dom.de Franch.d.deciſ.17.]

38 Itaque concludendum eſt diſtinguendo,aut fructus illi, quos uaſſalli habent uenales,ſunt percepti ex prædio feudali ipſius Baronis,quod colunt pro canone in pecunia,uel pro redditu in frugibus,& hoc caſu, habent Barones ius prælationis [argum. d. l.1.C de metallarijs.lib.11.quod ſic

ſic fuit deciſum per plura: uide [Capibl.i n pragm. 1. de Baron. num.14.cum ſeq.]

Aut vero fructus, quos vaſſalli habent venales, ſunt percepti ex proprio prædio ipſorum vaſſallorum, uel aliunde; & hoc caſu nullum ius prælationis habent Barones, vt poſſint expellere emptorem pro eodem pretio, excepto quando vellent emere pro neceſſario vſu, vt diſpoſuit dicta Regia Pragmatica 15. in fine, ſub tit. de Baronibus, cuius verba ſatis clara ſunt, nè pragmatica inducta ad fauorem uaſſallorum, & ad remouenda eorum grauamina, eſſet in eorum læſionem, & grauamen eis induceret, contra l. quod fauore. ff.de legibus.] quod licet uideatur tergiuerſari opinioni eximij Conſiliarij Scipionis Rouiti in pragmat.15. de Baron. vltimo recōp.attamen ex prædictis, teneo contrariam opinionem ex deductis.

39 Nono datur prælatio de iure, quando bona venduntur, vt præferatur in emptione creditor, & conſanguineus; & inter creditores potior is eſt, cui maior pecunia debetur [tex. ad literam in l. 1.ff.de priuileg. creditor.] quod procedit, quando eſt creditor, & conſanguineus, ſed non debitor, & ad inſtantiam ſuorum creditorum venduntur bona, quia tūc tenetur offerre integrum creditum, iuxta diſpoſitionem [tex. in l.tutor.§.Lucius, de vſur.] nec habet locum poſt factam vēditionem, vt refert fuiſſe deciſum per Sac.Conſ. [Iacobus Anellus de Bottis doctiſs.Conſ.iunctis aulis in ſua aurea addit. ad tex.in d.l. 1.de priuil.cred.] & nè deſit alia ſingularis doctrina, vide [Petrū Vaner. de priuil.cred.cap.12. in fin.qui tenet idem] & ſecundum prædicta fuiſſe deciſum, me patrocinante, in cauſa Franciſci de Angelis, de Sedili Portus, cum D.Petro de Cauaniglia; vt latius eſt videre per allegationes, & deciſionem adductas per eruditum [Ioan.Bapt.Tor.in ſuo compēd. deciſ.vol.2.in verb.prælatio, fol. 486.]

40 Sed quia in capitulo noſtro, ſed etiam res, habetur agnatum proximiorem habere prælationē in emendo feudum pro æquali pretio cui concordat [text. in c. porro, qualiter olim, & in cap. Titius, ſi de feudo defuncti mil.] quod hodie indiſtinctè practicatur tam in feudo ex pacto, & prouidentia, quàm in feudo hæreditario antiquo, quòd ex tot, tātiſq; deciſionibus, nō poteſt amplius hæc opinio tergiuerſari.

41 Quæſtio verò eſt, quod pretiū attendatur, & de quo iura prædicta intellexerunt per illa verba, æquali pretio, an ſcilicet pretium oblatum ab extraneo emptore, ita vt illud uerbum, æqua-

le,exponatur,ſcilicet, vt agnatus proximior offerat tantum pretij, quod ſit æquale pretio oblato ab extraneo emptore; vel intellexerunt de pretio, quod fuerit æſtimatum,& taxatum per Tabularios,& expertos, ita ut illud uerbũ, æquale,referatur rei, ſcilicet ut ſit æquiualens rei; quaſi quod uelint dicere, ut ęquale ſit uel habere pretium,uel habere rem,

42 Bald. in d.cap. porro uidetur tenere, quod iura prædicta uoluerunt intelligere per illud uerbum, æquale pretium, ut ſit illud,quod eſt oblatum ab extraneo emptore, dum ſuper dictis uerbis,æquali pretio, ſic dicit, & ſi de fraude dubitabatur, debebat inquiri ueritas, multi enim pretia confingunt in fraudem aliorum:& ſic ſentit Bald. quod æquale pretium ſit illud, quod extraneus offert ſine fraude.Hoc clarius dicit [Iacob. de Beluiſ. in d.cap.porro]ubi exponendo uerbum,pro æquali, dicit, ideſt pro eo pretio, quod ſolutum eſt ab emptore: idem uidetur tenere [Andr. de Iſern.in hoc cap. ſed etiam res, ubi num.3.] dicit, & hic agnatus præfertur in emendo,dummodo uelit tantum dare de pretio, quantum extraneus; hoc idem uideritur tenere [Afflict.Aluarot.& alij feudiſtæ in noſtro cap.ſed etiam res.]

43 Secundo, ultra auctoritates prædictorum Doctorum, hæc opinio probatur ratione,ſcilicet, ut ęquale pretium ſit illud,quod eſt oblatum ab emptore: nam pone, quod feudum uendatur ſub haſta, vrgentibus creditoribus habentibus feudum obligatum cum aſſenſu, certi iuris eſt, quod creditor poſterior cum aſſenſu habet ius offerendi meliorem oblationem,ad hoc, ut poſſit ingredi creditum ſuum in pretio,uel ſaltem illud retinere, ſolutis prioribus creditoribus,ut [de Franch.deciſ.12.per tex.in l. 1.C.ſi antiquior creditor]unde ſi dicimus, quod agnatus proximior ſufficit,ſi offerat illud pretium, quod erit æſtimatum, & taxatum per appretiatores, & nõ oblatum ab extraneo emptore, uel à ſecundo creditore, qui habet feudum obligatum, ad hoc, ut redimat feudum, ſequeretur, quod iure offerendi,quod habet ſecundus creditor cum aſſenſu, à lege ſibi conceſſũ (ut latè conſulit Aym.Crauet.in conſ.298.) priuaretur: quod aſſerere eſſet abſurdum; poſtquam potentius eſt ius creditoris habentis obligatum feudum cum aſſenſu, in offerendo, uel inueniendo meliorem oblationem,quam ius agnati proximioris in redimendo pro ęquali pretio,maximè ſi feudum eſſet hæreditarium, in quo ſucceſſor grauari poteſt uſq; ad ualorẽ feudi,ut[de Frãch.dec.1.]

Ter-

44 Tertio multum ſtringit deciſio [Bald.in l.2.in finali quæſtio. C.de reſcind. vend.] vbi notabiliter dicit,quod ſi ſtatuto caueturquod in venditione præferatur conſors,& conſors vult offerre decem, quia res communiter non plus valet,ſunt tamen vnus, vel duo,qui volunt offerre quindecim,& ſic volunt emere plus iuſto pretio, quod hic conſors,ſi vult præferri, debet ſoluere illud pretium,quod illi duo offerunt, nec auditur ſi vult ſoluere verũ pretium ſecundum æſtimationẽ communem, quia ſtatutum dicit, quod præferatur extraneæ perſonæ; & ſic loquitur reſpectu perſonæ,non reſpectu pretij, vnde venditor debet præſtari indemnis, quod non eſſet, ſi non accipere pretiũ, quod ab extraneo inuenit, non enim quis eſt compellendus gratioſè cõtra here, ſed pro pretio quantiplurimi reperit [l.fin.C.de iur.emphyt.] dummodo ſine fraude fiat, & æqualibus pactis; vult ergo in effectu Bald. quod conſors debeat offerre,& dare illud pretiũ,quod reperitur ab alio, nec ſufficit, quod ipſe offerat iuſtum,& com mune pretium.

45 Et hanc Baldi doctrinam in proprijs terminis noſtræ quæſtionis,allegat [Iacobin.de Sãcto Georgio in tract.de feud. in verbo cum pacto de non alienando à nu.37. vſque ad 40. hoc idem tenet Harteman.Piſtor.lib.2.in 12.quæſt.nu. 6.] vbi dicit, quod quãuis alioquin regulariter pretia rerum,non ex affectione ſingulorum conſtituantur,ſed com muni regionis æſtimatione, ex qualitate rei, & quãtitate redditus [l.pretia rerum. ff.ad legem Falcid.] tamen in propoſito, nõ tam ad iuſtam rei ęſtimationem habetur reſpectus; quam id ſolũmodo conſideratur,quod emptor dederit,ideoq; agnatus omne id, quod perpendit emptor, etſi pretium iuſtum excedat,reſtituere cogetur, ſi modo feudũ alienatũ recuperare velit: & tandem idem tenet doctiſſimus Regius Conſiliarius [Theodorus, meus dilectiſſimus conſanguineus in ſua allegatióne 92.]

46 Sed prædictis, & alijs non obſtantibus contrarium puto de iure eſſe verius,ſcilicet, at agnatus proximior offerẽdo iuſtum, & commune pretium, iuxta æſtimationẽ faciendam per appretiatores, præferatur in emptione, nec cogatur offerre pretium, quod ab vno, uel duobus eſt oblatum, vel fuit conuẽtũ: & in hac opinione ſemper fui,& obtinui;& ſic in ea reſideo.

Hoc clarè oſtenditur ex pluribus.

Et primo ex litera noſtri capituli,ſed etiam res, & cap. porro, vbi pro æquali pretio accipere volenti, hoc enim verbum, æquale,

47 æquale, deſcendit ab ęqualitate, ita vt tantundem ſit dicere, cõmune, & iuſtum pretium, quantum dicere æquale pretium, ita ut quemadmodũ commune, &
48 iuſtum pretium eſt illud, quod imponitur rei per appretiatores, & expertos, ita æquale pretium eſt illud, quod imponitur rei per communem æſtimationem: hęc eſt doctrina [gloſ. in d.l. pretia rerum, in uerbo funguntur, in tertio intellectu. ff. ad leg. Falc.] vbi gloſſando illa uerba textus, pretia rerum, non ex effectu, nec vtilitate ſingulorũ, ſed communiter funguntur, exponit, cõmuniter funguntur, ideſt tale pretiũ imponitur, vt æquiualeat rei, vt commune, & æquale ſit vel habere rem, vel pretium.

49 Dum ergo hoc verbũ, æquale pretium iura Romana, & eorum interpretes exponunt, ideſt æquiualens rei, patet, quod dum dicta iura feudalia concedunt agnatis facultatem redimẽdi pro æquali pretio, exponendum eſt, æquale, ideſt æquiualens rei; nã in quæſtionibus feudalibus, vbi emergit caſus, qui non ſit conſuetudine feudali comprehenſus, ſtrenuus iure peritus ſine calumnia, lege Romana vti poterit. c. 1. de cognit. feudi.

50 Si enim dicta iura feudalia voluiſſent intelligere de pretio oblato, vel cõuento cum extraneo emptore, dixiſſent, pro eodem pretio, prout in prælatione conceſſa Baronibus in emptione fructuũ, quos vaſſalli habent venales, dixit Regia pragm. 15. tit. de Baronibus, at quoniã non de hoc pretio dicta iura feudalia intelligebant, ſed de communi, & iuſto, ideo dixerunt pro æquali pretio, & non pro eodem, quia verbum, æquale, ab æqualitate deſcendit, vt æquale tantundem ſit, vel habere rem, vel habere pretium, vt gloſ. allegata in d.l. pretia rerum: longe enim differt dicere pro eodem pretio, vel pro æquali pretio, vt innuit [Speculator in tit. de empt. & venditio. §. nunc dicendum num. 20.] dum dicit hæc verba, ſed pone ſtatutum eſt in aliquo loco, vt ſi quis domum extraneo a parentela vendiderit, licet eius agnatis infra certum tempus, eodem pretio, vel æquali eã recuperare, &c. & ſic diuerſum eſt æquale pretium ab eodem pretio, æquale enim reſpicit pretium æquiualens rei, eodem reſpicit pretiũ ab emptore impoſitum, ſeu oblatum.

51 Et hoc optima ratione, quia verus valor rei non formali pretio, hoc eſt quanti ab vno, vel duobus offertur, cognoſcitur, ſed communi æſtimatione, hoc eſt quanti cõmuniter omnibus vẽdi poteſt ſecundum rei qualitatem, & fructuum quantitatem [l. ſi quos, C. de reſcind. vend. &

l. ſi

l.ſi ſterilis,primo reſponſo. ff. de reb.eorum, Veronen.in tract. de ſimulatione contractus,in 2.pręſumptione numer.28. vſque in finem,] hinc lex ſanctio ſancta, amica vero diſponit, ut ſi conſors offerat uerum pretium,præferatur, non obſtante, quod extraneus licitator offerat plus ultra uerum ualorem [l.ad officiũ, C.commun.diuid.]

52 Hinc quoque conſtitutio Regni ſancimus,quę in toto Regno concedit facultatem uicinis redimendi rẽ ab extraneo emptore; dicit ſoluendo iuſtum pretiũ ſine mora, aut quantum uerus emptor ſine fraude dederit, & ſic conſtitutio contenta eſt uero pretio, uel quanti uerus emptor ſine fraude perpendit, & illi 53 ſapientes, qui compilauerunt conſuetudines inclitæ Ciuitatis Neap.in materia retrahendi rem iure congrui, in ſpecie ſtatuerũt, quod bona, iure congrui, retrahantur pro pretio faciendo per appretiatores, ſeu tabularios, ut in [conſuet. 1. de iure congrui, D.de Franch.deciſ.54.num.8. & ibi Napodan.in gloſ.ſuper uerbo fuerunt] quod rationabiliter illi ſapientes ſtatuerunt,ut appretiũ fiat per Tabularios, quia pretia rerum non ſunt facienda ex affectu,uel utilitate ſingulorum, ſed prout communiter ſtatuuntur, [d.l.pretia rerum. ff. ad leg. Fal-

54 cid.] communis autem æſtimatio fit ſecundum rei qualitatem, & fructuum quantitatem, & ſic per appretiatores,non autem ſecundum ſubhaſtationem quanti ab uno,uel duobus licitatoribus fuerit oblatum, in qua ſubhaſtatione plerumque fit fraus [d. l.ſi quis,C.de reſcind.uend.] & Sac.

55 Conſilium in conſignandis, & appretiandis rebus in caſu aſſecurationis ob uergentiam maritorum ad inopiam,iubet dicta bona appretiari per tabularios, cum interuentu Magnif. Commiſſarij, non per ſubhaſtationẽ, quia Iudex non debet curare, niſi de uero,& communi pretio, quod per æſtimationem rei cognoſcitur, non quod ab uno, uel duobus plus longe iuſto pretio offertur, quod plerunque ſolet eſſe propter animoſitatem, uel ob inuidiam, uel ob particularẽ affectionem,& utilitatem, quam habet in re, ut ait [doctiſſimus D.de Franch. in alleg. deciſ. 54. quam magni facit, & audacter tenet Fontan. de pact. nupt. primo libro par.2.gloſ.9.nu. 86.]

56 Tertio probatur quandoquidem conſuetudines feudales, de quibus in cap. noſtro, & in cap. porro,& cap.Titius, conceſſerũt hanc facultatem redimendi feudum pro æquali pretio agnatis proximioribus ex iure ſuccedendi agnatis quæſito ab initio naſcentis feudi,ex prouidentia domini concedentis, qui uoluit

pro-

prouidere nedum primo acquirenti, ſed omnibus illius deſcendentibus & ex pacto acquirentis, qui voluit prouidere, nedum ſibi, ſed omnibus eius deſcendentibus ordine ſucceſſiuo; adeò quod tot ſunt conceſſiones quot ſunt perſonæ in inueſtitura comprehenſæ, vt magiſtraliter docet [Camer, in cap. Imperialem.§.præterea ducatus,fol.mihi 96.Dominus Rouitus in rub. de feud.nu.19. ita eſt text.in d.cap.
57 porro,qualiter olim] vbi ita demum agnati habent hoc ius redimendi, ſi tamen feudum erit paternum,& in quo ſunt ſucceſſuri; nam iure communi feudorum agnati ſuccedũt ſolummodo in feudo paterno, ſecus in feudo nouo,vt in [cap.1.§. cum vero Corradus, de his qui feudũ dare poſſunt, & in cap.1. de gradibus ſuccedendi in feudum:per quæ patet, iura feudalia induxiſſe hanc facultatem redimendi pro tuendo iure ſuccedendi agnatis quæſito ab initio naſcentis feudi.

58 Vnde ſuccedit clara iuris cóclusio, quod quoties conceditur ius redimendi pro iure ſuo conſeruando,hoc caſu ſufficit offerre commune, & iuſtum pretiũ, nec cogitur ſoluere pretium ab aliquo emptore fortè oblatum, vel conuentum; ita in anfractu opinionum diſtinguit [Imol. d. l.qui Romæ.§.cohæredes, num. 14.ff.de verb.oblig.quam Imolę deciſionẽ refert, & ſequitur Iacobin.de Sancto Georgio in tractatu ſuo feudali, in verbo, & cũ pacto de non alienando;nu.39.] ubi in proprijs terminis dicit, quod ubi agitur de conſeruatione iuris quæſiti,tunc ſatis ſit attendere pretium ſecundũ quod communiter poſſit reperiri, & non pretium ab extraneo emptore oblatum per dictam Imolæ deciſionem: & omnia feuda ſiue hæreditaria, ſiue non hæreditaria ſunt ex pacto,& prouidẽ-
59 tia,cum hac differentia, nam in feudis ex pacto, & prouidentia non hæreditarijs omnes capiunt ex pacto, & prouidentia primi acquirentis ex propria donatione; & ideò ultimus moriens non poteſt nocere ſucceſſori in tali feudo.

In feudis uero ex pacto,& prouidentia hæreditarijs, ſucceſſor debet eſſe hæres ultimo morienti in ipſo feudo hæreditario,quia qualitas hæreditaria ineſt in ſubſtantia ipſius feudi hæreditarij;&
60 propterea, quia eſt hæres ultimi morientis in feudo hæreditario, tenetur habere ratum factum defuncti uſque ad uires feudi, & ultra,ſi non confecit inuentariũ, ita magiſtraliter docet [Camer. in cap.Imperialem, §.præterea ducatus,de prohib.feud. alienat. per Feder.fol,mihi 96.Dominus Rouitus in rub. de feud.in libro

prag-

pragmat.nu.19. cum ſeq.]

61 Dignoſcitur feudum ex pacto, & prouidentia hęreditario à feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario ex inueſtitura, ſeu priuilegio, ſi in eo fuit appoſita vox, hæredibus, per expreſſioné factam ab homine, vt tunc ſit feudum hæreditarium, ſecus ſi vox, hæredibus, non exprimitur ab homine, ſed venit ex ſubaudito intellectu legis, tunc nec eſt feudum hęreditarium, ſed ex pacto, & prouidentia non hæreditarium, ita [Camerar.loc.cit.fol. 96.in 4.col.lit.S.]

62 Vltimo, pro iſta opinione adducitur doctrina [Ioan.de Imola in d.§.cohæredes. ff. de verb.obligat.] vbi in propria materia notabiliter diſtinguit, quod aut lex conſideràuit pretium, iuxta id, quod reperitur ab alio, & iſto caſu debemus tale pretium inſpicere, nec autem id, quod poſſit communiter reperiri, vt in terminis [l.fin.C.de iur. emphy. & in terminis l.3.§.fin. ff. de in diem adiectione, & in terminis Regiæ pragmat.15.de Baronib.] Aut verò lex conſiderauit pretiũ iuſtum, & tunc debemus attendere pretium, quod communiter reperiri poteſt, & ſic prout fuerit iuſtè appretiata, nõ autem illud quod ab vno, vel duobus reperitur, vt in terminis [l. 2. C. de reſcind.vend.] Aut ſumus in dubio, quia non apparet de quo pretio lex vel ſtatutum intellexit, & tunc, aut agitur de conſeruando iure ſuo, aut de nouo iure acquirendo. Primo caſu ſufficit iuſtum, & commune pretium offerre; in ſecundo vero debet offerre pretium, quod re vera reperitur ab extraneo, quia ſatis eſt, quod ſibi gratificetur, vt præferatur alijs.

63 Vnde cum in agnato redimẽte feudũ pro æquali pretio, hoc cõceſſum eſt pro iure ſuo cõſeruãdo, quia ille agnatus tm̃ poteſt redimere, qui eſt proximè ſucceſſurus in eo, ac quoque, quia lex feudalis expoſuit pretium æquale, ideſt iuſtum, patet per dictam Ioannis Imolę doctrinam, vt ſatis ſit, ſi agnatus offerat commune, & iuſtum pretium, & ſic illud quod fuerit appretiatum.

Et Iacobinus de S. Georgio in in d.tract.de feud.in verbo, & cũ pacto de non alienando num. 39.cum hac Imolæ diſtinctione reſidet.

64 Et Sacrum Cõſilium pro hac opinione etiam in Collaterali Conſilio in infraſcriptis cauſis iudicauit; videlicet in cauſa Illuſtr.Marchioniſſæ Piſcariæ, cũ Illuſt.Principe Conchæ, vt refert doctiſs.Illuſt.Marchio Belmontis Regens Tapia in ſua curioſa, & docta deciſ.57.S. Conſ. qui in fine ponit verba ſententiæ, pro pretio per Sac.Conſ.liquidando; & ſic etiam in cauſa Illuſt. Marchio-

chionis Acquauiuæ, cum Illuſt. Marchione Quaratæ, ſuper Comitatu Iuliænouæ, ſimiliter pro pretio liquidando, vt in Banca de Viuo;& in cauſa Illuſt. Ducis Lareni,cum creditoribus paternis, in banca de Ferrarijs; & ſic in cauſa illorum de Vicedominis,in Banca de Mondellis; & ſic me patrocinãte in quadam cauſa Alexandri de Loffredo,cum illis de Sparano, in qua per formalia verba fuit dictum, quod conceͩdatur prælatio, ſoluto pretio liquidando per Sac. Conſil. penes Borrellum actorum magiſtrum, & ſic etiam in nonnullis alijs cauſis.

Non enim per viam indirectam, qui habet prælationem in emptione rei ex aliqua cauſa à iure ſibi conceſſo,debet priuari tali facultate,& iure prælationis, quod eſſet, ſi aliquis extraneus propter animoſitatem, vel aliquam affectionem, vel inuidiam,maius pretium ſupra verã æſtimationem offerat, vt dicit [Bald.in l.cum ſi.§. ſed cum his, num.4.ff.de tranſact. de Franch. deciſ.54.nu.15.]

Reliquum eſt,vt ad argumenta contrariç opinionis reſpõdeamus, in quorum ſolutione magis lucebit veritas noſtræ opinionis.

65 Et primo non obſtant doctrinæ Iacob.de Beluiſ.Bald. & Andreæ de Iſernia, quia præcitati eximij Doctores ſupponunt emptorem extraneum obtuliſſe verum,& commune pretium, non autem ſupra veram æſtimationẽ ob aliquam animoſitatem, affectionem, vel inuidiam, & agnatus vult offerre verum, & commune pretium, prout eſt quæſtio noſtra, quam præcitati Doctores ſpecificè non diſputant, nec aliquid circa eam dicunt, vnde relinquenda eſt diſpoſitioni iuris cõmunis,quæ vult,vt offeratur verũ, & commune pretium, d. l. pretia rerum,& quod ita intellexerunt,patet,quia mouentur præcipuè illa ratione, nempè, quod res tantum valet, quantum vendi poteſt, & quanti pretij reperiri poteſt [l.ſi ſeruus. ff.ad leg.Aquil.] quç regula tunc habet à iure ſubauditum intellectum, ſcilicet quantum communiter vendi poteſt, vt eſt [Gloſ. ſingularis in d.l.pretia rerum, in gloſ.1.]vnde ſi Doctoris dictum debet intelligi,& declarari iuxta legem,vel rationem,quam allegat, vulgata doctrina [Bart. in l. non ſolum.§.ſi liberationis. ff.de liberali cauſa.]Clarè patet,quod præcitati Doctores intellexerũt de illo pretio, quod ab emptore eſt oblatum,ſi eſt commune iuſtum æquiualens rei, non autem de exceſſiuo ſupra veram æſtimationem propter animoſitatẽ, affectionem, vel inuidiam,dum agnatus paratus eſt verũ,& com-

mune

mune pretium offerre, alias obſtarent eis, ea quæ in primo fundamento pro noſtra opinione conſiderata ſunt.

Nec obſtat ſecunda ponderatio, quod creditor poſterior, qui habet feudum obligatum cum aſſenſu, habet ius offerendi meliorem oblationem, qua non debet priuari ob prælationẽ agnato proximiori conceſſam, vbi non vult ſoluere pretium per eũ oblatum, ſed pretium rei æqui-
66 ualens. Nam reſpondetur, quod hæc facultas cõceſſa proximo agnato redimẽdi feudũ ꝑ æquali pretio, inerat à principio naſcẽtis feudi ex natura rei [d.cap.porrò, & noſtro c.ſed etiam res] & creditor, qui cum feudatario poſtea contraxit, ſciebat, vel ſcire debebat feudum, quod ſibi obligabatur mediante aſſenſu, eſſe obnoxium oneri redimendi pro æquali pretio [l. qui cum alio. ff. de reg.iur.] Vnde poſtquam feudum fuit obligatum cum hoc onere redimendi, nulla fit iniuria creditori, ſi agnatus proximus vtitur tali facultate redimendi, quæ erat ante hypothecam in feudo contractam: ita
67 in ſimili decidit [Baldus in cap. rurſus, quibus modis feud. amittatur] dum voluit, quod ius hypothecæ acquiſitum creditori, reſoluatur, ſi feudum domino non erit refutatum per vaſſallum, quia hæc facultas refutandi feudum domino, inerat à principio naſcentis feudi ex natura rei, vnde creditori, qui cum vaſſallo contraxit, imputari debet, dum hoc ſciebat, vel ſcire debebat [d. l. qui cum alio.ff.de reg.iur.]

68 Scio tamen, quod vbi feudũ ad dominum peruenit, quærunt Doctores, an dominus teneatur ad debita contracta per vaſſallum, & diſtinguunt, aut debita ſunt contracta cum aſſenſu domini ſuper feudo, & dominus tenetur ſoluere talia onera; aut verò debita vaſſalli ſunt contracta ſine aſſenſu, & diſtinguunt, aut feudum peruenit ad dominum ex voluntate vaſſalli, puta quia vaſſallus Domino donauit, aut neceſſario, ex lege feudi; primo caſu tenetur ſoluere onera vaſſalli, in ſecundo vero non tenetur [Boerius deciſ. 181. & de Franchis deciſio. 213. num. 33. & deciſione 226. num. 3. vide Patruum meum in hoc cap. nu. 59. & quæ latius dicã n.76.] Baldus verò putat, quando feudum peruenit ad Dominum ex refutatione, quod hoc ſit ex l.feudi, & pacto ab initio naſcentis feudi ex natura rei, & ſic omnia iura
69 ſuper feudo cõtracta reſoluũtur. Sicuti dicitur quando res venditur cum pacto de retrouendendo, vt omnia iura cõtracta ſuper re, poſt dictam venditionem, ſequuta retrouenditione, extinguãtur, quia talis retrouenditio fit ex pacto ab initio acquiſitionis

rei appoſito ante hypothecã, vt [Bar.in l.in diẽ.ff.de aqu. quotid. & æſtiu.Boer.d. deciſ. 181. de Frãch.deciſ.64.& dec.226.] vnde ſufficit nobis adducere dictũ Baldi ad oſtendendũ, quod talis facultas redimẽdi inerat ab initio acquiſitionis feudi ante hypothecam creditoris, quam Baldi deciſionem, in propriama teria reſolutionis hypothecæ, allegat idẽ [de Frãch.d.deciſ.226.nu.4.]

70 Tertio, neque obſtat doctrina Bal.in l.2.in fi.C.de reſcin.vend. vbi dicit, quod ſi ſtatuto caueatur, quod in venditione rei præferatur conſors, quod conſors, vt præferatur, debet offerre pretium ab alio oblatum, licet excedat verum valorem rei, nec ei ſufficit offerre iuſtum valorẽ per appretiatores æſtimandum.

71 Nã reſpõdetur [prout Imola, Angel.Paul.de Caſtr.& Alex. dicunt in d.l.qui Romæ.§.cohęredes.ff.de verb.oblig.] diſtinguẽdo, quod aut ſtatutũ ſimpliciter dicit, quod cõſors præferatur extraneo in emptione, & iſto caſu debet offerri pretium ab extraneis oblatum, vel conuentum, ne venditor ſit in damno, & ita loquitur [Baldus in dict. l. 2.] Aut verò ſtatutum, vel conſuetudo loquitur, quod conſors teneatur vendere conſorti potius, quam extraneo, & hoc caſu conſors, offerendo iuſtum pretium, præferatur, non obſtante quod vnus, vel duo volunt plus offerre, & ſoluere pro emendare; ita eſt [aditio aurea Ioã. Andreæ ad Speculatorem in titulo de emptione, & venditione in §. nunc dicendum, in fin.nu. 20. verſ. Adde Angelum.] In

72 caſu vero noſtro, conſuetudo feudalis non tantum dicit, vt agnatus proximior præferatur in emptione feudi extraneo emptori, vt in cap. Porro, qualiter olim, ſed etiam dicit, vt agnatus teneatur vẽdere agnato proximiori potius quam extraneo, vt in noſtro cap. ſed etiam res.

Vnde patet, quod agnatus pximus, offerendo cõmune, & iuſtum pretium, debet præferri, iuxtà prædictorum Doctorum diſtinctionem, quæ eſt cõmunis, vt in d. addit. ad Speculatorem.

Neque obſtat auctoritas aliorum Doctorum, quos allegauimus pro prima opinione; nam, cum ipſi moueantur prædictis rationibus, & auctoritatibus, quibus ſatis fuit reſponſum, de eorum auctoritate nullo modo eſt habenda ratio.

Poſt hæc ſcripta, vidi, pro cõfirm.meæ opin. aureã deciſ. iũct. aulis S. C. referẽte doctiſs.Conſ. Morra, in cauſa Io.Bapt. de Ebolo per formalia verba [Declaratum eſt valorẽ Terrarũ Ciuitæ nouæ, & Caſtri Prignani aſcẽdere ad duc.59.mil.pro quo pretio præferatur Io.Baptiſta de Ebolo abſque alia accenſione candelæ. In banca de Viuo.

Adde,

73 Adde, quòd ſi refutatio fuit A facta ſimpliciter abſque noua qualitate, vel pacto, erit feudum antiquum, & agnatus cui eſt facta refutatio, videtur accipere ex antiqua cauſa, & propria donatione: nã vt ſupra latiſſimè fuit fundatum, cenſetur facta refutatio in manibus domini, & à domino facta collatio in perſonam agnati proximioris, vt eſt caſus in [cap.1.de vaſſ.decrep.ætat.] ſi vero refutatio eſſet facta cũ nouis pactis, & noua qualitate cum aſſenſu Regio tamen, alias non valeret, vt eſt communis ſententia in Regno; tunc feudũ in perſonam huius agnati cui eſt facta refutatio, cenſetur, & reputatur feudum nouum, quoniam nõ vti ex antiqua cauſa recepit, ſed de nouo cum ratione nouæ qualitatis, ita [Afflic.deciſ 112.nu.5.] poſtquam longa eſt differentia inter feudum antiquum, & feudum nouum, vt Affl.ibidem, & in alijs locis notabimus. Aduertendo tamen, quod feudum antiquum, ſiue paternum in eo, in quo fuit addita qualitas, dicitur nouum, in reliquo dicitur antiquum, vt idem [Affl.in conſt. cũ circa iuſtitiæ, nu.12.& 14.vbi refert ſic deciſum in S. C. quẽ refert, & ſequitur de Franch. deciſ. 7.nu.4. qui alios citat; & refert in eodem S.C.deciſum, ſequitur Vrſill.ad Affl.deciſ.112.num.7. Cumia in c.ſi aliquem, uerb.antiquis, n.214.in fi.Ann.ſing.193. Surd. de alim.tit.1.q.55. nu. 27. & tit.9.q.19.nu. 7. Georg. alleg. 8.nu.12.& Maſtril.deciſ.56.]

74 B Hæc opinio auctoris, quòd valeat alienatio feudi in agnatum remotiorem ſine aſſenſu domini, & ſine aſſenſu agnati proximioris, durante tamen vita feudatarij, nullo modo in practica ſeruatur, cum requiratur aſſenſus domini, vel agnati proximioris, alias vti illegitimè factã, ſtatim reuocabit proximior agnatus, ita ſe habet cõmunis opinio, vt per [Camer.in c.Imperialem, fo.25. lit.A.] & adeo eſt hoc verum, quod neque in filio pater poteſt de feudo diſponere per viã prælegati, aut inęqualis inſtitutionis, vel diuiſionis abſque aſſenſu domini, ita vt filij alio modo, quam ipſi ab inteſtato ſucceſſuri eſſent ex nouo facto patris habeant, ita [Camer. Capyc. ſequens in d.c. Imperialem, fo.24.lit.C.] Eſt verum tamen, quod ſi feudum eſt hæreditarium, poteſt feudatarius de eo teſtari abſq; conſenſu domini, & ſic Regio aſſenſu in Regno in filium, ſeu agnatum proximiorem [Iacob.de S.Georg.in inueſt.feud.in verb.& cũ pacto, quod de ipſo feudo nu.1.Loffre. conſ.11.poſt nu.43. Affl.in cõſt. hac edictali nu.8.& in conſt.cõſtit.diuæ memoriæ, nu. 4. & ſeq. Capyc.in c.Imperialem fol.9.in 3.limit.vbi Camer.fol.30. a ter.

Camp.in c.conſiderantes, n.35. Vrſill.ad Affl.deciſ.119. num.6. Viu. opin. 274.nu.2. & in deciſ. 225. nu. 45.Menoch. conſ.439. nu.8.& de Põt.de poteſt.Proreg. fo.348.n.15.& ſeq.] ſecus ſi feudum ſit ex pacto,& prouidentia, [c.1.ibi nulla ordinatio defuncti de ſucceſſ.feudi,Frecc.lib. 3. fol. 441.verſ.6.& uerſ. quando autẽ, Capyc.deciſ.64.Cumia in cap.ſi aliquem,in verb.maritata, num. 240.Clar.in §.feudum q. 40. in prin.Capyc.deciſ. 115. etiam cũ conſenſu domini, niſi conſentiãt omnes ſucceſſores, Anna alleg. 69.n.125.& 126.nec etiam pro. anima,261.nu.128.Capyc. in c. Imperialem,vbi Camer. fol. 21. à t.& 23. nec de fructibus ipſius Affl.deciſ. 76. nu. 6. Marta voto 20.nu.17.verum de feudo nouo diſponitur cum aſſenſu Regio, Affl.in cõſt.in aliquibus nu.26.]

75 C Dñus Auctor Patruus meus pro ſolutione contrarij de tex. in cap.Titius infra ſi de feud.defuncti milit.vna ex mente glo. alia verò ex Aluarot. dicit eſſe diuinatiuas, verum non apertè ponit ſolutionem,ideo dico, quòd quãdo feudum ex pacto, & prouidentia alienatur, poteſt agnatus proximior illud recuperare, altero ex duobus modis, vel per viam redentionis, ſeu prælationis pro æquali pretio, vel per viam vendicationis,illud vendicando iure proprio;& ex propria donatione; nam in feudo ex pacto,& prouidẽtia, quot ſunt perſonæ, tot ſunt donationes; hoc præmiſſo,patet ſolutio; ideo hic in tex.noſtro agnatus quãdo vult recuperare feudum,tenetur reddere æquale pretium; quia illud recuperat per viam redentionis, & prælationis,vt hic,& in c.porro,qualiter olim; quo caſu recuperat etiam in vita alienantis. In cap.Titius ibi agnatus vendicabat feudum iure ſuo proprio, & ex propria donatione,ideo nullo reddito pretio illud recuperat,& tenetur expectare mortem alienantis,quia in vita non erat ſibi ius apertum;ſed poſt eius mortẽ purificatur ſua donatio,nã feudũ datur agnatis per ordinem uni dũ viuit, & alteri poſt eius mortem,& ſic patet clara ſolutio, & inter iſta duo iura non adeſt contradictio,uide [de Pont. in deciſ. Collateralis 11. & in tract. de poteſtat.Proreg.tit.10.§.1. num. 13. & Rouitus in rubr. de feudis num.32.]

76 D Cum opinione Auctoris quãdo feudum refutatur domino, quod teneatur ad debita, cõcordat deciſ.de Franch.64.num.14. & idem quando dominus habet feudum ex publicatione bonorum, & ſic etiam quando feudũ reperitur obligatum mediante Regio aſſenſu cumulat omnes prædictus [de Franch.deciſ.213. num.32. cum ſeq. uide Loffred.

conſ.

conſ.3 3.ante num.4.& de Ponte conſ.8 2.nu.1 9.]

77 E Circa hanc quæſtionem an licita ſit etiam uẽditio feudi paterni inter agnatos ſine aſſenſu domini, uel tantum ſimplex refutatio, quicquid ſit de iure com muni feudorum, tamen in Regno recepta eſt opinio, & ſæpe iudicata, quòd ſola ſimplex refutatio,ſeu donatio de feudo ualet in proximo ſucceſſuro ſine aſſenſu domini [de Franch. dec. 71.n.17.& deciſ.591.n.2.& de Ponte in tract. de poteſt.Proreg. tit.de refutat.§.1.] ubi in materia ſemper eſt recurrendum, quę refutatio licet poſſit fieri ſine aſſenſu,tamen debet regiſtrari in Regia Camera infra quindecim dies,aliàs eſſet nulla, & inualida, ut in pragmat.20. de feudis; ſed pone, quod ſuper ſimplici refutatione ſit impetratus Regius aſſenſus,an hęc refutatio ſubiaceat diſpoſitioni Regiæ pragmaticæ, quòd aſſenſus expediatur infra biennium in forma Regiæ Cancellariæ,an uerò pragmaticæ, ut inſtrumenta refutationum regiſtrentur infra quindecim dies in Regia Camera, dic ut per [de Franch.in deciſ.663.num. 8. cui adde Camer.in cap. Imperialem fol.32.liter. E.uerſ. bene tamen puto.& Georg.alleg.17.nu. 47.]

FINIS ADDITIONIS.

Digitized by Google

In repetitionè cap.1.de uaſsall.decrepit. ætatis.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio feudi in ſeptem iuribus,inuenitur in libro feudorum.*
2 *Refutatio alia in manibus domini, alia in manibus agnatorum.*
3 *Refutatio,quæ fit in manibus agnatorum, alia realis,alia perſonalis.*
4 *Refutatio,quæ fit in manibus domini,alia ſimplex,alia conditionalis.*
5 *Refutatio,quæ fit in manibus agnatorũ, an in dubio præſumatur realis, vel perſonalis.*
6 *Refutatio,quæ fit in manibus domini,in dubio ſimplex,& realis.*
7 *Iſern.in cap. 1.de vaſſall. decrep. ætat. dum dicit,quòd refutatio in dubio præſumitur realis,& omnimoda,intelligitur de ea,quæ fit in manibus domini, contra alios.*
8 *Refutatio pro hæredibus, eſt perſonalis, etiam quando in beneficium agnatorum.*
9 *Refutatio cum clauſula, quòd refutans cedit omne ius,quod habet, vel habere poſſit,non eſt realis.*
10 *Refutatio facta pro aliquo,& cui dederit etiam, non eſt omnimoda ,quando in manibus agnatorum.*
11 *Refutatio,vbi interuenit aquiliana ſtipulatio,an ſit realis.*
12 *Refutatio,vbi eſt appoſitum verbum omnino,ſed eſt conuentum, vt remaneat feudum antiquum,& ſub natura feudi antiqui,an ſit realis.*
13 *Refutatio alia fit domino mediato,alia domino immediato.*
14 *Refutatio,quæ fit domino immediato,tripliciter conſideratur.*
15 *Refutatio feudi plani,& de tabula,poteſt fieri Baroni ſine aſſenſu Regis.*
16 *Refutatio feudi quaternati ſecundùm quid,non poteſt fieri Baroni ſine Regis aſſenſu.*
17 *Refutatio feudi quaternati ſecundum quid,non poteſt fieri Regi ſine conſenſu Baronis.*
18 *Refutatio in manibus domini,alia in feudo hæreditario,alia in feudo ex pacto, & prouidentia.*
19 *Refutatio,alia feudi quæſiti, alia feudi quærendi.*
20 *Refutatio,in manibus domini,alia voluntaria ex parte vaſſalli, & neceſſaria ex parte domini; alia neceſſaria ex parte vaſſalli,& voluntaria ex parte domini,alia voluntaria ex parte vtriuſque.*
21 *Refutari an poſſit feudum, domino inuito.*
22 *Feudum an ſit contractus nominatus, vel innominatus.*
23 *Contractus non debet claudicare.*
24 *Natura generalis feudorum oritur ex diſpoſitis in libro feudorum.*
25 *Feudum,in dubio,præſumitur conceſſum ſecundum propriam naturam.*
26 *Feudum,quando dicatur dari gratia recipientis,vel gratia vtriuſque.*
27 *Ciuis non poteſt à Ciuitate diſcedere poſt impoſitionem muneris publici.*
28 *Iuramentum imponit præciſam neceſſitatem.*
29 *Socius non poteſt intempeſtiuè renunciare proprietati.*
30 *Seruitium non augetur, nec diminuitur, auctis,vel diminutis fructibus feudi.*
31 *Rex non tenetur ſoluere æs alienum feudatarij*

datarij deuoluto feudo, ſi eſt ſine aſſenſu.

32 *Rex an debeat admittere refutationem feudi, quando feudatarius habet creditores, qui non habent feudum obligatum.*

33 *Renunciatio officiorum an poſſit fieri in præiudicium creditorum, quibus poteſt ſatisfieri ſuper emolumentis.*

34 *Creditores an poſſint reuocare ceſſionem feudi factam Regi, ſi eſt in fraudem, & an ille titulus habeat locum in feudalibus.*

35 *Seruitium incertum in conceſſione feudi intelligitur duobus modis.*

36 *Seruitium, quod veniat in Regno, quando feudum eſt conceſſum ſimpliciter.*

37 *Seruitium vt præſtetur omni anno in Regno, eſt contra naturam feudi.*

38 *Natura feudi ſi eſt alterata in ſeruitio, in alijs remanet in ſua natura.*

39 *Natura feudi ibidem eſt, quod lex feudi.*

40 *Natura feudi ſi alteratur in vno, in alijs remanet in ſua natura, præterquam in his, quæ veniunt in conſequẽtiam pacti alteratiui.*

41 *Vaſſallus ratione feudi, non punitur, niſi in feudi priuatione.*

42 *Ciuis tenetur ad debita Ciuitatis cõtracta vſque ad ſuum diſceſſum.*

43 *Baldus reprehenditur in articulo, ſi licet renunciare feudum domino poſt ſeruitium indictum.*

44 *Zabarella reprehẽditur, quia malè Hoſtienſem allegat.*

45 *Feudum in Regno quia eſt ſub certo ſeruitio, non poteſt, inuito domino, renunciari.*

46 *Felin. & Stephan. Aufrerius reprehenduntur in articulo, an liceat feudum renunciare domino inuito.*

47 *Vaſſallus ligius non poteſt feudum inuito domino renunciare.*

48 *Vaſſallus quando poteſt feudum refutare.*

49 *Refutatio feudi non debet fieri in manibus alterius, quàm domini.*

50 *Beneficia non poſſunt renunciari niſi in manibus Prælati.*

51 *Officia non poſſunt renunciari niſi in manibus Superioris.*

52 *Officia, feuda, & beneficia quomodo æquiparentur.*

53 *Renunciatio beneficij in manibus Epiſcopi, conditionalis, an valeat.*

54 *Renuncians beneficium, perdit poſſeſſionem, licet non fiat in manibus Superioris.*

55 *Officium renuncians non in manibus ſuperioris, perdit poſſeſſionem.*

56 *Feudum an remaneat antiquum, remiſſa felonia, in quo articulo plures diſtinctiones recitantur.*

57 *Priuilegium Principis eſt latiſſimè interpretandum.*

58 *Sequentia declarantur per præcedentia, & plus influunt præcedentia ad declarationem ſequentium.*

59 *Iſer. contrarius in articulo ſi feudum remanet antiquum remiſſa felonia, & Afflict. qui vult ſaluare, reprehenditur.*

60 *Feudum remanet antiquum remiſſa felonia poſt ſententiam, quando eſt interpoſita appellatio.*

61 *Appellatio reducit cauſam ad terminos litis conteſtatæ.*

62 *Barones in Regno, qui habent facultatem indulgendi, poſſunt indulgere poſt ſententiam, ſi eſt interpoſita appellatio.*

63 *Reclamatio, & appellatio pari paſſu ambulant.*

64 *Iſer. in c. 1: de vaſſall. decrep. ætat. ſaluatur.*

65 *Priuilegium indulgentiæ cum reſtitutione bonorum, an ſit ſtrictè interpretandum.*

66 *Priuilegium immunitatis an debeat ſtrictè interpretari.*

67 *Iſern. reprehenditur in cap. de vaſſall. decrep. ætat. dum tenet, quòd quæſtio an feudum remaneat antiquum, prodeſt circa ſeruitia, & poſtea ſaluatur.*

Natura

68 *Natura feudi ex pacto, & prouidentia antiqui, non poteſt alterari in præiudicium agnatorum per Regem.*

69 *Seruitium eſt de natura feudi.*

70 *Bona an confiſcbentur ipſo iure in crimine læſæ maieſtatis, & quid in Regno.*

71 *Gloſ. impugnatur, dum tenet contra Iſer. & Iſern. ſaluatur in articulo vtrum fiat confiſcatio bonorum ipſo iure in crimine læſa maieſtatis.*

72 *Indulgentia ſimplex non comprehendit bona.*

73 *Reſtitutio ſimplex, vel generalis, vel ad omnia, comprehendit bona.*

74 *Reſtitutio quando fit ad honores, & ad tertiam partem bonorum, non extenditur ad alia.*

75 *Indulgentia comprehendit bona, quandò eſt adiunctum verbum, Reſtituo.*

76 *Indulgentia quando dicatur, vel ſimplex reſtitutio, ſi eſt dictum, facimus gratiam decreti, vel quòd banniti rebanniantur.*

77 *Indulgentia an comprehendat bona, quando non ſunt occupata per fiſcum, & ſunt amiſſa ipſo iure.*

78 *Liparulus reprehenditur circa intelligentiam Iſern. in cap. 1. de feud. ſine culp. non amitten.*

79 *Feudum non amittitur ipſo iure ex culpa, præter quam in culpa alienationis.*

80 *Feudum amittitur ipſo iure in crimine læſæ maieſtatis.*

81 *Indulgentia criminis fraudati vectigalis, an comprehendat bona commiſſa.*

82 *Fiſcus non damnificatur, quando remittitur pœna corporalis.*

83 *Præſcriptio contra fiſcum quinquennalis, dum vult agere de crimine poſt mortem, procedit etiam reſpectu bonorum.*

REPE-

REPETITIO

Cap. 1. de uaſſallo decrepit. ætatis.

TExtus iſte eſt
vnus de illis,
1 in quibus in
hoc lib. feu-
dorũ fit mẽ-
tio de refu-
tatione feu-
di; quoniam, vt dixi in §. ſed &
res,per quos fiat inueſtit.non ha-
bemus niſi ſeptem iura in toto
hoc libro feudorum, vbi inue-
niatur hoc verbum, Refutate,
ſeu Refutatio, [textum ſcilicet
in §.rurſus, quibus modis feudũ
amitta.in §.ſi vero,qualiter olim
poter.feud.alienar.in cap. 1. de
vaſſall. qui contra cõſtit. Lothar.
in cap.1.de alien.feud.pater. in
§.profectò, quid iuris ſit, ſi vaſ-
ſallus,poſt alienationem, feudũ
recuperauerit,in cap.1.de eo,qui
fin.fec.agnat.& textum iſtum.]

2 Tractandum eſt ergo de re-
futatione feudi: & ideo in pri-
mo notandum eſt, quòd refuta-
tio feudi, alia fit in manibus dò-
mini, alia in manibus agnatorũ;
colligitur hæc diſtinctio ex iuri-
bus præmiſſis,in quibus de vtra-
que refutatione tractatur:[textus
namque in cap.1. de alien. feud.
patern.& in cap.1.de eo, qui fin.
fec. agnat. de refutatione feudi,
quæ fit in manibus agnatorum
loquuntur: alia verò iura de re-
futatione feudi, quæ fit in mani-
mus domini tractant.

3 Rurſus ſciendum eſt, quòd
refutatio, quæ fit in manibus a-
gnatorum, ſubdiuiditur: Alia
namque perſonalis eſt, alia verò
realis, quam refutationem om-
nimodam vocant. Probat hanc
ſubdiuiſionem text. in d. cap. 1.
de eo,qui fin.fec. agnat. qui de
vtraque refutatione tractat.

4 Sic etiam,& refutatio, quæ fit
in manibus domini,diuiſionem
recipit. nam alia eſt ſimplex, &
de illa loquitur [tex. in d. §.rur-
ſus, in d. §. ſi uerò, in d.§.profe-
ctò, & in d.cap.1. de uaſſall. qui
contra conſtit.Lothar.] Alia ve-
rò eſt conditionalis, in manibus
ſcilicet domini, ut agnati inue-
ſtiantur: & de hac loquitur text.
iſte.

5 Differunt tamen inter ſe iſtæ
refutationes in articulo,dũ quæ-
ritur, an refutatio in dubio ſim-
pliciter facta, intelligatur realis,
& omnimoda, vel perſonalis;
quoniam refutatio, quæ fit in
manibus agnatorum, in dubio
non

non præſumitur omnimoda realis, ſed perſonalis[gloſ.fin. in cap. ſi quis miles conſtitution. Lotharij, dum vult, quòd ſi feudum uni tantùm ex fratribus ex refutatione alterius in diuiſione obuenit, ſi refutatio nõ fuit ad hoc, vt dominus inueſtiret eum tanquam de nouo feudo, ſed ſimplex; fratre defuncto ſuccedit frater ſuperſtes; quod non eſſet, ſi refutatio eſſet realis, & omnimoda: & gloſſam illam ſequitur ibi [Iacob. de Beluiſ. Bald. num. 4. Aluarot. colum. fin. verſ. ſecunda concluſio, Præpoſit. num. 4. Afflict. num. 24. Propterea Bald. in d.c. 1. de eo, qui fin. fec. agnat.] in ſpecie de mente ipſius gloſ. dicit, quòd refutatio, quæ fit in manibus agnatorum, in dubio præſumitur perſonalis., & non realis, vbi [Aluarot. colum. fin. circa medium.]

6 Refutatio, quæ fit in manibus domini, ſimpliciter facta, in dubio omnimoda eſt, & realis, ſecundùm [Iſern. hic in principio, quem ſequitur Alex. in conſ. 13. 5. uolum. nu. 5. Marc. Ant. Natt. in conſ. 564. nu. 7. uolum. 3.] &

7 ita eſt intelligendus Iſern. ut loquatur hic de refutatione, quæ fit in manibus domini: quod notate, quia multi decipiuntur, allegantes Iſern. hic ad probandũ, quòd refutatio, quæ fit in manibus agnatorum, in dubio non perſonalis, ſed omnimoda cenſeatur; & Iſern. ut uidetis, loquitur de refutatione, quæ fit in manibus domini: quia iuxta textum iſtum hoc dicit, ubi de hac refutatione tractatur.

8 Et non ſolùm refutatio perſonalis eſt, quando eſt facta in beneficium agnatorum ſimpliciter, ſed etiam ſi eſſet facta pro hæredibus: adhuc enim perſonalis eſt, & non realis, & omnimoda, quæ refutantem excludit; probat [tex. in cap. 1. de eo qui fin. fec. agnat. & in cap. Titius cũ Sempronio, ſi de feud. defunct. milit. vbi Bald. & Iſern. hoc dicit, Aluarot. etiam, & Iſern. in cap. 1. colum. 4. uerſ. in dubijs, qui ſucceſſo. tene. Loffred. in cap. 1. de natur. ſucceſſio. feud. in additio. ſuper vltima col.

9 Immò, quod plus eſt, etiam ſi in refutatione adeſſet clauſula, quòd refutans cedit omne ius in feudo, quod habet, vel habere poſſit, aut ſperet; adhuc non dicitur realis, & omnimoda; probat [Aretin. in conſi. 3. quem ſequitur Curt. ſen. in conſ. 49. num. 79. Iacobin. in ſua inueſtit. in verb. Et vnus ex dictis vaſſallis, num. 8. ſatis bene facit conſilium Angeli 287. incip. Factum, ſuper quo cõſilium poſtulatur, colum. fin. num. 10.]

10 vbi vult etiam, quod refutatio non ſit omnimoda, excludens refutantem, quando eſſet facta pro eo, & cui dederit, ponderando [tex. in d. cap. 1. de eo, qui fin. fec.

fec.agnat.]& requirit,vt conſtet, quòd refutans omnino voluerit carere feudo, vel quòd noluerit ad ſe feudum pertinere ſine noua inueſtitura.

11 Quid autem,quando interuenit in refutatione Aquiliana ſtipulatio? an tunc ſit realis,& omnimoda [Afflict.in d.cap.1. de eo,qui fin.fec.agnat.]dicit, quòd eſt realis, auctoritate [Roman.in conſ. 22.] Sed contrarium fuit iudicatum contra fiſcum in cauſa Caſtri Roccæ Rainolæ, in fauorem domini Goffredi de Galluccio.

12 Sed an,ſi in refutatione eſt appoſitum verbum,Omnino,& ſimul in eodem contractu refutationis conuentum, quòd feudũ remaneret antiquum, & quòd intelligeretur facta ſub natura feudi antiqui,& non aliter, nouiſſimè eſt deciſum in Sac.Conſilio,quod ſit perſonalis, & non realis, & omnimoda, quæ refutantem à ſucceſſione feudi,mortuo refutatario ſine liberis,excludat. Sed de veritate iſtius deciſionis videbimus in [cap. 1. de eo,qui fin.fec. agnat.]

13 Iterum eſt in materia refutationis aduertendum, quòd refutatio feudi, quæ fit in manibus domini, alia fit domino immediato, alia fit domino mediato. Item illa,quę fit domino imme-
14 diato, tripliciter conſideratur; Aut de feudo quaternato ſimpliciter,quod immediatè, & in capite à Comite, vel Barone te-
15 netur, & hæc fieri poteſt ſine Regis aſſenſu [Iſern.in cap. 1. §. poſt refutationem in principio, de vaſſall.qui contra conſtit. Lothar.vbi Afflict. num. 19. 5. notab.Iſern.in cap.ſancimus, num. 12.quo tempore miles, Loffred. in conſi.5.num.6.]

16 Tertiò conſideratur in feudo quaternato ſecũdum quid, quod in capite à Barone tenetur:& hęc refutatio non permittitur ſine Regis aſſenſu [Iſern.in d. §.poſt refutationem,in d.cap. ſancimus num.17.in cap.1.num.1.in verſ. In Regno Siciliæ, de alienation. feud.patern.in cap. Imperialem, nu.10.de prohib.feud. alien. per Federic. Afflict. & Loffred. vbi ſupra.]

17 Si verò de refutatione feudi, quæ fieret domino mediato, illa non poteſt fieri ſine conſenſu Baronis, à quo in capite tenetur: ſicut enim in alienatione feudi quaternati ſecundùm quid, requiritur aſſenſus vtriuſque,Baronis,ſcilicet,& Regis; ita non poteſt feudum hoc Regi refutari ſine aſſenſu Baronis.

18 Inſuper iſta refutatio, quæ fit in manibus domini,aliter conſideratur in feudo hæreditario,vel ex-pacto, & prouidentia, nouo; aliter uerò in feudo,ex pacto, & prouidentia antiquo: Nam ſi eſt hæreditarium, poteſt refutari ſine

ne dubio domino in præiudiciũ
agnatorum,ſecundùm [Iſern. in
cap.1.§.& ſi libellum,num.7.de
alien.feud.patern.] qui idem te-
net in feudo, ex pacto, & proui-
dentia nouo, in præiudicium fi-
liorum. Si verò eſt ex pacto, &
prouidentia antiquum,ſecũdùm
communem opinionem,in præ-
iudicium agnatorũ, refutari do-
mino non poteſt.Ita [gloſ.hic in
verbo, quod hic dicit, quam ſe-
quitur Iacob. de Beluiſ.Bald. &
Præpoſ.Bal.in cap.1.§. hoc quo-
que,num.12. de ſucceſſio. feud.
& in c.1.col.2.de alienatio.feud.
patern.]

19 Inſuper, alia eſt refutatio feu-
di quæſiti, alia feudi quærendi.
Item feudi quærendi alia feudi
delati,alia feudi nondum delati.

Vltimò, notate ſemper in ma-
teria refutationis, quæ fit dòmi-
no, quòd poteſt alio modo tri-
20 pliciter conſiderari: Alia enim
eſt refutatio voluntaria ex parte
feudatarij,ſed neceſſaria ex parte
domini: Alia neceſſaria ex parte
feudatarij,ſed voluntaria ex par-
te domini: Alia vero voluntaria
ex parte vtriuſque.

Videamus ergo exempla in
iſtis refutationibus: & incipien-
do à prima ſpecie refutationis,
examinanda eſt in primis illa
quæſtio,Vtrum vaſſallus volens,
21 poſſit refutare feudum, domi-
no inuito. Hæc quæſtio ſatis latè
tractatur per Doctores; Ego au-
tem reſtringendo articulũ quan-
tum fieri poteſt, breuiùs me ex-
pediam.

In primis ergo notate, quòd
in hac quæſtione habemus textũ
in vſibus feudorum,in [cap.1. in
fin.de vaſſall.qui contra conſtit.
Lothar.] vbi dicitur,quòd vaſſal-
lus etiam ſine voluntate domini,
feudum refutare poteſt: & quia
lex iſta exorbitans eſt; quoniam
22 vel feudum ſit contractus no-
minatus,ſecundùm [Iſer.in præ-
lud.5.q.Bart.in l.iuriſgentium.§.
quinimò,num.19.ff.de pact.] &
non debet habere locum pœni-
tentia [l.ſicut.C.de actio. & ob-
ligatio. vel ſit contractus inno-
minatus,ſecundùm Bald.in l. 2.
nu.2.C.quãdo liceat ab emptio-
ne diſcedere;]& nequaquam de-
bet habere locum pœnitentia,
ſequuto implemento ex parte
domini per traditionem. Item
eſt exorbitans, quia ſecundùm
hoc,contractus iſte feudi claudi-
cat;domino enim non licet au-
ferre [cap.1.de feud.ſine culpa
non amittendis] & vaſſallo licet
refutare,quod monſtruoſum eſt;
23 contractus enim claudicare nõ
debet, ſed quod vni ex contra-
hentibus denegatur, alteri non
debet permitti. Probat [tex. in
l.1.& in l.ſi id quod,§.penult. ff.
de reſcindend. venditio. in l. Iu-
lianus.§. ſi quis à pupillo. ff. de
actio.empt.gloſ.in l. ſi cum dies.
§.penul. in verb.abſurdum. ff.de

Digitized by Google

recept.arbit.Speculat. in tit. de emphpteuſi.queſt. 43. nu.116.] ideo ſummoperè Doctores laborant, quærentes legem illam diſtinguere,& limitare: & in effectu plures diuerſas,&ſimul cōpatibiles diſtinctiones faciunt in hoc articulo, ex quibus plures oriri poſſent limitationes ad tex. illum.

Prima igitur diſtinctio videtur fieri: Aut tractatur de æquitate canonica, aut de diſpoſitione iuris ciuilis: ſi de æquitate canonica,non poſſet refutari; ſecus ſi de iure ciuili.Iſtam diſtinctionem ponit [Bald.§.fin.de capitan. qui cur. vend. & oritur ex gloſ.in cap.quæ in eccleſiarum, litera G. de conſtit.] quæ verè hoc nō firmat; quia,licèt primò dicat, quòd non poteſt vaſſallus renunciare feudum inuito domino;tamen poſtea arguit contra de [l. interdum.ff. de oper.liberto.] ideo & quia communiter Canoniſtæ reſident cum opinione gloſ. & tenent, quòd poſſit vaſſallus regulariter, inuito domino,renunciare, prout dicit [Hoſtienſ. ibi in fine, Ioan. Andr.Abb.num.14. Imol.num. 17.Zabarell. quæſt. 16. Ancharan. num. 13. Archidiacon. in cap.de forma 22.quæſt.5.dicentes eſſe caſum in cap.1.de vaſſal. qui contra conſt.Lotha.] de quo gloſ.non facit mentionem: ideo non eſt ſuper hac diſtinctione inſiſtendum.

Secunda diſtinctio ponitur per gloſ.in d.cap. 1.§. fin. de capita. qui cur. vend.] quæ formauit quæſtionem in feudo concesſo ſub certo ſeruitio,an poſſit refutari, domino inuito: & concludit,quòd non, non obſtante, quod tex.in d.cap.1.videatur indiſtinctè permittere in omni feudo refutationem contra voluntatem domini; quaſi propterea generaliter diſpoſitio illius legis ſit intelligenda etiam in feudo conceſſo ſub certo ſeruitio,per [textum in l.de pretio. ff. de public.in rem actio.] & ſic in effectu diſtinguit:aut feudum eſt conceſſum ſimpliciter, & licet refutare: aut eſt conceſſum ſub certo ſeruitio; & tunc non licet refutare. Hanc diſtinctionem gloſſæ ſequitur ibi [Iſern. Bald. Aluarot.1.3. & 4. colum. Deciſ. Cappellæ Tholoſanæ 464.Mart. Lauden.Iacob.de Beluiſ. Præpoſit.Imol. in cap. quæ in eccleſiarum,num.17.de conſt. vbi Bald. num.21.Car.num.16.Barto.in l. is cum quo.ff.de aqu.plu. arcen. vbi Imol.Iſern.in cap.1. §.notandum, num. 25. de his, qui feud. dar.poſſ.& in cap.1.de vaſſal. qui contra conſt.Lothar.& in cap. 1. §. præterea, verſ. nec dominus, de prohib. feud. alienat. per Federicum, Bald. in præludi. feud. in princ. Iacobin. in ſua inueſtitura, in verbo Et vnus ex dictis vaſ-

vaſſallis, in princip. & in verbo Qui quidem inueſtiti, num.40. vbi dicit, quòd gloſſa eſt communiter approbata, Capycius in cap.Imperialem. §.callidis, in 2. concluſio.de prohib. feud.alien. per Feder.]

Rationes aũt huius diſtinctionis sũt iſtæ;nã ſi de primo capite loquimur, ratio vera eſt, quia hæc refutatio venit ex natura feudorum, poſtquam ita in vſibus feudorum, contenta namque in iſtis vſibus conſtituunt
24 naturam generalem in feudis; & ſecundùm iſtam naturam
25 communem, feudum præſumitur in dubio conceſſum, probat vtrumque dictum[textus in cap. 1.§.præterea quid ſit inueſt. Propterea Bald. & Aluarot.in §.rurſus, quibus mod. feud. amitta.] dicunt,quòd hæc facultas ineſt à principio ex natura rei, ideſt ipſius feudi. Rationem autem iſtius conſuetudinariæ diſpoſitionis, ponit [Gloſ. in d. §. fin.de capitan. qui cur. vend.] dicens, quòd feudatarius ex natura feudi non tenetur ad aliud, niſi ad cõtenta in ſacramento fidelitatis; & quòd pœna vaſſalli contra facientis tàm in ſeruitio, quàm in alijs, non eſt niſi amiſſio feudi: propterea poteſt illud ad libitum refutare. Et aliam rationem ponit [Bald.in cap. quæ in eccleſiarum,de conſt. num.21.] quia feudum appellatur beneficium,& beneficium eſt beneuola actio tribuens gaudiũ capientibus: ſed nemo inuitus gaudet. [l.ſoluendo. ff. de negot.geſt.ergo,&c.]

Ratio autem ſecundi capitis eſt,quia ex conceſſione feudi ad certum ſeruitiũ, eſt alterata natura generalis feudorum, & feudatarius ſe obligauit ad illud ſeruitium,vel per ſtipulationem,vel per pactum in contractu ſtipulationis appoſitum,& ita veſtitum; & propterea competit domino certi conditio, vel actio,præſcriptis verbis,quæ non debet ei auferri,ipſo nolente.Et iſtam rationem conſiderat [glo.prædicta in c.fi.pro conſtituenda differentia inter vnum caſum,& aliũ; quam ſequitur ibi Iac.de Belu. Imol.in in d.l. is cũ quo.ff. de aq.pl.arc.]
26 Et dicitur in primo capite, quãdo feudum ſimpliciter conceditur, non expreſſo certo ſeruitio, dari gratia recipientis tantùm.In ſecundo verò,qñ conceditur ſub certo ſeruitio,dicitur dari gratia vtriuſque.Et ideo hæc prima diſtinctio in hoc articulo aliter formatur, & in idem recidit .ſ. aut feudũ conceditur gratia vnius.i. feudatarij tñ,& põt refutari inuito dño, aut datur gratia vtriuſq; ſcilicet domini, & feudatarij, & non poteſt ipſo inuito refutari, & ita diſtinguit [Iſern.in d. cap. 1. verſ.& ideo,de uaſſal.qui contra conſt. Lothar. Eſt de mente Bald.

Bald.in d.cap. quæ in eccleſiarũ, nu.21.& Iacobin.in d.ſua inueſtit.in verb. qui quidem inueſtiti,num.40.]

Secunda principalis diſtinctio, quæ fit in hoc articulo, eſt in feudo ſimpliciter conceſſo; aut vaſſallus vult refutare feudum ante indictum ſeruitium à domino; & poteſt hoc facere: aut vult refutare poſt indictum ſeruitium; & non poteſt hoc fa-
27 cere:ad ſimilitudinẽ ciuis vnius ciuitatis,qui,licet poſſit diſcedere quando vult, tamen poſt impoſitionem muneris publici,nõ poteſt à ciuitate recedere, & incolatui renũciare,vt probat [tex. iuncta gloſ in l.incola, la ſeconda, ff. ad municipal. de incolis. Iſtam diſtinctionem ponit Bald. in prælud. feudorum, 3. & 4. colum.]

Tertia diſtinctio eſt ſimiliter in feudo conceſſo ſine expreſſione certi ſeruitij: aut conceſſio feudi eſt facta per contractũ nominatum, & non poteſt refutari; aut per contractum innominatum, & poteſt: Iſta diſtinctio ponitur per [Zabarellam in d.cap.quæ in eccleſiarum. num. 16.poſt Paul.de Eliaza.quem refert,& ſequitur, & dicit ipſe de mente glo.in d.§. fin.]

Quarta diſtinctio eſt:aut vltrà fidelitatem interuenit iuramentum ex parte feudatarij de ſeruando fidelitatem dictorum, & conuentorum; & tunc ipſe feudatarius iurans non poteſt refutare: quia iuramentum imponit
28 præciſam neceſſitatem,ſecundũ [gloſ.in l. ſi pecuniam, in verbo neceſſe habeas.ff.de condit.cauſ. dat.cauſ.non ſequut.& ita diſtinguendo dixit idem Bald. in prælud.vbi ſupra]qui dicit ſecus in hærede iurantis,qui teneretur ad intereſſe.

Quinta diſtinctio eſt:aut fit refutatio feudi nimis intẽpeſtiuè, & nõ põt: aut ſecus;& põt: ſicut
29 dicitur in ſocio,vt nõ ſit permiſſa intẽpeſtiua renũciatio ſocietatis,per [tex.in l.ſed & ſocius,§.fi. ff.pro ſocio.Hæc diſtinctio attribuitur Vincentio,& Hoſtienſ.ſecundùm Zabarell.in d. cap. quæ in eccleſiarum, nu.16. & Imol. ibi num.17.]

Sexta diſtinctio eſt: aut intereſt domini, vt non fiat refutatio; & non poteſt fieri: aut non intereſt;& fieri poteſt: & iſta diſtinctio pariter aſcribitur Vincentio,& Hoſtienſi, per [Cardinal. & Imol. vbi ſupra:] & in iſtas diſtinctiones recidunt omnia ferè dicta Doctorum in hoc articulo.

Vos autem, nè credatis quæſtionem inutilẽ in Regno, quaſi quod nõ reperiatur quis ita ſupinus,vt velit Regi feudũ refutare, in primis aduertatis, quòd duobus modis poteſt hoc in Regno contingere;altero ſcilicet, quan-

do caſtrum in feudum conceſ-
ſum, eſſet adeo diminutum in
introitibus. & deterioratum ex
tempore, vt plus eſſet onus ſer-
uitij militaris, quàm fructus ca-
ſtri; & ſic intereſſet feudatarij
feudum refutare, quia iam ſci-
tis, quòd ſemel taxato ſeruitio in
30 feudo, non minuitur diminutis
fructibus feudi; ſicut non au-
getur auctis fructibus [Iſern. in
cap. Imperialem. §. firmiter, col.
1. in fin. de prohib. feud. alienat.
per Feder. & in cap. 1. §. firmiter,
in 1. additio. in princ. de capita.
qui cur. vend.] Alio vero modo
poteſt contingere, ſi feudatarius
grauatus maximo ære alieno, ita
quod nullam haberet ſpem fru-
ctus feudi percipiendi, vellet cre
ditores eludere, & refutare feu-
dum Regi, qui feudo ad eum re-
uerſo per refutationem, non te-
neretur ad ſolutionem æris alie-
31 ni feudatarij, pro quo non eſt
feudum cum Regis aſſenſu obli-
gatum, ſecundùm [Iſern. in cap.
1. §. quid ergo, num. 5. de inueſt.
de re alien. fact.] ut uoluit facere
temporibus meis quidam Illuſt.
Feudatarius, quem taceo, hone-
ſtatis cauſa: habebat namque
feudum hæreditarium paternũ,
& vexabatur à creditoribus pa-
ternis in actione perſonali pro
valore feudi: & quia æs alienum
abſorbebat feudi valorem, in
odium, & inuidiam creditorum
obtulit velle cedere Regi feudũ
32 illud, ſed non fuit admiſſus, &
bene probatur hoc in [l. res quę.
§. lites donatas. ff. de iure fiſci,]
vbi quòd Princeps nõ debet re-
cipere lites donatas, & quòd po-
tius quis eſſet dignus puniri pro
tam turpi, tamque inuidioſo cõ-
mento: probatur etiam ex his,
quæ dicit [Bald. in cap. 1. §. deni-
que, verſ. ſi vaſſallus, & propriè
ibi, Itẽ nota, quæ ſit prima cauſ.
benefic. amitten.] quòd domi-
nus debet ad inſtantiam agna-
torum prohibere uaſſallum nè
tradat poſſeſſionem feud, ſi facta
alienatione; & ſic euitare cadu-
citatem, & deuolutionem feudi
in ſui beneficium, & ita prodeſ-
ſe agnatis, aliàs eſt in dolo, & nõ
debet iuuari, ſed puniri, quia
peccat in ſuum fidelem: quod
notate ſemper, vt obiter etiam
hoc addiſcatis, quia ex hoc Rex
33 non debet admittere renuncia-
tionem officiorum in præiudi-
cium creditorum, quibus poteſt
ſatisfieri ſuper emolumentis; In-
telligo, tamẽ id, quod dixi, quòd
Rex, reuerſo feudo, non tenetur
ad æs alienum feudatarij, quan-
do reuerſio eſt neceſſaria, uel ex
parte domini, uel ex parte uaſſal-
li: ſecus uerò ſi eſſet refutatio
uoluntaria ex parte utriuſque:
34 quia tunc competeret credito-
ribus actio reuocatoria, & ha-
beret locum titulus, quæ in frau-
dem creditorum, ſecũdùm [Af-
flict. in cap. 1. §. quid ergo, nu. 7.
dé

de inueſt. de re aliena facta, probat gloſ.

35 Aduertatis vlterius, poſtquam cognouiſtis quádo hæc quæſtio poteſt practicari in Regno, circa primum caput primę diſtinctionis, quòd duobus modis poteſt intelligi feudum non eſſe conceſſum ſub certo ſeruitio, ſed ſimpliciter: altero ſcilicet, quod nulla facta ſit mentio in conceſſione feudi de ſeruitio, nec in genere, nec in ſpecie: altero verò, quando non eſt facta mentio de ſeruitio in ſpecie, ſed eſt dictum, vt ſeruiat, Iſern. in d. §. fin. intelligit, quando eſt facta conceſſio ſine expreſſione ſeruitij, etiam in genere; & ita etiam videtur intelligere in §. notandum num. 25. de his qui feud. dar. poſ. Bald. verò in d. §. fin.] intelligit ſecundo modo, quando ſeruitiũ non eſt certum, in tantum, quod ſi eſt dictum in conceſſione feudi, vt ſeruiat, poſſit etiam feudũ refutare: & ſic intelligit gloſ. in d. §. fin.]

36 Quid dicemus in hac diſcordia. Notate, quia vterque benè loquitur: nam Iſern. loquitur in Regno, vbi voluit, quòd ſi feudũ eſt conceſſum ſine expreſſione ſeruitij, non veniat ſeruitium cõſuetum in Regno, ſed fidelitas, & per conſequens ſeruitia in fidelitate contenta; ſi autem eſſet dictum, vt ſeruiat, veniat ſeruitium conſuetum in Regno. ita in effectu concludit in [cap. 1. §. huius autem generis, in quib. cauſ. feudum amitta.] & ibi ego latiùs fundaui, Iſerniam huius opinionis fuiſſe, & propterea Iſern. vult, quòd quando in conceſſione feudi in Regno eſt facta mẽtio de ſeruitio, licèt non ſit dictum in ſpecie de qualitate, & quantitate; tamen cum intelligatur de conſueto in Regno, & per relationem ad conſuetudinẽ Regni dicatur certum, nõ poteſt refutari Rege nolente: Bald. verò loquitur de iure communi feudorum: quia ceſſãte conſuetudine Regni, nõ ſolùm quãdo feudum eſt ſimpliciter conceſſum ſine expreſſione ſeruitij, in ſpecie, ſed etiam, quando eſt conceſſum cum clauſula, vt ſeruiat; vtroque caſu, feudatarius nõ tenetur niſi ad ſeruitia in fidelitate contenta, ſecundùm ius cõmune feudorum.

37 Circa ſecundum caput primæ diſtinctionis eſt notandum, quod quando natura feudi alteratur per pactum circa ſeruitia, vel non exhibenda pro feudo, vel exhibenda ſingulis annis, vtrumque enim eſt contra naturam feudorum, tam in Regno, quàm extra, quia natura feudorum eſt, vt incerta ſint ſeruitia, & in Regno, vt exhibeantur, quãdo dominus indiget propter bellum, præcedente ſubmonitione, in omnibus alijs remanet cum

ſua natura, præter quam in ſerui-
38 tio, prout hæc omnia benè probat [Iſer. in d. §. huius autem generis, nu. 12. & in §. ſed nec alia iuſtior, nu. 34. & 35. quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitten. Alex. in conſ. 30. colum. fin. num. 20. vol. 1. Bald. in l. 1. num. 13. q. 16. ff. de rer. diuiſio. Zaſi. in tract. feud. par. 12. num. 10.] Vnde, poſtquam per pactum alterata eſt natura feudi in hoc, vt ſeruitium ſit certùm, in alijs debet remanere ſub natura generali omnium feudorum, quæ reſultat ex legibus huius libri feudorum: natura namque
39 que feudi idē eſt, quod lex feudi, & propterea debet poſſe refutari etiam facta inueſtitura ſub certo ſeruitio ſecundùm naturā generalem feudorum.

40 Sed ſuſtinendo communem opinionem, dicatis vos, quòd quando natura feudi alteratur per pactum, alteratur etiam in his, quæ veniunt in conſequentiam pacti alteratiui, ſecundùm [Socci. in l. Gallus. §. etiam ſi parente, n. 6. ff. de liber. & poſthu.] ſed denegare refutationem feudi in manibus domini nolentis, uenit in conſequentiam pacti; quia, cum dominus uoluerit non ſeruitia contenta in fidelitate, ſed ſeruitia certa, ceſſat ratio quare refutatio permittitur, & dominus nō conceſſit feudum ex hac gratia recipientis, ſed uoluit ſibi ex pacto conſulere, & ſtipulari certa ſeruitia. Conuenitur enim tunc feudatarius ex ſuo contractu, & propterea non liberatur cedendo rei [l. quicunque. C. de fund. patri. conſiderat Barto. diſtinguendo in d. l. is cum quo] & cum lex feudalis, ut dixi, ſit exorbitans, meritò non eſt trahenda ad feudum, non habens propriā feudi naturam; ſed intelligenda in caſu ſuo in feudo conceſſo ſecundùm naturam generalem omnium feudorum, prout loquitur.

Circa tertiam diſtinctionem notate, q̄ ſi uera eſt ratio, quare licet uaſſallo feudum refutare, domino nolente, ſcilicet quia ex non exhibitione ſeruitij non oritur alia pœna, niſi priuationis
41 feudi, ut gloſ. conſiderat, & bene, quia uaſſallus ratione feudi non ligius, non punitur niſi in priuatione feudi, & in eo non habet locum pęna [leg. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. gloſ. in clement. paſtoralis, de re iudicat. in uerbo non ſufficit, probat Capyc. in deciſio. 162. nu. 12. Loffred. in conſ. 5. num. 42. Grāmat. in uoto decimo, num. 32. & eſt de mente Iſern. in d. §. ſimiliter, num. 42.] quòd uaſſallus ratione feudi offendens dominum, non puniatur alia pœna, quàm priuationis feudi. Poteſt, iſta ratione attenta, etiam poſt indictū ſeruitium, feudum refutare, maximè quia uidemus, quod de iure

iure feudorum,non eſt impoſita alia pœna nedum vaſſallo, qui omittit ſeruire domino, in bello vocatus; ſed etiam,ſi poſtquã acceſſit cum domino,ipſum pugnantem, & dimicantem dimiſit: & ſimilitudo,quam facit Bal. inter ciuem à propria ciuitate recedentem, poſt munus indictum, & vaſſallum refutantem poſt ſeruitium impoſitum, non eſt bona: quia de iure feudorũ habemus legem,quę ſimpliciter admittit vaſſallum ad refutationem: non ſic de iure communi, quia dum admittitur ciuis ad relinquendum incolatum ſuæ ciuitatis,admittitur cum iſta con- 42
ditione,vt non recedat poſt munus indictum, quod notate vos ſcholares,qui propriæ patriæ incolatum relinquitis, & in aliam ciuitatem domicilium transfertis, & ibi poſtea numerati eſtis pro focularibus per Regiam curiam, quòd non ex hoc liberati eſtis ab ære alieno contracto vſque ad illum diem, ſed obligati eſtis ad contribuendum, & imponetur collecta vobis bona tenentibus in illis Ciuitatibus, vnde receſſiſtis, etiam ex cauſa iſtius æris alieni præteriti, non ſolum pro alijs oneribus,ad quæ bona tenentes de iure tenentur, de quibus videbimus cum [Iſer. in cap.1.quę ſint regalia]propterea igitur non eſt bona ſimilitu-
43 do Baldi: etiam quia longe differunt onera, & fauores ciuium cum ſuis ciuitatibus;& onera, & fauores vaſſallorum cum ſuis dominis: & ideo ex iſtis tenete contra Baldum; & quòd liceat etiam feudum refutare poſt ſeruitium indictum; Et multo magis tollitur ſexta, & ſeptima diſtinctio, aut renunciatur intempeſtiuè aut non: aut intereſt domini,aut non: & iam [Hoſtien. in d.cap.quæ in eccleſiarum] reprobare videtur diſtinctionem de intempeſtiua renunciatione, nec facit diſtinctionem, aut intereſt, aut non intereſt domini, prout in vtroque allegatur per
44 Zabarell.& malè:& hanc diſtinctionem de intempeſtiua renũciatione reprobare videtur etiã [Speculat. de loca. in tit. de iur. emphyteotico. q. 128. nu. 154. propter generalitatem tex. in §. fin.de vaſſall. qui contra conſtit. Lothar.]

Circa tertiam diſtinctionem de ſtipulatione, Imol. in d. cap. quæ in eccleſiarum,non approbat;quia nunquam haberet locũ renunciatio feudi, cum ſemper apponatur ſtipulatio: & ideo aliter tenet [Bald. in prælud. feud. vbi ſupra,& in d.cap.1.de vaſſal. qui contra conſtit.Lothar. Felin. in d.c. quæ in eccleſiarũ.n. 114. & Stephan.Aufrer.in additio. ſuper deciſio. Cappellæ Tholoſan. 404.]

Ita quòd non remanet niſi

vnica

vnica. diſtinctio; aut feudum eſt conceſſum ſimpliciter, non facta mentione ſeruitij, aut eſt conceſſum ſub certo ſeruitio; & quia in Regno ſeruitij quantitas eſt certa; ideo Capycius dicit.
45 quòd in Regno feudum non poteſt refutari, nolente domino: quod vos tenendo opinionem [Iſern. in §. huius autem generis, quibus mod. feud. amitta.] intelligite, quando in inueſtitura eſt facta mentio de ſeruitio in genere: quia cenſetur habita relatio ad ſeruitium conſuetum in Regno; ſecus ſi nulla eſſet facta mentio ſeruitij, etiam in genere, in feudi conceſſione: & ex hoc
46 infertur, quòd dum [Felin. in c. quæ in eccleſiarum, num. 111. & Stephan. Aufrer. in additio. ſuper deciſio. Cappellæ Tholoſan. 404.] qui eius verba ita ſcribit, formando regulam, quòd vaſſallus poteſt refutare feudum, domino inuito, ponunt duas limitationes; Alteram, quando interuenit iuramentum ſpecificum; Alteram verò, quando renunciatio eſt intempeſtiua, non ſunt ſequendę.

Præmiſſa tamen concluſio, quando vaſſallus poteſt feudum domino inuito refutare, tripliciter declaratur.

47 Primo, vt hoc non habeat locum in vaſſallo ligio, ſed in vaſſallo ratione feudi non ligij tantùm, tenet in [cap. cæterum, nu. 11. de iudi. & probat iterum in conſi. 291. incip. ad euidentiam præmittendum eſt volum. 2. qui dicit, quòd hæc eſt vna de differentijs inter feudum ligium, & non ligium [Mart. Lauden. in c. 1. num. 52. de his qui feud. dar. poſſ. ſequitur Iacobin. in tract. de homag. 1. colum. in fin. Curti. in 4. part. tract. feud. verſ. trigeſimo primo, & vltimo.]

48 Secunda declaratio eſt, quòd vaſſallus non debet dominum offendere poſt feudi refutationem, in memoriam priſtini dominij.

49 Tertia declaratio eſt, quod refutatio non debet fieri in manibus alterius, quam domini, ſecundùm Hoſtien. in d. cap. quæ in eccleſiarum, vbi Ioan. Andr. & Imol. vbi ſupra, Bald. hic in rubr. & Iacobin. in ſua inueſtit. in verbo, Et vnus ex dictis vaſſallis, num. 29. prout dicitur in renunciatione beneficiorum; illa enim
50 non poſſunt renunciari niſi in manibus Prælati [cap. quod in dubijs, vbi gloſ. fin. Innocent. de renunciatione, Gloſ. in cap. Gonſaldus, 17. quæſt. 2.] & ſicut etiã
51 dicitur in renũciatione officiorum: illa enim nec poſſunt renũciari niſi in manibus ſuperioris [l. penult. ff. de offic. præſid. vbi gloſ. & Odoffred. Bart. in l. ſi quis rei. §. differentia, nu. 8. ff. de acquirend. poſſeſſio. Roman. in ſing. 252.]

Vnde

52 Vnde colligi videtur primo quædam ſimilitudo inter feuda, & beneficia, quæ colligitur etiã ex alio; quia ſicut admittitur renunciatio feudi ſub conditione, vt alius inueſtiatur, vt hic; ita etiã
53 admittitur reſignatio beneficij in manibus Epiſcopi, vt ſubſequatur permutatio ſine fraude, [cap. quæſitum, de rer. permut. propterea Bald. hic num. 1.] dicit ſimile in renunciatione beneficiorum: quia aliud eſt renunciare ſimpliciter, aliud eſt renũciare animo permutandi: & Aluarot. hic dicit, quòd hæc refutatio non aperit viam expectanti primam vacaturam: quod notate pro renunciationibus officiorũ, quæ tota die fiunt in beneficium alterius, vt non dicantur propterea vacare, maximè quãdo adeſt clauſula, non aliter, nec alio modo.

Secũdò colligitur, ſimilitudo inter feuda, & officia, prout hæc ſimilitudo vr̃ de mente [Iſer. in cap. 1. num. 3. quis dicatur Dux] & ſatis probari videtur, ſi vera eſt ſimilitudo feudorum, & beneficiorum, poſtquam beneficia, & officia æquiparantur, vt infra, quod. notate, quia Capycius in deciſ. 77. dicit, quòd ſimilitudo feudalium ad officia ei non placet.

Colligitur & tertiò ex pręmiſſis ſimilitudo inter officia, & beneficia: quam ſimilitudinem in ſpecie facit [Abb. in cap. cum in iure, de electio. in fin.] notans ea, quæ dixit de electione officiorum eccleſiaſticorum, quod faciunt etiam ad officia ſecularia; Ideo [Ioannes Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. num. 6.] dicit, quòd iura diſponentia circa officia, trahuntur ad officia ſæcularia, ſequitur [Prob. in cap. dudum, de præbend. in 6. in additio. ſuper Io. Monaco.] Et
54 eſt quædã ſimilitudo inter officia, & beneficia; vt ſicut renuncians beneficium perdit poſſeſſionem tantùm, licet non fiat in manibus ſuperioris [Gloſ. in cap. denique, 6. q. 3. in verb. reſtitua-
55 tur, Compoſtellan. in d. c. quod in dubijs; ita in officijs, ſecundũ Bar. in d. §. differentia.]

Iuxta tex. iſtum, diſponentem, quòd feudum refutatum domino, vt filij inueſtiantur, remaneat antiquum in perſonam filiorũ, non obſtãte, quod de nouo fuerint de illo inueſtiti, tractat Iſer.
56 illam quæſtionem, an feudum remaneat antiquum, remiſſa felonia: quam ego intendo diligenter examinare, quia plures vtiles quæſtiones complectitur.

In hoc articulo Doctores diuerſimodè loquuntur Gloſſæ namque ſimpliciter voluerunt, quòd remiſſa felonia, remaneat feudum antiquum, & quòd in eo ſuccedant fratres, non autem excludantur tanquam in feudo nouo

nouo.[Ita gloſ.in l.quod dicitur, in verbo creuiſſe.ff.de impenſ.in reb.dotalib.fact. gloſ. in l. peculium.§.ſi ære.ff.de pecul.gloſ.in cap.Imperialem. §. inſuper, in verbo priuetur, de prohib. feud. alien. per Feder. & gloſ. iſtas ſequuntur Bar.Bal.Angel.Alberic. Paul. de Caſtr. in d. §. ſi ære, & Fulgoſ. ibidem, quem §.legunt cum §.ſi opem,Bart.in d.l. quod dicitur, Bald.in l. 1.q.15. ff. de rer. diuiſio. Ioan. de Platea in l. ſancimus,la prima, C. de conſulibus,lib.10. Iacob. de Beluiſ. in d.§.inſuper,Mart.Lauden.in c.1. §.fin.num.11.quibus mod.feud. amitt.]

Odoffredus autem in ſumma feudor.in tit.quid ſit inueſt.in fi. diſtinguit: aut dominus poſt feloniam apprehēderat poſſeſſionem feudi,aut non: primo caſu, eſt feudum nouum,ſecundo,antiquum.Iſtam diſtinctionem ſequitur [Ioan.Rain.in cap. Imperialem.§.inſuper,num.2. de prohib.feud.alien.per Feder. eſt de mente Bald.in l.1.q.15.ff.de rer. diuiſio.ſequi videtur Iaſ. in conſ. 64.vol.3.col. 2. & in conſ. 152. volum. . Iacobin.in ſua inueſt. in verbo, dictique vaſſalli promiſerunt non committere feloniam,colum.fin.num.100.Gozzadin. in conſi. 84. num.10.Aluarot. hic, qui dicit ita tenere Rayn.]

Iſern.verò hic, reprobata diſtinctione Odoffredi,licèt ipſum non alleget, alio modo diſtinguit: aut felonia erat talis,ex qua feudum erat amiſſum ipſo iure; & tunc remiſſa felonia, eſt nouū: aut non erat amiſſum ipſo iure, ſed requirebatur ſententia,& tūc ſit antiquum, Eādem diſtinctionem in effectu facit [Bald. in d. §.inſuper,quem ſequitur Iacobi. vbi ſupra. Alex. in conſi. 34. nu. 6.volum. . & Salycet.in d §. ſi ære.Et hæc diſtinctio, nō obſcurè eſt etiam de mente Paul. de Caſtr. Fulgoſ. & Alber. in d. §.ſi ære: quia dum ſequuntur gloſ. aſſignant rationem, quia per feloniam feudum non amittitur ipſo iure. Iſtam diſtinctionem reprobauerunt [Imol. in cap. 2. nu.16.de feud. Iaſ. in l. filio quē pater, colum.penult.ff. de liber. & poſthum.vbi Aret. qui etiam ita tenet in l.ſi mihi,&Titio,col. fin.ff.de verbor. oblig: Præpoſit. in prælud.feud.in 6.diuiſione.] Ea ratione, quia licet feudum amittatur ipſo iure,intelligitur ſi dominus voluerit.

Alij autem in hac diſtinctione faciunt ſubdiſtinctionem, & dicunt in primo capite, quando feudum erat amiſſum ipſo iure, aut felonia remittitur poſt declaratam voluntatem,& ſit nouum, aut ante,& remaneat antiquum; Et ſic pariter in ſecundo capite, quando feudum non erat amiſſum ipſo iure, dicunt,aut remittitur

titur felonia ante ſententiam priuationis; & remanet antiquum: & ita eſt de mente [Paul.de Caſtro in conſ.425.volum.2.incip. ponitur in facto,clarius hic Martin.Lauden.nu.9.]

Alij autem vltrà progrediuntur in hoc articulo, quærentes elicere mentem Regis, quòd voluerit,iure antiqui, vel noui feudi, concedere: & ponunt varias formas remiſſionis, ſeu reſtitutionis, Salycet. namque in d. §. ſi ære,ponit duas formas. Prima, quando eſt dictum, dimitto tibi feudum.Secunda,quando eſt dictum,Concedo tibi feudum:In prima remaneat antiquum, in ſecunda nouum: Iſern. namque, ad quem ſe remittit in d. l. filio quem pater in circumſcripta voluntate Regis,an voluerit nouum, vel antiquum, quia ſi de illa conſtaret,non eſſet dubium; dicit,quòd ſi eſſet dictum,indulgemus tibi crimen,& reddimus, vel reſtituimus tibi bona, feudũ remanebit ſub natura antiqua, & verbum,reddere,ſignificat retro dare, vt habeat eo iure, quo ante, & retro habebat, propter plenam ſignificationem huius verbi,reddimus: & quia beneficia Principum ſunt latiſſimè interpretanda: ſed ſi eſt dictum reddimus, & de nouo concedimus, & non conſtat de voluntate Regis, quòd voluerit ſub natura antiqua feudum remanere, vel de nouo concedere, erit feudum nouum,& verbum, reddimus, mutabit naturam propter adiunctum, Et de nouo concedimus: & quia vltima derogant prioribus.

Sed Martin. Laudenſ. & Præpoſiti ibi tenent contra Iſern.in clauſula, reddimus, & de nouo concedimus,vt ſit feudum anti-
57 quum,quia priuilegium Principis eſt latiſſimè interpretandum [l. penult. ff.de conſtit.Princip. quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam,l.ſi vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pact.quia verbũ, reddimus;ſeu reſtituimus, debet aliquid operari,l.ſi qñ.ff.de leg.1. quia non eſt veriſimile,ꝙ voluerit in continenti ſe corrigere, l. non ad ea.ff.de cond.& demõſt.
58 & quia ſequẽtia declarantur per præcedentia. l.ſi ſeruus plurium. §.fin.ff.de legat.1.& plus influũt præcedentia ad declarationem ſequentium,quàm è contra, glo. & ibi Barto. in l.quiſquis. ff. de legat. 3.]

59 Quid dicendum inter hęc dicta Doctorum? In primis notandum eſt circa primam, & ſecundam diſtinctionem, quod Iſern. vr̃ ſibi cõtrarius;hic namq; contemnit,vt vidiſtis,diſtinctionem Odoffredi, aut dominus auocauit poſſeſſionẽ,aut nõ auocauit, ſed in §.ſed & res nume. 6. per quos fiat inueſtitura, videtur tenere contrarium: nam tractans quæ-

quæſtionem, vtrum vaſſallus teneatur petere inueſtituram pro feudo, quod perditum erat, poſt culpam remiſſam, dicit, quòd ſi dominus habuit poſſeſſionem feudi; tunc quia, retranslata poſſeſſione in vaſſallum, eſt nouum feudum, debet petere inueſtituram: aliud ſi ſemper vaſſallus poſſedit: allegat [textum in d.l.quod dicitur, & in d. §. ſi ære. In hac contrarietate Afflict. hic nu.7. dicit; quòd diſtinctio Iſern. in d.§.ſed & res, haberet locum quando feudum eſſet ipſo iure amiſſum per feloniam: ſed Afflictus decipitur, quoniam manifeſtè hic Iſernia reprobat opinionem, aut dominus auocauit poſſeſſionem, aut non; & non requirit capturam poſſeſſionis, quando ipſo iure amittitur, vt feudum ſit nouum remiſſa felonia.

Conſiderabam propterea, ſi pro concordia Iſern. dici poteſt, quod ſunt duæ quæſtiones, altera ſi nō abducta poſſeſſione, ſit petenda inueſtitura poſt remiſſionem feloniæ; & hæc tractatur in §. ſed & res, per Iſern. & dicitur, quòd non; altera vero an ſit feudum nouum, uel antiquum, remiſſa felonia; In qua quęſtione Iſern. diſtinguit, an ipſo iure, an non ipſo iure, vt uidiſtis; Sed ſi veritatem amamus, non poteſt ſaluari à contrarietate: quia, licet ſint duæ quæſtiones diuerſæ; tamen ratio, in qua fundatur deciſio quæſtionis propoſitæ in §. ſed & res, dependet ab articulo, an ſit nouum, vel antiquum.

60 Circa conſiderationem, quæ fit in ſecundo capite ſecundæ diſtinctionis, quando remittitur ante ſententiam, quaſi ſecus ſi remittatur poſt ſententiam; eſt aduertēdum, quòd hoc intelligitur poſt ſententiam tranſactam in rem iudicatam: quia ſi eſſet lata ſententia, & eſſet interpoſita appellatio, eſſet feúdū antiquum, remiſſa tunc felonia, ſicut ſi ante ſententiam: quia

61 appellatio reducit cauſam ad eundem ſtatum, in quo erat poſt litem conteſtatam [l. ita demū. C. de procuratorib. Cyn. & Salycet in l. fin. num. 1. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit.]

62 Ideo tenemus in Regno, quòd Barones, qui habent facultatem indulgendi crimina, poſſunt indulgere etiam poſt ſententiam, pendente appellatione; & ita vidimus de facto obſeruari: & quod dicitur poſt appellationē, idem eſt poſt reclamationem à ſententia Regia, à qua non datur

63 appellatio, ſed reclamatio: quia iſta reclamatio pari paſſu ambulat cum appellatione [Iſern. in cap. 1. §. præterea ſi inter duos, 6. colum. in princ. ibi, ſed pone, de prohib. feud. alienat. per Feder. Affl. latiſſimè in prælud. conſtit. Regn. quæſt. 10.]

64 Circa vltimum caput, dum tractatur de mente Regis, pro defenſione Iſer. dum dicit, quod eſt feudum nouum, quando dicit; reddimus, & de nouo concedimus, poteſt dici, quòd Iſernia, qui fuit in opinione, quòd felonia quæcunque non nocet agnatis, dixit, quæſtionem illam, an remiſſa felonia remaneat feudũ antiquum, non prodeſſe agnatis, ſed prodeſſe principaliter circa ſeruitia, ſcilicet an feudatarius, remiſſa felonia, teneatur pro feudo ſeruire tãquam de feudo antiquo; & ſic ſicut olim tenebatur; vel tanquam de feudo nouo, & quia ſupra firmauerat, quòd facta ſimpliciter indulgentia feloniæ, non veniunt bona ipſo iure amiſſa; voluit, quòd ſi diceretur indulgemus, reddimus, & de nouo concedimus, ſit feudum nouum: & ſic, quòd teneatur ſeruire tanquam de feudo nouo.

Hoc attento, conſidero, vltra Iſerniam, aliam rationem: ſeruire namque pro feudo tanquàm pro antiquo, eſt minus ſeruitium exhibere, quàm pro nouo: quia vt plurimum feuda, ex curſu temporis, augentur, & cum fiat taxa ſeruitij, habita conſideratione ad valorem fructuum, ſcilicet pro quibuslibet viginti vncijs, vnciæ decem cum dimidia [Iſern. in cap. 1. quis dicatur Dux] pro feudo nouo maiora ſeruitia, vt plurimum exhibentur, concernit igitur hoc, feudatarium, cui remiſſa eſt culpa cum reſtitutione bonorum, teneri ad maius ſeruitium, Regni defenſionem, & publicam vtilitatem, vt Iſern. conſiderat in illa quæſtione, vtrum Rex poſſit cogere feudatarium ad exhibendum ſeruitium in pecunia, ſi paratus eſt perſonaliter ſeruire: dicit namque, fauor defenſionis Regni, & publicæ vtilitatis hoc admittit, & ſuſtinet: vnde illud emer-
65 git, quod priuilegium hoc indulgentiæ cum reſtitutione bonorum, eſt ſtrictè interpretandum [Angel. & in l. penultim. colum. 3. ff. de conſtitu. Princip. vbi latè Iaſ.] immò quia quanto minus Rex à feudatarijs exigit pro ſeruitijs, tantò magis alij ſubditi onerantur: etiam ex hoc eſt facienda ſtrictè inter-
66 pretatio, ſicut dicitur in priuilegio immunitatis, quod ſit reſtringendum, quia redundat in diminutionem publicæ vtilitatis, aut reliquorum, qui ex immunitate grauantur [Lucas de Penna in rubric. de excuſation. muner. & in l. medicos, eodem titul. colum. final. Ancharan. in conſ. 260.]

Tenendo opinionem Iſern. non obſtant argumenta Martin.

Laudenſ. Et primò, quòd priuilegium ſit latiſſimè interpretandum: quia immò ſtrictius in caſu Iſerniæ, vt ſupra fundaui.

Secundò, quod res de facili reuertitur ad ſuam naturam: quia feudum nouum conceſſum ſub natura feudi antiqui, non erit verè antiquum, ſed habebit naturam antiqui: & aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali: & ſic non tractatur de reuerſione.

Tertiò, quia verbum, reddimus, debet aliquid operari: quia ſatis operatur, poſtquam habet bona, quæ aliàs non habebat.

Quartum, quod non præſumitur correctio incontinenti: quia verbum, reddendi, quandoque habet ſignificationem dandi: & ſic non eſt certa correctio incontinenti.

Quintum, quod ſequentia declarantur per præcedentia, & quod plus influunt præcedentia ad declarationem; non obſtat, quia ex hoc non euitatur, quin ſequentia declarent & præcedentia.

67 Sed alio modo nos Iſerniam impugnamus: dicit namque deciſionem quæſtionis non prodeſſe, quia felonia quæcunque vnius agnati, non nocet alteri. Ego omitto pro nunc, an hoc ſit verum, quia hanc quæſtionem latè tractabimus in cap. 1. ſi vaſſallus feud. priue. Sed præſupponendo, quòd ſit vera eius opinio, quonam pacto dicit quæſtionem prodeſſe in ſeruitio, & ſic quod agnatus in feudo antiquo poſſit delinquendo augere ſeruitium in primordio inueſtituræ liquidatum, inſpectis fructibus, qui tunc ex feudo percipiebantur in præiudicium agnatorum?

68 Nonne vera eſt concluſio, quòd natura feudi reſultans ex prima inueſtitura, non poteſt alterari in præiudicium agnatorum, vt probat [Bald. in conſil. 215. incipiẽte, proponitur, quod inueſtitura, num. 4. volum. 2. & in l. vnica, numer. 31. C. quando non petentium partes] vbi in ſpecie, quod dominus non poteſt mutare formam inueſtituræ antiquitus conſtitutam in præiudicium tertij; ſequitur [Dec. in conſil. 193. num. 4. & in conſil. 263. num. 2. colum. 2. in princ. probat idem Bald. in l. fin. num. 5. C. de ſuis, & legit.] vbi dicit, quòd inueſtitura antiqua, vt innouetur, requiritur voluntas eius, qui habet ius ex veteri inueſtitura [Aluarot. in cap. 1. an agnatus, colum. fin. vbi Præpoſit. in 1. colum. num. 2.] vbi quòd dominus non poteſt alterare naturam feudi antiqui in præiudicium agnatorum, niſi conſentiant alterationi, tenet idem Rip. in reſponſo 179. numer. 4.

Al-

Albert. Brun. in conſilio 15. inter conſilia feudalia, Loffred. in conſi.30.num.40. Vnde cum
69 alterare, & augere ſeruitium, ſit alterare naturam feudi, quia de natura feudi eſt ſeruitium, & an vno, vel alio modo præſtetur, ſiue nō præſtetur, ſeu præſtetur limitatum, eſt contra, vel præter naturam feudi, probat [tex. in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feud. amitta. Andr. in cap. 1. §. ſed nec alia iuſtior, num. 34. & 35. & in cap. 1. §. huius autem generis, ex quib. cauſis feud. amitta. probat Zaſi. in tract. feud. part. 12. num. 10. Par. de reintegrat. fo. 64. Loffred. in cōſi. 11. num. 30.] ſequitur neceſſario quod nec quæſtio prodeſt in ſeruitio, quod non potuit augeri in præiudicium agnatorum, niſi ꝓ ſaluādo Iſernia, diceremus, quòd poteſt eius deciſio intelligi viuēte feudatario delinquente, vt ipſe in vita ſua teneatur ad ſeruitiū tanquam de feudo nouo, eo mortuo, agnati ſeruiant tanquam de
B antiquo. B

Iſer. iuxta quęſtionē ſupra tractatam, duo incidenter tractat: Alterum ſcilicet vtrum in crimine lęſæ maieſtatis bona amittantur ipſo iure, vel per ſententiam: Alterum verò vtrum in-
70 dulgentia criminis comprehendat bona. Circa primum non eſt morandum, quoniam, licet de iure communi ſit controuerſia inter Doctores. Nam Azo in ſummā C. vnde vi, num. 27. tenet, quòd amittatur ipſo iure, [Bart. verò in l. Imperator. ff. de iure fiſci, tenet, quòd non amittatur, ipſo iure, dominium, ſed adminiſtratio tātùm, cuius opinionē latè comprobat Hierony. Gigans in tract. de crim. lęſę maieſtatis lib. 2. quæſt. 25.] & in effectu hæc eſt verior opinio. In Regno ſublata eſt hæc diſputatio per cap. Regni incipien. bona proditorum, per quod ſtatuitur, quod ipſo iure amittantur, & illud cap. fuiſſe æditū per Regem Carolum Secundum, ad tollendam varietatem opinionum, dicit Vitalis in tractatu clauſularū, in clauſula Nihil nouari, accuſatione pendente.

71 Quendam tamen circa hoc refert Iſern. hic, tenentem feudū ideo confiſcari in crimine læſæ maieſtatis ipſo iure, quia in hoc crimine fiat etiam bonorū confiſcatio ipſo iure, quod falſum dicit. Sed vos pro ſaluando Iſernia, dicatis, quòd Iſern. hoc non dicit, ſed tantùm, quòd in crimine læſæ maieſtatis commiſſo per feudatarium, feudum amittitur ipſo iure, quod in ſe verum eſt, vt gloſ. . . .
fatetur, nec ſe fundat in hoc tantum, ſcilicet, quod in hoc crimine, bona, ipſo iure, amittantur, ſed obiter refert opinionem Azon.

72 Circa ſecundum, uera eſt cõcluſio, quod indulgẽtia ſimplex non comprehendit bona, ſiuè fuerit particularis, ſiuè generalis, vt probatur in [l.ſi ademptis, in l.tutor, & in l. generalis. C. de ſenten.paſſ.in l.aut damni. §. fin. ff.de pœn.] immò nec reſtituit patriam poteſtatem amiſſam ex deportatione, aut filij, aut patris [l.in inſulam, l.ſi pater.l. fruſtra. C.de ſenten.paſſ nec famam.l.ſi. C.de generat.abolitione.]

73 Et ſic etiam vera eſt concluſio.quod reſtitutio ſimplex, vel generalis, vel ad omnia; comprehendit bona, quæ fiſcus tenet [l. 1.C.de ſenten.paſſ.gloſ.in §.cum autem, inſtit.quib.mod.ius patri, poteſtat. ſolui. in verbo ſtatum, vbi Aret.colum.3.Odoffred.in l. fin.num.3.Cyn.in d.l.1.& in d.l. fin.vbi Bar.]

74 Et ita quando ſit reſtitutio ad honores, & ad tertiam partem bonorum, nõ extenditur ad alia: niſi ad ea, quæ exprimuntur, ſecundùm [Cyn.in d. l. fin. & Bar. ibi num. 1.]

75 Ita etiam quando cum indulgentia eſt adiunctum verbum, Reſtituo, indulgentia regulatur ab adiuncto, & habet naturam reſtitutionis, ſecundùm [Cyn.& Bart.in d.l. fin. Paul. Girland.in tract. de relaxatione carceratorum, ſub rubr. de benefic. & indulgen.princ.]

76 Dubium eſt, quando Rex nõ vtitur verbo, indulgeo, nec verbo, reſtituo, ſed vel facit gratiam decreti, vel dicit, quòd banniti rebanniantur, an ex hoc oriatur indulgentia ſimplex, vel reſtitutio, & in hoc [Bar.in l.1.§. ſi quis vltro, ff. de quæſtio.& in d.l.fin. num.11.tenet, quòd oriatur reſtitutio, quod ſequitur Aret. in d §.cum autem, colum.3.Nellus in tract.bannitor. in 1. par. tertii temporis.4.q.]

Salycet.autem in d.l.fin.num. 13.tenet cõtra Bar. dicens, quòd [tex.in d.l.1.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio.] vbi Bar. ſe fundat, loquitur in gratia, quæ fit ex cauſa innocentiæ: vnde quando non fit ex cauſa innocentiæ, dicit, quòd genus, ſimpliciter prolatũ, reſtringi debet ad illã ſpeciem, quam comprehendit in ſua rudi materia, & ſic ad magis nudam, quæ eſt idẽ, quod remiſſio ſimplicis pœnæ.Sed [Egid.Boſſi. in tit. de remed. ex ſola clemen. Princip.num.1.] dicit, quòd licèt opinio Salycet. ſit multum iuridica; tamen communis opinio eſt cum Bar. licet ipſe in q. per eum formata, quando ſit gratia ſimpliciter, inclinet potius in opinionem, quod nõ extendatur ad bona. C

Iſernia hic, qui vt videtis, iam tenet, quòd indulgentia non cõprehendit bona, ſecus in reſtitutione; facit nouam, & ſatis vtilem conſiderationem in articulo. Nã iura

iura ſupra allegata,& Doctor. ibi dum præſupponunt, quod indulgentia ſimplex non comprehendit bona,loquuntur, quando
77 bona ſunt per fiſcum occupata, ipſe autem aduertit, quòd ſi delictum eſt tale, in quo bona publicantur ipſo iure, etiam ſi bona nō ſint à fiſco occupata,quod indulgentia non comprehendit bona;ſed idem [Iſern. in cap. 1. num. 5. de feud. ſine culp. non amitten.] videtur tenere contrarium: & hanc contrarietatem ponderat hic; & ibi moderniſſimi ſuper Iſern. in tantum, quòd ibi dicunt, quod Iſern. videtur recedere hic ab eo,quod dixit in [d.cap.1.de feud. ſin. culp.non amitten.]
78 Sed re vera in hoc nulla eſt cōtrarietas in Iſern. quia ibi loquitur in remiſſione culpæ cōmiſſæ per vaſſallum in non petēdo inueſtituram infra annū, & diem; hic loquitur in crimine læſę maieſtatis, inter quas culpas maxima eſt differētia. Nam,dum agitur de culpa ob non petitam in-
79 ueſtituram, feudum non amittitur ipſo iure, ſed per ſententiā, vt in omni culpa, præter quam in culpa alienationis,tenet [gloſ. magiſt. in cap. Imperialem, §. callidis,in verbo,reuertatur, de prohib.feud.alienatio. per Federicum] cuius opinionem, vt veram, & communem probant Doctores.

80 In crimine uerò læſæ maieſtatis punitur uaſſallus ipſo iure in feudi priuatione, ſecundùm [Bald.in d.§.callidis nu.7.] Item dum agitur de culpa ob non petitam inueſtituram, non adeſt alia pœna ſtatuta, niſi feudi priuatio [cap. 1. de capit. Conrad.] Et propterea,quia remiſſio non prodeſt in alio, comprehendit feudū [arg. l.fundus qui locatus. ff.de fund.inſtr.] At in crimine læſæ maieſtatis, ultra pœnam priuationis feudi,eſt ſtatuta pœna mortis, & alia, ut in [l. quiſquis. C. ad leg.Iuliam maieſtat.]
81 Vnde poteſt inferri in crimine fraudati uectigalis, in quo,licet fiat commiſsio rei, ipſo iure, in fiſcum [l.commiſſa. ff.de publicanis] tamen,quia non adeſt alia pœna, & indulgentia iſtius criminis non prodeſſet in alio, proderit circa rem commiſſam in fiſcum: ſecus,fortè,quando ex forma bannorum, quæ conſueuerunt emanari,adeſſet alia pœna; ita quòd poſſit indulgentia prodeſſe in alio.

Sublata, ergo, contrarietate Iſern.remanet, quòd ſine dubio tenet indulgentiam ſimplicem non comprehendere bona in crimine læſæ maieſtatis,ubi ipſo iure uaſſallus ligius punitur in feudi priuatione, licet non ſint bona à fiſco occupata, ſed comprehendere tantum pęnam corporalem,& nimirum,quia ex re-

miſſione pœnæ corporalis, fiſcus non damnificatur, ſicut quando tractatur de remittenda bonorum confiſcatione, ut circa ualiditatem reſcripti ſine clauſula,
82 non obſtante, conſiderat [Bald. in l.reſcripta, nu. 5. C. de precib. Imperat.offer.]
83 Sed quomodo, extincto crimine, reſpectu pœnæ corporalis, agitur de crimine, reſpectu bonorum, cum ſi contra fiſcum præſcribitur quinquennio, quoad crimen læſæ maieſtatis ſecundùm [gloſ.in l.Manicheos, C.de hæretic.] ut non poſſit damnari memoria, hoc etiam intelligitur reſpectu bonorum, ut concludit [Abb. in cap.cum nobis, num. 11. de præſcriptio. & Felyn. ibi num.12.]

ADDI-

ADDITIO
AD REPETITIONEM
Cap. 1. de vaſſallo decrepitæ ætatis.
EDITA PER FVLVIVM LANARIVM Auctoris Nepotem.

SVMMARIVM.

1 *Baro poſt ſententiam, pendente appellatione, poteſt facere gratiam, referuntur deciſiones, & an poſſit facere gratiam de relegatione, & exilio.*

2 *Feudum an iudicetur nouum, vel antiquum; ſi hæres ex pecunia ſua reemit, virtute pacti de retrouendendo.*

3 *Hæres reemens feudum, an poſſit petere ſubuentionem à vaſſallis; & an debeat ſoluere releuium.*

4 *Feudum donatum, contemplatione matrimonij, ex nunc pro tunc, ſequuta eius morte; iudicatur feudum paternum antiquum; ex diſpoſitione Reg. pragmatica de feudis* 14.

5 *Indulgentia ſimplex, an, & quando comprehendat bona, & circa ampliationes, & limitationes, vide Doctores.*

[1 Adde, quòd ſecundum hác opinionem, quòd Baro poſſit facere gratiam poſt ſententiam, pendente appellatione, teſtatur fuiſſe deciſum [de Franch. deciſ. 370. vide nouiſsimè Capobl. de auctor. Baron. pragm. it. 6. num. 34. & 35.] & ſic conſului, & practicaui in quibuſdam cauſis Sereniſſimi Ducis Parmæ, & Illuſt. Principis Ottaiani. [Catalan. de indultu. q. 4. num. 15. & cap. 9. num. 63. & ſeq. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolitis. §. 4. num. 34. Muſcatell. prax. Sac. Conſ. lib. 7. par. 1. gloſ. poterit, num. 17. & Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. par. 7. cap. 16. nu. 100. & 223.]

Eſt tamen verum, quòd Baro non poteſt facere gratiam relegato, vel condemnato in exilium temporale, vt ad patriam ſuam poſſit redire, præcedente prius partis remiſsione, quia ſoli Principi, ſiue Regi, ex cauſa competit [l. relegati, in fine. ff. de pœnis per quē; ita tenet Niger Camp. in cap. Regni 221. num. 43. & in cap. 252. num. 52. Gomez. de

deli-

Digitized by Google

delictis tom.3.cap.8.num.4.fol. 392.à ter.Farinac. de inquiſitione q.6.num.10.Iacob. Sbroz. in tract.de officio Vicarij lib. 2. q. 156.& idem Farinac. quæſt. 29. num.80.]

2 Quæſtio tractata per Auctorē deſeruit, an feudum iudicetur nouum, vel antiquum propter ſeruitia; & concludit eſſe iudicandum antiquum.

B

Sed iuxta prædicta quæro, quando pater vendidit feudum cum Regio aſſenſu, cum pacto de retrouendendo, ſi filius hæres poſt eius mortem vigore pacti reemit feudum, an eo caſu iudicetur feudum nouum, vel antiquum,& debeat ſeruire tanquam de feudo nouo, vel antiquo? Et Marinus Freccia concludit,prout de antiquo, in ſtrac. de ſubfeud. in 5. auctor. Baro.n. 5.latè Franch.deciſ.64.]

3 Et an iſte hæres, qui ex pecunia ſua reemit feudum vigore pacti, poſſit petere ſubuentionē à vaſſallis, iuxtà terminos conſtitutionis quamplurimū; quòd non; vide eundem Frecc. loco citato, & an propterea debeat ſoluere releuium;quòd non, idē Freccia,& Auctor hic.

4 Item quæro quid ſi pater in capitulis matrimonialibus donat filio feudum, contemplatione matrimonij,ex nunc pro tūc, ſequuta eius morte: quo caſu intelligitur translatum dominiū à die initi contractus,vt per Frāch. deciſ.213. An penes filium erit feudum antiquum paternum, vel nouum?dic,quòd antiquum, vt per eundem d.deciſ.8.& quęſtio iſta hodie eſt determinata per Regiam pragmaticam 14. de feudis, quòd iſta feuda donata,contemplatione matrimonij;iudicentur antiqua.

5 Adde Franch.deciſ.213.à nu. 39. cum ſeq. qui facit ſimilem diſtinctionem Auctoris; ſed latiſſimè in hac materia vide [Sfort.Odd.in trac.de reſt.in integr.quæſt.95. art.1.per totum, & quæſt.96.art.3.& quæſt.97. & nouiſſimè Farinac. de inquiſit. quæſt.6.à num.28.vſque ad 40.]

FINIS ADDITIONIS.

PRAE-

PRAELVDIA

Habita in prima lectione repetitionis §. huius autem generis in quibus cauſis feudum amittatur.

ANtequam eſſent rerum dominia, inter gentes diſtincta, communis erat omnium gentium totius orbis poſſeſſio, & terra omnis, quam pedibus calcamus, in nullius hominis bonis erat, [Soccin. in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.] Dei Omnipotentis erat Terra, & plenitudo eius, & cuilibet ex gentibus ſecundùm legem naturalem licebat terram occupare [Innocen. in cap. quod ſuper, extra de voto.] Inde facta occupatione; cęperũt rerum dominia inter gentes diſtingui, & ſucceſſiuis temporibus, ita dominijs diſtinctis, propter cõmunem vſum ſic exigẽtem, ac propter humanas neceſſitates, humanæ gentes, iura quædam ſibi conſtituerunt, & inde contractus omnes introduxerunt [§. ius autem gentium, Inſtit. de iur. natur. gent. & ciu.] ex quibus dominia rerum per licitam occupationem ab initio acquiſita, de vno in alium transferrentur. Et introducto etiam, ex hoc iure gentium Bello. [l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.] gentes quærebant, vel fines rerum ſuarũ tueri, vel res ablatas recuperare, aut aliter ab iniurijs aliarum gentiũ ſe defendere: & cum hoc fieri nequaquam poſſet ſine multorũ auxilio, paulatim cõſuetudo feudi contractum introduxit, per quem ſimul Principes liberalitatem exercebant, & alios homines ad fidem, & ſeruitia ſibi exhibenda, ſtrictiori vinculo conſtringebant.

Iſtius contractus tanta vis eſt, vt res ipſa, quæ in contractũ deducitur, in aliud nomen tranſeat; & relicto proprio, ac naturali nomine, nomen ex ipſo contractu accipiat. Item, quòd res ipſa, ſua primitiua natura relicta, aliã, & prorſus extraneam, ac contrariã aſſumat. Item & tertio, quod plus eſt, vt etiam ille, cui res ipſa conceditur: alterius conditionis euadat. Tranſit res ipſa in aliud nomen, dum in hunc contractũ deducitur: quoniam, facta inueſtitura rei allodialis in feudum, & trãſlato dominio per traditionem

nem poſſeſſionis, dimittit res illa propriũ,& antiquum nomen, & nomen ex ipſo contractu accipit,& feudum vocatur propter fidem, ſeu fidelitatem,ad quam recipiens tenetur [cap. 1. §. fin. per quos fiat inueſtitura.] Dimittit res,quæ datur in feudum, ſuam propriam, & primæuam naturam,quando, dum res allodialis infeudatur,de libera, efficitur ſerua: quoniam feudum eſt ſeruitus quædam, ſecundum [Bald.in l.ſi vxorem,in fin.C.de condit. incert.cum alijs à me congeſtis in cap.1.quibus modis feudum conſtitui poteſt] Fit alterius conditionis ille, qui rem accipit in feudum;quoniam non eſt inter perſonas omnino liberas;ſit namque vaſſallus infeudãtis; & vaſſalli, licèt propriè ſerui non ſint;tñ ſeruos imitãtur,quia ſeruiunt,& ſeruitia debent. Inde in hoc libro feudorum ſæpè vaſſallos,homines noſtros dicimus, & Eſchilus Poeta Tragicus, vaſſallos,Græca lingua hoc explicãs, Proſeruos nominat, vt refert Iacobus Cuiacius in princ.ſui operis. Sunt quodammodo priuati libertate, quia, velint,nolint, tenentur perſonaliter ſeruire,ſecũdùm [Iſern.in §.firmiter,de prohib.feud.alien.per Feder.] Vnde ferè ordine retrogrado illud emergit,quòd homo, cuius cauſa ſunt omnia [l.in pecudum. ff.de vſur.] & à quo debet res conditionem accipere, & non è conuerſo [l.1.C.de imponen.lucrat. diſcretio.lib.10.] ipſe homo, licet digniſſima creaturarũ; ſecũdùm gloſ.in l.iuſtiſſimè. ff. de ædilit.ædict.mutet conditionem propter rem,& de libero Proſeruus efficiatur.

Hinc oritur,quòd feudatarius quandoque æquiparatur homini libero redempto ab hoſtibus, in quo redimens habet vinculum pignoris,& quaſi ſeruus cenſetur [l.fin.C.de captiu.& poſtlim.reuerſ.Hanc æquiparationem facit Martin.Laudenſis in cap.1.num. 25.de his,qui feud.dar. poſſunt.] Quandoque ęquiparatur liberto, ſecundùm[Bal.in l.liberti,libertæque,num.34.C.de oper.liber. & propterea dicit,quòd ſicut libertas libertorũ non poteſt pœna adſtringi.l.1.§.quæ oneranda, ff.quorum rerum actio non datur. l. ſi ita ſtipulatio. ff. de oper. libert.] ita non poteſt pœna cõſtringi libertas vaſſallorum; & propterea etiam, ſicut libertas reuocatur in ſeruitutem propter ingratitudinem [l.2.C.de libert. & eorum liber.ita Vaſſallus c. 1. §.fin.quæ ſit prima cauſa benef. amittendi.]

Iſte contractus conſtat partim ex ſuis proprijs ſingularibus, & ſpecialibus, quæ nullam communitatem, aut participationem habent cum cæteris contractibus, & alijs rebus; partim

tim verò cōſtat ex pluribus, quæ communia ſunt inter iſtum, & alios contractus, & alias diſpoſitiones, aut res.

Singularitates feudorum ſunt multæ, veluti inueſtitura, fidelitas, ſeruitium, felonia, & ſimilia, de quibus ſparſim in hoc libro. Et ſi vultis omnes ſingularitates feudorū ſub vnico verbo comprehendere, dicatis, quod omnia illa, in quibus per conſuetudinē differt hic contractus, & feudum ipſum ab alijs contractibus, & rebus vel in modo acceptionis, vel in modo conſeruationis, vel in modo amiſſionis, vel in modo tranſmiſſionis, dicuntur ſingularitates feudorum.

Ea, quæ non ſunt ſingularia iſtius contractus feudi, ſed habēt communionem cum alijs contractibus, rebus, aut diſpoſitionibus, ſunt multa; quia feudum cū multis participat. Et Primò participat feudum quodāmodo de beneficio eccleſiaſtico: quia ſicut conferens beneficium Eccleſiaſticum, tenetur præcisè ad tradendum, ſecundùm [Ioannē Monac. in cap. deteſtanda, de conceſſ. præbend.] ita concedens rem in feudum, facta ſibi fidelitate, tenetur præcisè tradere [c. facta, ſi de feud. defunct. milit. vbi hoc Bal. notat.] Secūdo participat de militia, quia feuda ſunt de publico, ſicut militia, ſecundùm [Andr. in cap. 1. §. præterea Ducatus, num. 53. de prohib. feu. alie. per Feder.] & propterea dicebat Napodan. in conſuetud. in bonis quondam mariti, ſub rubr. in quibus rebus habeat locum quart. quod feuda ſunt in vſu publico, propter ſeruitia, quæ præſtantur pro Republica. Tertiò, participat de matrimonio: nā ſicut ſūt cauſæ diſſoluentes matrimoniū non conſummatū, de quibus habetur in iure canonico, ſic ſunt etiā cauſæ, ex quibus reſoluitur feudum, [d. cap. 1. §. fin. quæ ſit prima cauſa benef. amittend.] Quartò participat de natura vltimarum voluntatum: quia ſicut mulier nō poteſt eſſe teſtis in teſtamento ſolemni [l. qui teſtamēta. §. mulier. ff. de teſta. ita in feudo c. 1. qui teſtes ſint neceſſarij ad probandam nouam inueſtituram, vbi Bal. hoc notat.] Quintò participat generaliter de contractibus: quia ſicut ius conditionale ex contractu tranſmittitur ad hæredes; ita etiam ius conditionale ex contractu feudi, ſecundùm [Bald. in cap. 1. qui ſucceſſores teneātur, lo ſecōdo, nu. 5.] Sexto participat in ſpecie de cōtractu donationis: quia ſicut donatio eſt contractus ſtricti iuris; ita feudum, regulariter probat [Bald. in cap. 1. in fin. verſ. illud non omitto, de feud. cogn. Socc. in conſ. 165. incipiente vis inueſtituræ, 3. colum 2. volum. Caccialup.

cialup.in repet.d.cap.1. de feud. cognit.artic.5.4.regula. Curt.in tract. feud. quæſt.9. in fin. in 1. part.Zaſius in tract.feud.1.parte, num. 6.] in feudis priuatorum, licet aliud teneat in feudis à Principe conceſſis; de quo alibi tractabimus: Et ſicut in donatione agitur ad reuocãdam rem donatam,ſi non fit,quod conuenit [l.1. C. de donatio. quæ ſub modo] ita in feudo: & ſicut donatio reuocatur per ingratitudinem, ita feudum; immò ex eiſdem cauſis ingratitudinis, ex quibus donatarius priuatur re donata [d. §. fin. quæ ſit prima cauſ.benef.amitten.]& ſicut donatio non reuocatur per hæredẽ: ſi tamen donans ſciuerit ingratitudinem, & habuerit ſpatium reuocandi; Ita etiam in feudo, vtrumque probat [Tiraquel.in l. ſi vnquam,C.de reuocan. donat. in verbo ſuſceperit liberos, nu. 215.fol.206.]Participat de contractu venditionis; quia ſicut vẽditor tenetur præciſè rem tradere;ſi habet facultatem rei tradendæ,ſecũdùm veram opinionem; quidquid dicat [gloſ.in l.1. ff.de actio.empt.] ita etiam in feudo, d. cap. ſi facta, & ſicut in contractu venditionis vẽditor tenetur de euictione, quando vendit rem alienam, vel alteri obligatam,niſi emptori ſcienti vendiderit [l.ſi fundum ſciens.C. de euiction.Ita in feudo cap. 1. de inueſtitura de re alien.facta.]

Participat de contractu locationis: quia ſicut repetuntur meliorationes in illo contractu [l. ſed ædes.§.ſi inquilinus.ff.locati. Ita etiam in feudo, cap.1. §. his conſequenter hic finitur lex.cap. 1.§.è contrario, de inueſt.de re alien. facta.]

Participat de depoſito: quia ſicut depoſitum, quod non habet propriam naturam depoſiti, depoſitum dicitur [l.Lucius,& l. dies ſponſaliorum.] Ità dicitur feudum, licèt non habeat propriam feudi naturam [cap.1. de feudo non habente propriam feudi naturam.]

Poſſem hic multa congerere circa communitatem,quam habet contractus iſte feudalis cum alijs contractibus, alijsq; diſpoſitionibus, & alijs rebus: & ſic etiam multa, & copioſa, in quibus iſte contractus diſcrepat ab alijs diſpoſitionibus, contractibus,& rebus:ſed tempus non ſupereſt.

Hæc volui dixiſſe, vt cognoſcatis, quantum difficilis ſit hæc feudalis materia, poſtquam noua res eſt, & non habemus nec contractum,nec diſpoſitionem, nec rem omnino ſimilem, & nunc concordat,& nunc diſcordat cum vno, vel alio contractu, cum vna, vel alia diſpoſitione, & cum vna uel alia re: Propterea dicebat Baldus, quod ſcientia

tia feudorum eſt ſcientia de per ſe, & ſic habet Magiſtros de per ſe.

Vnum tamen nolo omittere, quod eſt principaliter in hac materia aduertendum, quòd ſicut cæteri contractus habent ſua ſubſtantialia: Item ſua naturalia: Item Accidentalia; & proinde pacta, quæ apponuntur in contractibus, aut reſpiciunt ſubſtantialia contractus, aut reſpiciunt Naturalia, aut Accidentalia, vt notatur per [Glo.& Alber. inter alios, in l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt.] ita etiam in hoc contractu feudi habemus Subſtantialia, Naturalia, & Accidentalia, ita dicit [Claud. Seyſel. in ſpec. feudor. ſub rub. de diffinit. & inuēt. feud. col. 5. Præpoſ. in Prælud. feud. nu. 37. Aluar. in c. 1. §. eſt & alia, in fi. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. vbi etiam Præpoſ. 2. col. Capyc. in ſua inueſtit. feudali, in verſ. feudalis contractus.]

Circa Naturalia contractus, generaliter dicit [Bald. in l. 1. C. commodati. nu. 1.] quòd Natura eſt ipſius contractus, virtus producta à propria eius ſpecie, & in [l. etiam, C. de execut. rei iudic. nu. 3.] dicit, quòd Natura dicitur, qua primùm res talis eſt [Alber. in l. pacta conuenta, nu. 5. ff. de contrah. emp.] dicit, quòd naturalia ſunt, quæ fieri debent de natura contractus [Dec. in l. contractus, nu. 41. ff. de reg. iur.] ſentit idem, quòd ea ſint de natura contractus, quæ de iure veniunt [Io. Coraſ. in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 3 cap. 10.] dicit, quòd natura contractus eſt vis ipſa, ſeu qualitas, ſecundùm proprios fines contractus inducta, ab his, quæ accidere poſſunt, ſeparata: & conſiderat Naturalia duplici modo: Quædam, quæ, pacto contrahentium, ſaluo contractu, tolli nō poſſunt. Quædam verò, quæ per pactum, ſaluo contractu, tolli poſſunt. Prima naturalia pertinent ad ſubſtantiā contractus: Secunda naturalia non pertinent ad ſubſtātiam, ſed ſimpliciter naturalia dicūtur ſecundùm eum; & mihi placet.

Hæc omnia bene poſſunt in feudis applicari, ſed magis particulariter in feudum [Bal. in prælud. feud. 4. diuiſ.] dicit, quod natura proprij feudi eſt qualitas innata à principio generationis feudi, ex qua virtus contractus perficitur, ſequitur [Præpoſ. ſimiliter in prælud. 4. diuiſ. idem Bal. in c. cæterum, col. penult. verſus fin. de iudic.] dicit, quòd Natura in feudis eſt naturalis ratio formæ, & origini ſuæ cohærens, & natura eſt vniformis, idem [Bal. in c. inter dilectos, num. 8. de fid. inſtrum.] dicit, quòd natura feudi eſt id, quod per ſe ineſt; vel idē eſt, quod obſeruantia eiuſdem regulæ: & ſubdit, quòd Conra-

dus naturā feudi dedit, & quod natura eſt perfectio originis, ꝓprietatis attributa rei, vita, ac permanentia, proprium priuilegium actus finalis, & vtilitas.

Idem [Bald. in conſ. 352. vol. 1. incipiente, Materia feudorum, dicit, quòd ſingularitates feudorum vocantur naturæ [Angel. in conſ. 110. col. 3.] loquens in feudo, dicit, quòd in re conſtituta, eſt natura rei, ſicut Sol in ſeipſo; & in Pomo Pomum; ſic & homo tranſit in hominis naturam, & poſtea ſubdit: Quòd quale vnumquodque eſt generatione perfecta, hanc dicimus eſſe naturam, & conſiderat triplicem naturam in feudo, ſcilicet Rei, Conſuetudinis, & Conuentionis: & poſtea dicit. eſt ergo natura rei conſtitutę pro prius, ſtatus attributus, ſpecie, ipſius actus, ſub mentione conſtituentis.

Afflict. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneantur, il primo, dicit, quòd illud, quod pro regula traditur in feudis, vocatur natura feudi.

Io. de Neuizano in conſ. 9. nu. 3. dicit, quòd natura feudi eſt genus [Marin. Frecc. lib. 2. in 1. q. aſſenſus, nu. 10. dicit, quòd natura feudi eſt idem, quod lex feudi. In §. præterea, quid ſit inueſtitura. Probatur, quod Natura, Cōſuetudo, & communis ratio feudi, idem ſignificat, & ſic probat Afflictus, & Equinarius Baro ibidem.

Vos autem dicatis, quòd naturalia feudi tripliciter conſiderantur: Primò ſecundùm legem communem feudorum. Secundò, ſecūdùm legem, aut conſuetudinem Regni, vel Prouinciæ, vbi ſitum eſt feudum. Tertiò, ſecundùm legem, & conuentionē attributam in feudis particularibus tempore inueſtituræ. Hæc diſtinctio non obſcurè colligitur ex dictis per [Angel. in d. cōſ. & ego plenius probaui in c. 1. de ſucceſſ. feud. auctoritate Hoſtiēſ. in tit. de feud.]

Hoc præmiſſo, ex mente omnium, dicatis, quòd naturalia cōtractus feudi, ſecundùm ius commune feudorum, dicuntur omnia illa, quæ veniunt in conceſſione feudi, ſecundùm diſpoſita in hoc libro feudorum, licèt aliquid in ſpecie non dicatur; ſed ſimpliciter fiat feudi inueſtitura.

Naturalia autem feudi, ſecūdùm legem Regni, ſunt omnia illa, quæ, conceſſo feudo, ſimpliciter, veniunt ex lege, aut conſuetudine Regni, quæ pro lege ſeruatur, licèt aliud in ſpecie nō dicatur.

Naturalia verò ſecundum cōuentionē in feudis ſingularibus, ſunt illa, quæ sūt conuenta tempore inueſtituræ, in quibus derogatum eſt lege, aut conſuetudine Regni. Et notate, quòd ſicut in Regno, in multis receſſum eſt à iure communi feudorū: vnde

oritur,

oritur, quòd in feudis multa ſunt de natura feudi in Regno, quæ ſunt contra naturam feudi, ſecũdùm ius commune feudorum; ita etiam habemus plura feuda ſingularia, in quibus receſſum eſt à generali natura feudorum Regni, & propria natura eſt conſtituta.

Circa Accidentalia contractus, generaliter [gloſ. in d. l. pacta conuenta] dicit, quòd ſunt illa, quæ non attingunt contractum, & vocat illa pacta extranea. Alber. dicit, quòd ſunt illa, quæ fiũt iuxta contractum, prorſus extranea. Ioan. Coraſius, vbi ſupra, dicit, quòd Accidens eſt, ſecundùm Dialecticos, Quod poteſt eſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionẽm: & Accidentalia contractus ſunt ea, quæ præter contractum ipſum inducuntur.

In feudis autem [Bald. in d. cap. cæterum] Poſtquam dixit, Quid eſt Natura in feudis, dicit: Quod amplius eſt, non eſt Naturale, ſed Accidentale, & quod Accidentalia non ſunt vniformia, ſicut Naturalia; ſed poſſunt eſſe, & abeſſe, abſque ſubiecti corruptione.

Circa ſubſtantialia cõtractus, generaliter [Bald. in l. ad exactionem. C. de dotis promiſſ.] dicit, quòd ſubſtantialia contractus à ſubſtantialibus dignoſcũtur, hoc modo: Quia quandocumque requiritur alia ſolemnitas, qua non adhibita, nõ oritur obligatio naturalis; illa ſolemnitas dicitur eſſe de ſubſtantia. Idem [Bald. in d. l. etiam, de exequut. rei iudic. num. 3.] dicit, quòd ſubſtantia eſt id, quo primum res aliquid eſt, & quòd ſubſtantia ponit rem in quidditate. Idem [Bald. in l. 1. num. 4. C. de ſacroſan. eccleſ.] dicit, quòd ſubſtantialitas eſt intrinſeca ſubſiſtentia: Nam rei ſubſtantia res eſt, ideſt rei eſſentia eſt [l. obligationum ſubſtantia. ff. de action. & obligat. Ioan. Coraſ. vbi ſupra] dicit, quòd ſubſtantia, ideſt, quo res ſuam capit eſſentiã, qua ſublata, actus quoq; deficit [l. 2. ff. de vſufr. earum rer. quæ vſu conſumuntur.]

Vnde ſubſtantialia cõtractus ea dicuntur, ſecundum eum, quę dant eſſe contractui, & ſunt velut forma eſſentialis, qua ſublata, contractum ipſum extingui neceſſe eſt [l. Iulianus. §. ſi quis rem ff. ad exhibend.]

Hæc omnia benè conueniũt feudo.

Exempla circa Naturalia contractus, generaliter ſunt multa, vt puta euictio in contractu venditionis: quod res tradatur in contractu commodati: quod nõ teneatur de caſu fortuito, & ſimilia: In contractu feudi, quod non poſſit alienari ſine aſſenſu, [Bald. in cap. 1. de feudo nõ habente propr. feud. natur. in verb. vbi ergo, quòd fœminæ non ſuc-

cedant, cap. 1. §. præterea, quid ſit inueſtitura] Item ſeruitium, vt plenè probat [Loffred. in conſ. 11. num. 30.] quod frater non ſuccedat fratri in feudo nouo, quod aſcendentes non ſuccedāt in feudo, & ſimilia.

Circa Accidentalia cōtractus in feudo, exemplum eſt in [cap. 1. §. præterea, quid ſit inueſtitura.]

Vis omnis conſiſtit in exemplis circa ſubſtantialia feudi: Nā in diffinitione feudi, quæ ponitur in [cap. 1. §. huius autem generis] ponuntur quamplura, quæ videntur denotare veram quidditatem rei [l. 1. §. dolum. ff. de dolo] & in illis, & circa illa, maximè inter Doctores dubitatur, an ſint de ſubſtantia contractus feudi, vel de natura; & inter alia, de quibus dubitatur, eſt de fidelitate, an ſit de ſubſtantia, vel de natura contractus feudi: circa hoc verſabimur in noſtro §. huius autem generis, quem explicabimus.

IN REPETITIONE

§. huius autem generis in quibus cauſis feudum amittatur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an poſſit emi à domino, vel ab alio, & ſic acquiri, mediante pecunia.*
2 *Feuda æquiparantur militijs.*
3 *Lex Iulia de ambitu, quæ cadit in officijs, non cadit in feudis.*
4 *Feudum non poteſt acquiri, mediante pecunia, quando oritur ex facto legis cõmiſſoriæ, & quando.*
5 *Pactum leg. commiſſoriæ quando valeat in pignoribus, remiſſiuè.*
6 *Subfeudum an poſſit acquiri, mediante pecunia.*
7 *Dominium directum, an poſſit ex pacto transferri in feudatarium, ita quòd remaneat feudum.*
8 *Emphyteuſis an tranſeat in contractũ cenſualem, ſi transfertur directum dominium, & num. 1.*
9 *Feudi natura an ſit, vel ſubſtantia, vt directum dominium retineatur.*
10 *Pactum cõtra diffinitionem, ſeu deſcriptionem contractus, an valeat.*
11 *Feudum, in quo eſt translatum directum dominium, eſt feudum impropriè.*
12 *Contractus quid ſit, iudicatur ex qualitate pactorum, non ex verbis.*
13 *Feudum conſiſtit in pedagijs, gabellis, reddittibus dohanarum, & annuis reddittibus.*
14 *Feudum, an, & quando conſiſtat in nominibus debitorum.*
15 *Feudum an conſiſtat in pecunia, & quando, & ſi an proſit remedium ſatiſdationis.*
16 *Iuramentum fidelitatis, an obliget, quando pecunia eſt data in feudum.*
17 *Pecunia, ſi datur in feudum, an poſſit condici, nolente eo, qui accepit.*
18 *Feudatarius habet vtile dominium, niſi ſit actum, vt minus habeat.*
19 *Dominium vtile duplex.*
10 *Inueſtitura verbalis, vel abuſiua per anulum, non transfert dominium vtile; etiam ſi fiat à Rege, niſi conſtet de voluntate Regis.*
21 *Clauſula, Quam inueſtituram, vim, & robur veræ, & realis traditionis habere volumus, in priuilegio Regis trãſfert dominium.*
22 *Inueſtitura abuſiua trãſfert dominium, ſtante conſuetudine.*
23 *Feudatarius ſubinfeudando transfert vtile dominium, quod habet, nec datur vtile dominium vtilis dominij.*
24 *Baro, dans feudum planum, & de tabula, non retinet aliquod dominium.*
25 *Feudum ſimpliciter conceſſum, an ſit hæreditarium.*
26 *Inueſtitura ſimpliciter facta, intelligitur ex parte dantis, & recipientis pro hæredibus.*
27 *Feuda, de ſui natura non ſunt hæreditaria.*
28 *Feuda deferuntur iure ſanguinis iuſti deſcendentis.*
29 *Feuda deferuntur ex prouidentia legis.*
30 *Hæres in feudo, quando ſubintelligitur, venit ab intellectu iuris, & intelligitur filius, vel deſcendens maſculus.*

31 Succedat verbum importat titulo hæreditario.
32 Feudum non hæreditarium eſt ſubiacēs, ſeu quaſi reſtitutioni.
33 Regnum Neapolis eſt hæreditarium.
34 Feuda Regni, an debeant à capite, ideſt à Regno regulari.
35 Inueſtituræ communis forma in Regno eſt pro hæredibus.
36 Feuda omnia in Regno an ſint hæreditaria.
37 Inueſtitura pro eo, & cui dederit, operatur in Regno, vt poſſit infeudare tantum.
38 Succedat verbum in feudum, in feudis non capitur ſecundum propriam ſignificationem, & ideo etiam comprehendit non hæredes.
39 Succedens in feudo venit iure ſucceſſorio feudorum.
40 Statutum ſi vocat per verbum, ſuccedat, an & quando, vt hæredes.
41 Succeditur primo ex pacto, & prouidentia, ſed capitur gradus ab vltimo.
42 Feuda Regni an regulentur à capite, ideſt à Regno.
43 Inueſtitura communis forma non præſumitur.
44 Intellectus cap. conſiderantes.
45 Felonia in Regno an præiudicet agnatis.
46 Feudum emptum an ſit hæreditarium, vel non.
47 Feudum emptum, abuſiuè, & impropriè feudum,
48 Fœmina an ſuccedat in feudo empto.
49 Natura feudi dupliciter conſideratur.
50 Natura feudi ſi alteratur in vno, an remaneat in alijs.
51 Feudum emptum an remaneat in ſua natura.
52 Præſcriptio contra patrem in feudo, an noceat filijs.
53 Feudum nouum ex pacto, & prouidentia habet vim hæreditarij.
54 Intellectus Iſer. in c. 1. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder.
55 Fœmina ex quibus rationibus non ſuccedat in feudo.
56 Succeſſio feudi nec maſculis ex fœmina deſcendentibus defertur.
57 Fœmina in quibus caſibus ſuccedat in feudo, remiſſiuè.
58 Fœmina ex filio maſculo primogenito excludit ſecundogenitum in Regno.
59 Seruitium an veniat conceſſo feudo ſimpliciter.
60 Conſueta exprimi intelliguntur.
61 Locatio intelligitur ſub mercede cōſueta.
62 Seruitium non eſt de ſubſtantia feudi, ſed fidelitas.
63 Contractus, quæ tacitè comprehendat ab intellectu iuris.
64 Conſuetudo contrahentis in expreſſis attenditur.
65 Solemnitas intrinſeca præſumitur non extrinſeca.
66 Seruitium eſt ex lege feudi.
67 Feudum præſumitur conceſſum ſecundū legem feudi.
68 Feudum eſt inductum propter ſeruitiū.
69 Seruitium ineſt in iuramento fidelitatis.
70 Inueſtitura feudi, an ſit interpretanda ſecundum legem Regni,
71 Fidelitas, an ſit præſtanda ſecundum ius commune feudorum.
72 Frater ſuccedit fratri in feudo in Regno.
73 Aſſenſus habet vim nouæ inueſtituræ.
74 Seruitium intelligitur reſeruatum in aſſenſu.
75 Inueſtitura an præſumatur ſecundum communem formam.
76 Emphyteuſis pro maſculis, & fœminis, an recipiat interpretationem à conſuetudine, vel ſtatuto.
77 Emphyteuſis conceſſio, an recipiat interpretationem à conſuetudine Eccleſiæ concedentis.
78 Iſern. declaratur in §. huius autem generis, in quibus cauſ. feud. amittat. vt quærat, an conceſſo feudo, veniat ſeruitium conſuetum in Regno.
79 Fidelitas includit ſeruitia ſecundum ius commune feudorum.

80 Feu-

80 *Feudum non præſumitur conceſſum ſecundum communem formam.*

81 *Seruitium indeterminatum, quod intelligitur.*

82 *Conſuetum de iure, venit in contractibus.*

83 *Camerarius reprehenditur, dum refert Iſer. dicentem, ſeruitium non eſſe de ſubſtantia feudi.*

84 *Seruitium conſuetum in Regno, non eſt de ſubſtantia feudi.*

85 *Præpoſitus reprehenditur circa intelligẽtiam Iſer. in § huius autem generis.*

86 *Locatio circa pacta particularia non ſuppletur à conſuetudine.*

87 *Inueſtitura feudi non præſumitur facta ſecundum conſuetudinem infeudantis.*

88 *Inueſtitura non recipit interpretationem à conſuetudine hominis, ſed à conſuetudine iuris.*

89 *Feudum præſcriptum regulatur ſecundum naturam feudi, & quomodo intelligatur.*

90 *Aſſenſus in alienatione feudi quid operetur.*

91 *Aſſenſus tollit impedimentum.*

92 *Seruitium debet vaſſallus de iure communi feudorum, quando bellum eſt iuſtum, vel ſaltem dubium, & quomodo procedat in Regno.*

93 *Seruitium, in quo loco feudatarius exhibere debet de iure communi feudorum, & quomodo circa hoc in Regno.*

94 *Imperator Federicus fuit depoſitus, quia homines Regni ſeruiliter tractabat.*

95 *Seruitium debet præſtare vaſſallus, ſuis expenſis vſque ad fructus feudi, ſecus in Regno.*

96 *Tempus trium menſium, quibus tenetur feudatarius ſeruire, quando incipiet currere.*

97 *Seruire quomodo tenetur vaſſallus in feudo plano, & de tabula.*

98 *Seruitium quomodo debeat exhiberi extra feudum, & Regnum, vbi ſitum eſt feudum, tàm de iure communi feudorum, quàm de iure Regni.*

99 *Seruitij quantitas, quando exigitur in pecunia tàm extra Regnum, quàm in Regno, & tam in feudo cum vaſſallis, quàm ſine, & quomodo contribuant vaſſalli burgenſes.*

100 *Seruitia, quæ præſtantur in pecunia, quomodo vocantur, tàm de iure communi feudorum, quàm in Regno.*

101 *Seruitium augetur auctis fructibus feudi, de iure communi feudorum, ſecus in Regno.*

102 *Seruitium non alteratur, quando feudum alienatur.*

103 *Seruitium perſonale an poſſit vaſſallus recuſare, & eligere ſeruitium in pecunia, tàm in Regno, quàm extra Regnum.*

104 *Seruitium in pecunia, an poſſit Rex exigere, quando vaſſallus est paratus perſonaliter ſeruire, tàm de iure communi feudorum, quàm in Regno.*

105 *Seruitium quando est præstandum, quomodo debent vaſſalli ſubmoneri.*

106 *Seruitium ſi non facit feudatarius, quomodo punitur, tàm in Regno, quàm de iure communi feudorum.*

107 *Fidelitas, an ſit de ſubstantia feudi.*

108 *Fidelitas, & iuramentum fidelitatis differunt, & quando ponitur fidelitas pro iuramento fidelitatis.*

109 *Iuramentum fidelitatis potest, pacto, remitti.*

110 *Felonia in omittendo potest pacto remitti, ſecus in committendo.*

111 *Felonia contractus, & felonia delicti, vel in omittendo, & committendo.*

112 *Fidelitas quomodo habet duas habenas.*

113 *Fidelitas alia in committendo, alia in omittendo.*

114 *Fidelitas continet præcepta affirmatiua, & negatiua.*

115 *Inueſtitura communis forma est pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus.*

116 *Iſer.*

116 *Iſer. declaratur in* §. *huius autem generis, ex quib. cauſ. feud. amitt. & eſt noua declaratio Auctoris.*

117 *Afflict. reprehenditur circa intelligentiam Iſer. & in articulo ſi feudum cõceſſum pro liberis, vel hæredibus ſit hæreditarium.*

118 *Loffred. reprehenditur circa intelligentiam Iſer.*

119 *Capyc. reprehenditur circa intelligentiam Iſer.*

120 *Feudo obligato cum aſſenſu, in beneficium alicuius creditoris, cum ſolita clauſula, quòd ſit profiguus creditori, & eius hæredibus ex corpore, ſecundũ naturam feudi, penes feudatarium debitorem, & eo deuoluto ad Regem, ob lineam finitam, vel per crimen læſæ maieſtatis, an hæredes creditoris poſſint agere ſuper feudo, actione hypothecaria pro portionibus hæreditarijs, vel primogenitus tantum.*

121 *Feudum, an, & quando detur gratia vtriuſque, ſcilicet vaſſalli, & domini, vel vnius tantum.*

122 *Refutari, an poſſit feudum domino, eo inuito.*

123 *Natura feudi ſi mutatur in vno, in alijs remanet in ſua natura, probatur multis exemplis, & limitatur in his, quæ veniunt in conſequentiam pacti alteratiui.*

124 *Feudatarius habet naturalem, & ciuilem poſſeſſionem, quando eſt infeudata proprietas.*

125 *Vtile dominium conſolidatur cum directo feudo finito.*

126 *Poſſeſſio ciuilis domini, an trahat ad ſe naturalem, quando feudum finitur.*

127 *Clauſula, ſaluis iuribus, in aſſenſu non intelligitur quoad expreſſa, & ea quæ inſunt expreſſis.*

128 *Regnum Neapolis eſt feudum, quod recognoſcitur ab Eccleſia.*

129 *Rex Regni Neapolis recognoſcit Vniuerſitatem Regni ab Eccleſia, ſed in ſingularibus rebus habet directum dominium.*

130 *Rex Regni Neapolis eſt monarca, & plus iuris habet in Regno, quàm Imperator in Imperio.*

131 *Intellectus conſtit. Regni ſi quando, fortè contingerit, dum loquitur de feudis militaribus.*

132 *Conceſſio an intelligatur facta in feudum, vel in allodium, & quid in Eccleſia.*

133 *Conceſſio ſi non apparet, & ſoluitur cenſus, an præſumatur facta per Eccleſiam conceſſio in feudum.*

134 *Conceſſio caſtri, an præſumatur in feudum.*

135 *Caſtrum in dubio præſumitur feudum quaternatum, & etiam extra Regnũ.*

136 *Capyc. impugnatur in c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder.*

137 *Caſtrum ſi concedatur Eccleſiæ, præſumitur in allodium.*

138 *Iuriſdictio præſumitur conceſſa in feudũ, & quid ſi concedatur Eccleſiæ.*

139 *Conceſſio ex quibus ſignis præſumatur facta in feudum.*

140 *Clauſula, ſalua fidelitate, ſaluo homagio, & ſalua ſuperioritate, an arguãt conceſſionem in feudum.*

141 *Conceſſio, an præſumatur facta in allodium, quando concurrunt ſigna feudi, & allodij.*

142 *Verba contrahentium debent ſaluari, ne inducant contrarietatem.*

143 *Curtius reprehenditur.*

144 *Oldradus reprehenditur in conſ.* 159. *in articulo quando præſumatur conceſſio in feudum, vel in allodium.*

145 *Contractus quid ſit, non iudicatur ex verbis, ſed ex effectu, quod pluribus exemplis probatur.*

146 *Relatum ineſt in referente, cum omnibus qualitatibus ſuis,*

147 *Relatum attenditur, & non referens, licet referens aliter diſponat.*

REPE-

REPETITIO

§. huius autem generis in quibus cauſis feudum amittatur.

IN hoc textu, in quo continetur deſcriptio feudi, diſcurrendo per verba ipſius, plures vtiles quęſtiones tractabimus, poſt, circa dicta Iſerniæ, vltra verba textus verſabimur. Ibi, quod ex
1 beneuolentia, Quæro, an feudũ poſſit emi à domino, vel ab alio, & ſic acquiri, mediante pecunia: videtur, quòd non, per hũc [textum, & per cap. 1. de feud. dat. in uic. leg. commiſſ.] ibi, quia feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini acquirendũ eſt. Ideo [Innocentius in cap. 1. extra de feud.] dicit, quod feuda ex gratia conceduntur, & [Bald. idem in marga. in verbo feudum. In contrarium eſt tex. in cap. 1. de benef. fratr.] ibi, niſi fuerit emptum de communibus bonis, cap. 1. vbi videtur caſus, quemadmodum feud. ad filiam pertin. ibi, niſi feudum à domino redemerit [cap. 1. de natur. feud. cap. 1. de feud. dat. minim. valuaſ. cap. 1. §. fin. de his, qui feud. dar. poſſ. cap. ad noſtrã, de reb. eccleſ. non alienan. gloſ. in d. cap. 1. de benefi. frat.] diſtinguit, quòd ſi à domino, feudum non poteſt emi, & ſic loquitur ſecundùm eam [tex. in d. cap. 1. de feu. dat. in uic. leg. commiſſo.] ſi verò ab alio cum cõſenſu domini, quòd poteſt emi; & ſic loquitur [tex. in cap. 1. de benefic. frat. & reſpondet ad tex. in d. cap. 1. quemadmod. feud. ad fili. pertine.] vbi, quod redemit à domino, vt ſit intelligendum quando emit ſine pretio, ſed bene ſeruiẽdo, & optimè ſe habendo erga dominum, & ponitur ibi verbũ, Redemit extra propriam ſignificationem, ſecundum eam [Iaco. de Beluiſ. ſequitur gloſ. ibi & iterum in cap. 1. §. fin. in fin. de his, qui feud. dar. poſſ.] vbi videtur diſtinguere inter infeudationẽ, quæ fit à nobilibus, vt illa non fiat cum pecunia; & illam, quæ fit ab ignobilibus, vt illa fiat cũ pecunia, prout ſic Bal. ibi declarare videtur. Et ſic reſpondetur ad tria iura ſupra allegata, vt procedant in feudis datis à minimis valuaſoribus, & ſic ignobilibus; ſed

ſed alia [gloſ.in d.cap.1.de feud. dat.inuic.leg. commiſſ.] videtur diſtinguere in terminis illius c. aut fuerit factum pactum, vt integra res teneatur in feudum; & tunc id non valeat; aut pro rata quantitatis ſolutæ,& tunc valeat. Subdit tamen poſtea, quod hodie,ſub prætextu pecuniæ,multa feuda acquiruntur [Hoſtienſ.verò in ſumm. in tit. de feud.verſ. quis poſſit conſtituere, tenet, quòd etiam à domino feudum emi poſſit,per tex. in dict.cap.1. quemadmod.feud.ad fili.pertin. reſpondens ad tex.in d.cap.1. de feud. dat. in vic. leg.commiſſ.] quòd ſit intelligendum,quòd pecunia ſola non ſit cauſa quare acquiratur feudum [Iacob. de Ardizo.in 1.par.ſumm.ſub rubr. quod ver. domin. poſſit dare feud. pro pret.] tenet, quòd poteſt verus dominus infeudare, & pretium recipere, licet cõſueuerit fieri amore,& honore, niſi ſub pacto l.commiſſo.[Iſern. in d.cap.1.de benefic. frat.] tenet, quòd feudum emi poteſt à domino, reprobata diſtinctione
2 gloſſæ: quia feuda æquiparantur militijs,& militiæ emuntur [l.fi. C.de pigno.l.omnimodo. §. imputari.C.de inoff.teſtam. Iterum ita tenet in cap.1.de natur. feud. verſ.ſi vero,reſpondens ad tex.in d.cap 1.de feud. dat. vt loquatur in caſu illius cap.in pact. legis commiſſoriæ,Bald.in cap.1.de benefic. frat.dat duas ſolutiones, ad tex.in cap.1.de feud.dat] prima,quod ibi loquitur de vrbanitate,non de neceſſitate. Secunda, quod ibi de pretio iuſto, ſecus ſi de modico; tandem dicit, quòd non debet fieri: factum tamen tenet, idem [Bald.in l.licet C.de libe.cau.] dicit, quòd licet feudum debeat ex gratia dari;tamen ſi pretio datur,valet; quia multa fieri non debent, quæ facta tenent [l.1.§.promittitur. ff. de aqu.quotid. & æſtiu. Aluarot. ibi tenet indiſtinctè, quòd poſſit emi, & Præpoſit. in cap.1.§.fin. de his qui feud. dar. poſſ.] tenet ſecundùm Baldum,dicens,quòd
3 licet in officijs ſecularibus, qui illa emat, incidat in leg.Iuliã de ambitu; non ſic in feudis [Iacobin.in ſua inueſtit. in verbo, qui quidem inueſtiti,num.80. Alex. in conſ.79.colum.4.num.6. vol. 1.& in l.vtrum,num.4.ff.de verbor.oblig. Curt. in tract. feud.2. par.5.princip. quæſt. & in 1.par. 6.q.princip.colum. 2. latè Curt. ſen.in conſi.49.] qui dicit veriorem, & magis communem ſententiam, & quod feudum poſſit per pecuniam acquiri ſiue à domino,ſiue à vaſſallo ſuo, de voluntate domini [Iaſ. in prælud. feudi col.4.verſ.ex iſtis, Capyc.in inueſt.in verb. feudorum acquiſitio,colum.3. Afflict.in cap.1.§. notandum, num. 4. & 5.de his, qui feud.dar.poſſ.] dicens, quòd ita

ita eſt conſuetudo in Regno.

Ex iſtis videtis quot opiniones erant in hoc articulo, alia diſtinguens inter emptionem, quæ fit à domino, & illam, quæ fit à vaſſallo cum conſenſu domini; alia verò diſtinguens inter ignobiles, minores valuaſores infeudantes, & nobiles: alia diſtinguẽs inter pretium integrum, & modicum: alia inter vrbanitatem, & neceſſitatem: alia in terminis illius cap. de feud. dat. ſi fiat in totum, vel pro rata crediti: alia, quòd indiſtinctè poteſt emi niſi ſub pacto legis commiſſoriæ: & ſic ſunt ſex opiniones. Propterea confundi videtur id, quod dicit Curt. in hoc articulo in 2. part. tract. feud. 5. quæſt. princip. qui refert in articulo tres opiniones. Prima indiſtinctè negatiua, qđ non poſſit feudum acquiri mediante pecunia. Secũda indiſtinctè affirmatiua, quòd poſſit feudum acquiri cum pecunia. Tertia diſtinguẽs inter emptionem, quæ fit à domino; & illam, quæ fit à vaſſallo: & confunduntur eius dicta in duobus. Primò, quia imperfectè loquutus fuit, dicẽs, quod tres erant opiniones. Secũdo, quia poſuit opinionem negatiuam, quod non poſſit emi indiſtinctè: quæ non inuenitur: nã nemo dixit, quòd indiſtinctè feudum ſiue à domino, ſiue a vaſſallo emi non poſſit: quinimmo gloſ. in cap. 1. de benefic. frat. quã ipſe allegat ad probandum opinionem negatiuam indiſtinctã, diſtinguit inter ementem à domino, & ementem ab alio, cum conſenſu domini. Remanet ergo concluſio, quod feudum poteſt acquiri mediante pecunia indiſtinctè, ſiue à domino, ſiue à vaſſallo, cum conſenſu domini. 4

Limitatè tamen iſtam concluſionem, quando oriretur feudum ex pacto legis commiſſorię ſecundùm Iſer. in d. cap. 1. de natur. feud. licet hęc non ſit propriè limitatio, quia etiam de iure communi res allodialis non poteſt acquiri mediante pecunia per pactum legis commiſſoriæ in pignoribus. l. fin. C. de pact. pigno. Poſſet tamen hæc limitatio ſublimitari, vt non procederet in 5 caſibus, in quibus in allodium pactum legis commiſſoriæ, in pignoribus etiam valet, vt quando fieret ex interuallo, non incontinenti, vel quando fieret pactum vt adueniente tempore æſtimaretur; aut quando interuenit iuramentum de iure canonico, vel quando non data re in pignus, vel in dotem, de quorum veritate videte vos [Inno. Ioan. Andr. Imol. Ancharan. & Abb. in cap. ſignificante, de pignor. Bart. in l. quamuis, alias calipodius. ff. de ſolutio. Guid. Pap. in deciſio. 6. & latiſſimè Perant. de Fano in tract. pigno. 4. par. principali in princ.]

Limi-

6 Limitate ſecundò,vt nõ procedat de iure communi feudorũ in ſubinfeudatione, quæ ſecundùm illud ius procedit, quando ſincerè,& ſine fraude fit [cap. 1. qualiter olim poter.feud. aliena. cap.Imperialem.§.illud, de prohib.feud.alienat.per Federic.] Si enim interuenit pecunia, præſumitur ſubinfeudatio facta in fraudem,& non valet.Ita limitat [Iacob. de Ardizo.in ſumm.1. part. in rubr.an preti.feu.dar.poſſ. per tex.in cap.Imperialem.§.callidis de prohib.feu.alien.per Feder.]

7 Ibi vt proprietas,Quæro an ex pacto poſſit in feudatarium trãſire directum dominium rei,quę conceditur,in tantum, quòd remaneat feudum. Videtur quòd non; ſed quod tunc tranſeat in alium contractum [cap. conſtitutus,iuncta gloſ.penult.extra de

8 religio. domib.] vbi ſi fiat conceſſio in emphyteuſim ſub annua penſione pecuniaria, & ſit adiectum pactum, quòd tranſfertur quicquid iuris habet concedens, non remanebit contractus emphyteoticus; licet fuerit facta mentio de penſione, quæ conuenit illi contractui, ſecundùm [Abb. ibi num.20.] immò in ſpecie dictum,quod concedebatur in emphyteuſim;Ideo[Bal. in prælud.feud.colùm.4.] dicit, quòd quandoque contingit dominos concedere proprietatem, & vſumfructum cũ pacto, quòd ſibi debeant certa ſeruitia præſtari: & cum de rigore conſuetudinis feudorum ſit,quòd apud dominum ſit proprietas, ſi pactũ apponatur in contrarium, receditur à natura feudi, & alia conuentio initur,ſcilicet contractus innominatus. In contrarium videtur deciſio [Ioan. Monaci in cap.abbate ſane,num.6.de re iudicat. in 6.] vbi dicit, quòd vaſſallus habebit vſumfructum, vel dominium directum,aut vtile, prout fuit conuentum: & hac auctoritate fretus,ita voluit [Bal. in l.ſi plures,num.7.ff.de condit. inſert.in l.vnic.nu.13. C. ſi plur. vna ſentent.in l.vnic.colum. 17. num.29.C.de confeſſ.Alexan.in conſi. 30. in fin.1.volum.] non

9 enim eſt de ſubſtantia feudi, vt proprietas, vel directum dominium retineatur, ſed ſolùm de natura,probat [Oldrad.in conſi. 159.relatus per Iacobin.in inueſtit. in verſ. inueſtiui talem, Alberic.in rubr. C.de donatio. latè Curt.in tract.feud.1.par.6.quęſt. principali, poſt Claud. Seyſell.in prælud. feud.de diffinitione feudi,colum.7.]

10 Nec intereſt,quod hoc verbũ, Proprietas,ſit poſitum in diffinitione,ſeu deſcriptione:quia valet pactum appoſitum contra diffinitionem contractus, & non quicquid eſt contrà deſcriptionẽ contractus, eſt contra eius ſubſtantiam [Bald.in cap.1.§.nulla,

per

Digitized by Google

per quos fiat inueſt.] & ita quòd poſſit tranſire proprietas, tenent etiam, vltra prædictos [Iaſ. in conſ.57.colum.2.primo volum. Felin.in cap.quæ in eccleſiarum, colum.28.de conſtitutio.Zaſi.in tract.feudorum part.12.concluſ. 11. Capyc. in inueſtit. in verbo feudorum dominia,& Camerar. in repetitio.cap.Imperialem,fol. 36.litera Q.de prohib.feud. alienatio.per Federicum,refert Ioan. Monacum vbi ſupra ſic tenentem, ſolus Iaſ. in prælud. feud. colum.6.non putat verum dictũ Bal.licèt poſtea dubitare videatur;ſed,vt videtis,communis opinio eſt, quòd poſſit tranſire, & vocabitur tunc feudum impropriè,ſecundùm prædictos.

11 Nec obſtat tex.iunct. gloſ. in d.cap.conſtitutus;quia ibi poteſt tranſire in contractum cenſualem,de cuius natura eſt, vt tranſeat directum dominium, & attenditur potius qualitas pactorũ,

12 cui contractui conueniant, quã verba [l.ſi vno.§.1.ff.locat.Bald. in l.2.C.commodat. Salyeet. in l.1.num.4.C.de iur. emphyteot. Bald.in. rubric.C. eodem quæſt. vltim.Aret.in conſi.160.colum. 8.] At in caſu,de quo agitur,non poteſt tranſire in alium contractum, cui conueniat fidelitas, & ſeruitium.

13 Ibi rei immobilis. Feudum enim conſiſtit in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus [cap. 1. §. ſciendum, de feud. cognitio.] aut in his,quæ inter immobilia connumerantur,vt ibi,veluti pedagia,guidagia, gabellæ, & redditus dohanæ [Bald. & Afflict. ibi. Item annui redditus, vt idẽ Bald.dicit ibi.] Nec obſtat,quòd non ſit in annuis redditibus dare directum, & vtile dominium: quia loco directi dominij erit directa actio : loco verò vtilis dominij erit vtilis actio competens ad conſequutionem annui redditus, qui inter immobilia computatur [Clemen. exiui de paradiſo, de verbor.ſignificatio. Ita Curt.in tract.feud.prima par. quæſt.6.exemplum eſt in molẽdinis,quæ etiam inter immobilia computantur, Bald.in l. certi iuris.C.locat.Curt.in d.quęſt.6.] quod intellige in molendinis ſolo cohærentibus, non autem in molendinis ex nauium conglutinatione fabricatis : quia tunc reputantur inter mobilia, ſicut

14 naues [Rip. in l. quominus, nu. 126. ff. de fluminib.] nomina debitorum etiam inter immobilia computantur [gloſ.in l.mouentium.ff.de verb. ſignif.]

Sed in his ita demum conſiſtit feudum ſi ſunt perpetua, puta ſi ab aliquo decem annua debentur, poteſt fieri inueſtitura de quinque annuis ex illis, ſecus ſi aliquis mihi decem pro vna vice deberet, & ego infeudarem vnum annuum ducatum in de-

cem annis eſſet finitum feudũ; propterea tunc non cenſebitur iure feudi, quia debet dominus habere proprietatem feudi, ita Iſer.in d.§.ſciendum.

15 Nequaquam feudũ conſiſte re poteſt in pecunia [gloſ.lit.A. in c.1.ſi de feu.vaſſal.ab aliq. interpellat.fuer.] etiam ea ratione, quia proprietas feudi debet remanere apud dominum, & vtile trãſire in acceptorem, vt hic in tex.ſed ſi daret pecuniam in feudum,conſummaretur,& deſineret eſſe proprietas apud dantem; ſi vero non conſummaretur, ſed in arca teneretur,eſſet ſibi inutilis,nec haberet vſumfructum, & commoditatem aliquam, quod requiritur, vt feudũ ſit,ita [Iſer. ibi,nec prodeſt remediũ ſatiſdationis, per tex.in §. conſtituitur, inſtit.de uſufr.quia,per vſum pecuniæ, deſinit eſſe feudum, ſecundum Iſern. ibi contra Iacobin. de Ardizo. in ſumm.1. par. ſub rubr. res mobilis datur in feudum, quem Afflict.in dict.§. ſciendum, col.3.num.8.] ſequitur, non aduertens,quòd Iſer.tenet contrarium.

Limitat tñ hoc[Afflict.in d.c. 1.ſi de feu. vaſ.ab aliq. interpell. &c.in 3.notab.] in caſu, quando Rex daret ducatos mille Titio, contrahendo ſocietatem cũ eo, & ſuper lucro proueniente ex illis,conſtitueret alicui decem annuam in feudũ; eſt notabilis limitatio,ſi eſt vera.

16 Et in tantũ non conſiſtit feudum in pecunia, quòd ſi fuerit infeudata pecunia, & inueſtitus iurauerit fidelitatem, nõ erit iuramento ligatus, vt continente impoſſibilitatem;tenetur tamen
17 reſtituere pecuniam,conditione ſine cauſa:ita tñ ſi ipſe inueſtitus velit,quia ſi nollet, & vellet ſeruare fidelitatem promiſſam,non auocaretur ab illo pecunia, quia in eius fauorem inductum eſt,vt non valeat promiſſio,ita [Iſer.in d.c.1.ſi de feu. vaſſal. ubi Aluar. 3.col.& Præpoſ.col.2.]

18 Ibi uſusfructus, immò utile dominium,dicit[Iſer.ut in c.1.§. rei autem,de inueſt. de re alien. fact.] feudatarius namque habet utile dominiũ,ubi intelligite niſi eſſet actum,quòd nec utile tranſeat in feudatariũ, ſed minus, & erit tunc feudum impropriè; ſicut quãdo eſt actum, ut tranſeat directũ dominium [Claud. Seyſel. in ſpec. feud. col.8. Zaſi. in tract.feud. par.12. col.11. num. 44.]Item aduertatis,quod intelligitur de dominio utili, quod pẽdet à directo, ut eſt utile emphyteutæ,non dominio utili, qđ
19 opponitur, & contradicit directo,ut eſt illud, quod quæritur ex præſcriptione: quia duplex eſt vtile dominium [Bar.in l.ſi quis vi. §. differentia, num. 6. ff.de acquir. poſſeſſ.] Item tunc feudatarius habet utile dominium,

quan-

20 quando interuenit vera inueſtitura, quæ tradit poſſeſſionem, ſeeus ſi verbalis, abuſiuà, vel imaginaria per fuſtem, haſtam, vel anulum interuenerit [gloſ. in cap. 1. pro illorum de præbend. in verbo inueſtiuit. gloſ. in cap. 1. de his quæ fiunt à maior. part. capituli. gloſ. in l. accedens, in verbo vel alias, de præbend. Iſern. in cap. 1. colum. 2. num. 4. qui ſucceſſ. tene. in cap. 1. num. 2. 1. col. quid ſit inueſt. & in cap. 1. de controu. inter vaſſal. & alium; & in prælud. 6. q. & in cap. 1. num. 2. in fin. de capit. Conrad. Bald. in prælud. feud. colum. 6. in l. traditionibus, num. 2. C. de pact. in cap. 1. de nou. form. fidelit. in l. 1. num. 1. C. de vſucapio. pro donat. Bald. in l. 1. C. de donatio. vbi Barbat. in additio. Dyn. in regul. beneficium, num. 2. de regul. iur. in 6. Angel. in l. quædam mulier, num. 2. ff. de rei vendicatio. in l. licet, num. 5. C. de acquiren. poſſeſſio. Iaſ. in l. traditionibus. C. de pact. Alex. in l. 3. num. 15. ff. de acquirend. poſſeſſio] qui multos allegat: quod procedit etiam in inueſtitura facta per Regem, [Iſer. in d. cap. 1. nu. 3. & 4. quid ſit inueſtit. quia infeudando, vel inueſtiendo, videtur agere, vt ſeruet iura, non ea tollat, Luc. de Penn. in l. prædia. C. de locatio. prædio. ciuil. niſi conſtaret tunc de voluntate Regis, Iſern. ibi Bal. in cap. 1. de nou. form. fidelita. Barbat. in additio. ſuper Bald. in cap. 1. quid ſit inueſtit. Alij in d. l. 3. num. 17. Et hæc eſt veritas, quicquid dicat Angel. in l. officium, nu. 3. ff. de rei vendic. Iaſ. in d. l. traditionibus] & alij, & poterit conſtare de voluntate Regis, quòd ex ſola inueſtitura, velit transferri dominium, ſi in
21 priuilegio adeſſet clauſula, Quã inueſtituram, vim & robur veræ, & realis traditionis habere volumus [Loffred. in cap. 1. de ſucceſſio. feud. verſ. in 2. col. vel per verba æquipollentia.]
22 Limitantur tamen præmiſſa, niſi in contrarium adeſſet conſuetudo loci, vt inueſtitura verbalis transferret dominium [Angel. in d. l. quædam mulier.] Itẽ
23 habet vtile dominium, donec alijs nõ ſubinfeudauit; quia, poſt ſubinfeudationem, deſinit eſſe vtilis dominus, & in ſecundum vaſſallum transfert omne ius, quod habet, quia nõ poſſunt eſſe duo vtiles domini inſolidum [l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculũ. ff. commodat.] & quia ſicut non inuenitur ſeruitus ſeruitutis, ita non inuenitur vtile dominium vtilis dominij [Bald. in cap. ſanè, colum. fin. num. 5. de renunciat. Imol. in l. 3. §. ex contrario, col. 2. circa med. ff. de acquiren. poſſeſſio. vbi Alex. & Iaſ. colum. 9. & Aret. colum. fin. probat gloſ. in emphyteuſi in d. §. ex contrario, quæ cõmuniter approbatur ſe-

cundum Aretin.ibi; & gloſ. in §. adeo inſtit. locat. Angel. in l. ſi quis vi.§.differentia.ff.de acquir. poſſeſſ.ideo gloſ.fin.in l. vnic. C. vti poſſidet.] dicit, quòd feudatarius,qui naturaliter poſſidet, ſi alijs det in feudũ, dñus ciuiliter, dr̃ poſſidere ciuiliter vltimus infeudatus naturaliter; medij nullo modo,ſequitur ibi [Odoffr.in fi. Iacob.Butricar.in fi.Bart. nu.10. Salyc.ibi in fin. nu.14. Iſern. in cap.1. §. præterea, num.10. de capit.Conrad. & in conſt. Regn. mulier,quæ dotarium, in verb. dotarium,quod procedit nedum quandoq; ſubinfeudatur totũ feudum, ſed etiam ſi pars,vt puta,

24 quando Baro dat feudum planum,& de tabula [Iſern. in d. §. præterea:& ita tenete ſecundum Iſer.licet Io.Fab.in d.§.adeo,col. 1.num.5.Ioan.Ruin. in cap. Imperialem.§.illud, de prohib. feu. alien.per Feder.Bald. in cap. cæterum,colum. fin. num. 13. de iudic.Iacobin.in ſua inueſtit. in verſ.dictique vaſſalli promiſerũt non committere feloniam, Capyc.deciſ.162.num.7.] dixerint, quòd primus feudatarius dicitur vtilis dominus,reſpectu ſecundi; vel quòd primus habeat vtile dominium ſuperius; ſecundus vtile dominium inferius: quia fundantur in d.§.illud, vbi, quod ſi ſecundus vaſſallus committat culpam,ex qua feudo ſit priuandus, reuertitur feudum non ad directum dominum, ſed ad primum feudatariũ, à quo cauſam habuit; quia illud eſt propter iuramentum fidelitatis,quod præſtat ſecũdus vaſſallus primo,non autem propter reliquias alicuius dominij remanſi penes eum; Et ita ad illum tex. reſpondet doctiſſimus [Imol.in d. §. ex contrario,Alex.& Iaſ.ibi] quod prædicti, vnus alium inconſideratè ſequentes,non ponderauerunt.

Ibi, hæredesque ſuos maſcu-

25 lós: Quæro,feudum ſimpliciter conceſſum, an ſit hæreditarium? Reſponde; aut ſumus extra Regnum,& videtur, quòd ſit hæreditarium; quia vnuſquiſque ſibi & hæredibus ſuis proſpexiſſe videtur [cap.1.de duob. fratrib. l. ſi pactum. ff.de probation. Ideo Iſer.cap.1. §. ſed nec alia iuſtior, colum.4. quæ ſit prim. cauſ. beſic.amitten.] dicit, quòd ex na-

26 tura feudi, acquiſitioni ineſt, vt qui det,det pro ſe, & hæredibus. Iterum [cap.1.colum.4.qui ſucceſſores tenean. cap. 1.an agnat. in princ. ſic etiam ex parte acquirentis præſumitur pro hæredibus quæſiuiſſe,Iſern.cap.1. nu. 2.de natur.ſucceſſio.feud.cap.1. in princ.quib.mod.feud. conſtit. poteſt.cap.1.§.& ſi libellum,col. 2.de alien.feud,pater.vbi col. 3. verſ.vbicunque] plus dicit,quòd in dubio præſumitur, quòd voluit quæri filio,vt hæredi, non vt filio, niſi conſtaret, & ita quòd feu-

feudum ſimpliciter acceptum, intelligatur pro filijs hæredibus, tenet [Gregor.Lopez in 4.partit. tit.26.lib.6.liter.B.ſequẽdo Soc. in cõſ.19.1.uol.col. 1.] ita quod ſit hæreditarium,tenet [Bald. c. 1.colum.3. uerſ. ex quo collige an agnat. Alex. conſi.18.5. uol. num.7. Curt.iun.conſi. 138.nu. 15.conſi.3. poſt tract.feu.1. col. & in l. qui ſe patris num. 73.C. vnde liber.Ioan. Anton. Rubeus Alex.conſi.84.nu.3.]

27 Veritas eſt in contrariũ, quia feuda de ſui natura non ſunt hęreditaria, ideo alienatio agnatis non præiudicat [c. nec delictũ, de alienatio. feud.patern.cap. 1. §. ſi vaſſallus culpam, ſi de feud. defunct.milit.cap.1.ſi uaſſal.feu. priuet.ſuccedit agnatus, qui non eſt hæres, cap. 1. an agnatus; nulla ualet diſpoſitio defuncti in feudo, cap.1.de ſucceſſio. feud. ergo.præſumitur conceſſum ſecundum propriam ſuam naturã, cap.1.§.pręterea,quid ſit inueſt.]

28 Item feuda dantur iure ſanguinis iuſti deſcendentis; ideo filius adoptiuus, quia non eſt de ſanguine,non ſuccedit [cap.adoptiuus,ſi de feud.defunct.milit. nec naturalis,quia non eſt de ſanguine iuſto, cap. naturalis, eod.tit. nec frater, quia non eſt de ſanguine fratris.cap.1.§. fin. de ſucceſſio .feud. nec nepos patruo, vel è contra,eadem ratione,cap. 1.de gradib. ſuccedenti. in feud. cap.. 1. Imperator Lotharius.]

29 Item,& tertio,filij,& alij deſcendentes admittuntur ex prouidẽtia,legis ſcilicet Conrad. Nam primo feuda erãt ad libitum dominorum,poſtea annalia,deinde vſque ad vitam feudatarij, ſucceſſiuè fuit prorogata ſucceſſio ad vnũ ex filijs, quem dominus eligeret,poſtea ad omnes filios; deinde ex leg. Conrad. ad nepotes,& fratres, etiam in feudo paterno, ac demum ad tranſuerſales vſque ad ſeptimum gradum; ad deſcendentes verò vſque in infinitum,excluſis fœminis.vt in [cap.1.§.& quia vidimus, & §.cũ verò Conradus,de his, qui feud. dar.poſſ. Iſern. hanc legis prouidentiam conſiderat,cap.1.col.1. de ſucceſſio.feud.cap.1.§.donare col.pen.qualiter poter. olim feu. alie.]

30 Et licet pręſumatur actum pro hæredibus, tam ex parte dãtis,quàm ex parte accipientis;tamen hoc eſt ex iuris interpretatione, non autem tranſmiſſione in hæredem.quaſi hoc concedẽs expreſſit, vt hic Iſer. declarat,eſt ab intellectu iuris, & ſi verbum, hæredibus,exprimatur, aliud eſſet: quia verba debent aliquid operari [l.ſi quando,de legat.1.] & ſic quòd ſit hęreditarium,cauſatur ex expreſſione hominis. Verbũ ergo, hæredibus,quando nõ exprimitur ab homine, accipitur pro filijs,& deſcendentibus maſculis [Iſer.hic,& cap.1.quib.

mod. feud. amitt. cap. 1. de ſucceſſio. feud. cap. 1. ſi aliquis apud quem, vel quos, cont. cap. 1. de duob. fratr. à cap. inueſt. cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. de feu. cap. 1. de feud. non haben. propr. nat. feud. cap. 1. de natur. ſucceſſio. c. Imperialem. 1. colum. de prohib. feud. alien. per Feder. per text. in cap. 1. in §. & ſi clientulus, de alienat. feud.] hinc eſt, quòd Iſer. quandoque dicit, quòd accipiens feudum, videtur accipere pro ſe, & filijs, vt in [cap. 1. an agnatus, cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. quib. mod. feud. amit. & in cap. 1. de ſucceſſio. feu. & in cap. 1. §. profectò, de leg. Cõrad.] quãdoque dicit, quòd conceſſio videtur facta pro accipiente, & liberis, vt in cap. 1. qui ſucceſſo. tenean. cap. 1. §. & ſi clientulus, de alienatio. feud. & ex iſtis apparet, quomodo non bene dixit Greg. Lopes vbi ſupra, qui allegat gloſ. & Bald. in cap. 1. quibus modis feudum cõſtitui poteſt, illud dicentes, & neuter ſic loquitur: nã gloſ. dicit, quòd intelligitur accipere pro hæredibus, & per Bald. quòd pro filijs maſculis, & hæc dicta, quòd intelligatur accipere pro filijs hæredibus, vel pro hæredibus ſimpliciter, valde inter ſe differunt.

31 Aut ſumus in Regno, & maior eſt dubitatio; quia conſtitutio vt de ſucceſsionibus, vocat fratrem, & alios per verbum ſuccedat; ergo vt hęres ſucceſſor intelligitur vniuerſalis [l. quædam. §. nihil, vbi Alexan. not. ff. de eden. Paul. de Caſtr. probat. l. ſi cum dotem, num. 11. & 12. ff. ſolut. matrim.] in ſtatuto, quòd decedente vxore in matrimonio cum liberis, ipſi ſuccedant in dotem, [Dec. conſ. 386. colum. fin. verſ.
32 vltim.] Item quia cum feudum non hæreditarium ſit ſubiacens, ſeu quaſi reſtitutioni [Iſer. cap. 1. an agnat. cap. 1. de ſucceſsio. feu. cap. 1. §. quid ergo, de inueſtit. de re alien. fact. cap. 1. §. præterea ſi vaſſallus, quæ ſit prim. cauſ. beneſ. amitten. cap. 1. ſi vaſſall. fęud. priue. cap. 1. 2. colum. de prohib. feud. alien. per Feder. non ſuccedi̇tur in eo vltimo morienti, ſed primo acquiſitori. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupilla.] conſtitutio autem dicit, quòd ſucceditur morienti: ergo eſt
33 hæreditarium. Tertio Regnum eſt hæreditarium. cap. regni Prælatis Eccleſiarum, ibi noſtrum hæreditarium regnum [Iſern. in cap. 1. §. quid ergo, de inueſt. de re alien. fact. ergo feuda Regni
34 ſimpliciter conceſſa, ſunt eiuſdẽ naturæ; membra enim debent à capite regulari [cap. cum non liceat, de præſcriptio. probat Paul. de Caſt. in feudis Regni Hiſpaniæ conſ. 164. 2. par. Deci. in Ducatu Ferrariæ, conſ. 389. num. 7. colum. 2. Tiraquell. de iur. primogenit. quæſt. 68. num. 7. Loffred.

fred.conſil.39.numer.3.]

35 Quartò inueſtituræ communis forma in Regno eſt pro hæredibus [Iſern.in cap.1.§. & ſi libellum.2.colum.verſ.ſed quid ſi acquiſiuit,de alienat.feud. pater. in cap. naturales, ſi de feud. defunct.milit.cap.1.§.præterea ducatus, de prohib.feud.alienatio. per Feder. & hic in conſtit. Regni, vt de ſucceſsionibus. 3.col. verſ.prędicta verò,Luc.de Penn. in l.1.colum.7.de his qui ſpont. mun. publi.ſube & in l.vnic.col. 8.de imponen.lucrat.deſcriptio. Loffred.in conſi.1.nu.106. Ang. in conſi.110.colum,4.] ergo debet eſſe hæreditarium,quia attēditur, quod conſuetum eſt fieri per inueſtientem [l.qui ſemiſſes. §.fin.ff.de vſur.l.vel vniuerſorum ff.de pignorat.actio. l. ſi negotia. ff.de negot. geſt.]

36 Quintò ita dicendum uidetur, auctoritatę Napodan.in conſuet. & ſi teſtator,ubi per cap. Regni conſiderantes,dicit,quòd omnia feuda in Regno ſunt hęreditaria. hanc opinionem tenet [Loffred. in conſi.1.num.121.]

Contrarium uidetur dicendum: quia, cum feuda ſimpliciter conceſſa, de iure communi feudorum ſint ex pacto, & prouidentia,non hæreditaria, ut ſupra;& conſtitutio Regni aliud in ſpecie non introduxerit, remanet ius commune incorrectum: quia quod non mutatur, ſtare non prohibetur [l. præcipimus, in fin. C.de appellatio.] & quia conſtitutio eſt interpretanda, ut deroget iuri communi feudorū qnanto minus fieri poteſt; ſicut

37 dicitur in pacto adiecto in inueſtitura feudi, ut habeat inueſtitus, & cui dederit; operatur in Regno, ut poſſit tantùm infeudare de nouo, ut minùs deroget conſtitutioni Regni [Iſer.in cap. 1.in fin.de feu.non haben.propr. natur.feud.quia pactum,& conſtitutio æquiparantur, l.non impoſsibile, ff.de pact.]

38 Non obſtat primū argumentū; quia etiam de iure communi feudorum, illi, qui admittuntur ad feudum,ſunt uocati per uerbum,ſuccedat,ut in [cap.1. de ſucceſsio.feud.cap.1.§.cum uerò Conradus, de his, qui feud. dar. poſſ.cap.1.de natur.ſucceſſ.feud. cap. 1. de gradib. ſuccedent. in feud.] & tamen non eſt dubiū, quin illa feuda nō ſint ex pacto, & prouidentia, non hæreditaria: uerbum enim, ſuccedat, in feudis non capitur in ſua propria ſignificatione [Iſern.in cap.1. §.& quia uidimus,de his,qui feu. dar. poſſ. propterea agnati dicuntur ſuccedere in feudo ex pacto, & prouidentia, Iſern. in cap. 1.in princ.de alienatio.feud.patern.& ſi aliàs diceremus, prælatus, qui ſucceſſor uocatur, in cap. 1. qui ſucceſſ.tene.] eſſet hæres, quod eſt falſum: ſuccedens namque

in

in feudum, nec ex teſtamento, 39 nec ab inteſtato illud capit, ſed de iure ſucceſſorio feudorum, [Bald.in cap.1. colum.2. de ſuceeſsio.feu.] immò quanto magis per conſtitutionem Regni uocatur per uerbum ſuccedat, frater, quia aliàs non erat uocatus de iure communi feudorum, tantò magis frater non uenit ut hæres, ita probat [Paul.de Caſt. in conſi.82.incipien. in hoc ne-
40 gotio, 1.uol.] in caſu fortiori, ut in re de ſui natura hæreditaria, ſi ſtatutum uocet per uerbum ſuccedat, illos, qui aliàs erant uocati de iure communi, uideatur uoluiſſe reſeruare ſucceſsionem legitimam: & ſi uocet illos, qui non ſuccedebant de iure communi, tunc illi non uenient ut hæredes.

41 Non obſtat ſecundum argumentum: quia, licèt ſuccedatur, primò, tamen conſideratur gradus, & proximitas ob finem ſuccedendi cum ultimo moriente, [Iſer.in cap.1.in fin.de natu. ſucceſſ.feud.probat tex.in cap. 1. §. quoque, de his, qui feud.dar. poſ. & in cap.1. §. hoc quoque, de ſucceſsio. feud.] in quibus, gradus uſque ad ſeptimum tantùm attenditur cum moriente, licèt reſpectu primi, à quo deſcendũt, omnes in infinitum uocentur, & hoc modo dicitur ſuccedere morienti.

42 Non obſtat tertium argumentum: quia, omiſſo, an Regnum ſit hæreditarium, & quomodo, non eſt uerum, quòd feuda Regni regulentur à capite, & ſic de ipſo Regno: & de hoc dubitauit [Io.Fab.in l.1.C. de ſumm. Trinitat.& fide cathol.] immò contrarium videtur verius, quòd attenditur conſuetudo feudi ſeruientis, non dominantis, probat [tex.in cap.1.verſ.ſi qua contrc. de pac. conſtan.vbi Bal. hoc notat, & videtur tex.in clem.1. de reſcript.Caſſane.in conſuet.Burgun.rubr.3.§.7.nu.1.& 2.] Item non eſſe feuda Regni à capite regulãda, eſt receptum, poſtquã, feudo ſimpliciter conceſſo, ſuccedit frater, Iſern.ſecundùm peritos Regni in conſtit. vt de ſucceſſionibus, quòd non ſuccederet, ſi regularetur à capite, cuius inueſtitura eſt pro hæredibus ex corpore. Item capitulum Regni conſiderantes, in fine reſeruat aliam conſuetudinem, quæ eſſet in feudis, vltra illam pro hæredibus.

Non obſtat quartum argumentum, quia per Iſern. multis modis tollitur, vt in præcedenti prima quæſt.dixi. Ex quibus concludit nõ præſumi communem formã, ſed prout ius intelligit .ſ. ſibi, & hæredibus ſuis [cap.1. de duob.fratrib.] ex iuris interpretatione, quia ſi exprimantur, aliquid operantur; cum verba debeant aliquid operari [l.ſi quando,

do.ff.de lega.1. & quia expreſſa nocent,l.nonnunquam,ff.de cōditio.& demonſtr. l.ſi quis Sem-
43 pronium;& ſic etiam quod non præſumatur communis forma, tenet [Iſer. in conſtit. Regni vt de ſucceſſionibus,3.col.verſ.prędicta verò,Luc.de Pen.in l. vnic. colum.8.de imponen.lucrat.deſcript.Afflict.in pręlud.feud.col. pen.num.99.]

44 Non obſtat dictum Napodan. quia non dicit,quòd feudū ſimpliciter conceſſum ſit hæreditarium; ſed dicit tantùm,quod eo tempore omnia feuda erant hæreditaria, per cap. Regni, conſiderantes, in quo cap.nec probatur, quòd feuda ſimpliciter conceſſa,ſint hęreditaria,ſed tantùm dicitur, quòd in feudis conceſsis pro hæredibus, & concedendis; non obſtante, quod ſit dictum pro hęredibus ex corpore,ſuccèdat frater: & quod ibi dicitur,vt de omnibus, eadem ſit forma, habetur reſpectus ad id, quod principaliter ſtatuit,vt tā in conceſsis,quàm in concedendis ſuccedat frater: quia illa clauſula interponitur inter feuda conceſſa,& concedenda,non autem voluit legem facere, vt ſemper feuda concedantur pro hæredibus: patet etiam, quia in fine quoad alia feuda reſeruat conſuetudinē ſuccedendi, prout competit ab antiquo.

Hanc opinionem, quod ſit ex pacto,& prouidentia, non hæreditarium, etiam in Regno, tenet [gloſ.in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus,liter.B.]quæ dicit,quod ita debetur feudum perſonis nominatis,ibi beneficio illius legis ſicut quarta,quæ debetur pupillo arrogato in bonis arrogatoris, ex beneficio diui pij,in qua grauari non poteſt [l.ſi arrogator.ff. de adoptio. & ita eſt de mente Iſern.etiam in cap.1.§. præterea, quæ ſit prim.cauſa benef. amitt.
45 col.4. & 5.] quia dicit,quòd ſicut de iure communi feudorum, felonia non prçiudicat agnatis in feudo antiquo,ita in Regno: etiā quia vocati per conſtitutionem, ſuccedunt ex pacto,& prouidentia; & quòd iura, quæ dicunt, q agnati tenent feuda dum viuūt, quod,eis mortuis,defertur ad ſequentes,ex natura feudi, ex vi pacti,& cōceſsionis, non ſunt ſublata per illam conſtitutionem.

Et licet fiſcus occupet feuda antiqua in crimine læſæ maieſtatis; nō quod ſit,ſed quod fieri debet intuendum eſſe dicit,& q nō eſt alia differētia in Regno,& extra Regnum, niſi quia agnati, de iure communi feudorum vocantur vlteriori gradu,& lex Regni limitauit ad fratrem, & filiū fratris. Iſtam opinionem maniſeſtiſsimè tenuit [Iſern.in cap.1. de natura ſucceſſ. feu. num.27.] nam dum tractat in Regno quęſtionem, an filia, vel ſoror recipiens

piens promiſsionem, vel ſatisfa-ctionem dotis à patre, vel fratre, propter quam excluditur à ſucceſsione, ſecundùm terminos cõſtit. Regni, vt de ſucceſsionib. poſsit petere reſtitutionem in integrum, & dicere ſe læſam, dicit hæc verba, quod in eo apparet ſui faciliras, quia ſucceſsio totius feudi, nõ à patre, vel à fratre, ſed à lege, conſtitutione, & ex more defertur, & ex vi conceſsionis; vt pluries dictum eſt, & paulo poſt, num. 28. dicit, quia melius fuiſſet expectare tãtiſper, ſcilicet, ut haberet poſt dotantis obitum, quod ei defertur à lege, & à maioribus; & ita etiam uidetur tenere Iſer. qui iam formauit quæſtionem, ſi in Regno præſumitur communis forma; concludit non præſumi, ſed pro hęredibus, ab intellectu iuris, non ſicut ſi eſſet expreſſum; & ſic conſtituit in ſpecie differẽtiam in Regno, an ſit expreſſum pro hæredibus, an hoc ueniat ab intellectu iuris: & differentia non cõſiſtit in alio, niſi quia, expresſione, cauſatur qualitas hæreditaria, ut ipſe declarat in cap. an agnat. in princ.

46 Quid in feudo empto ſimpliciter? an ſit hæreditarium, uel mutet naturã ratione tituli emptionis? Et uidetur quòd ſic: quia feuda, ut ſuam retineant propriã naturam, quæ non eſt hæreditaria, ut ſupra in præcedenti quæſtione fundaui, debent acquiri, prout naturaliter ex lege feudi acquiruntur, ſcilicet amore, & honore domini, non ſub prætextu pecuniæ [cap. 1. de feud. dat. in uic. leg. commiſſoriæ, probat text. hic: & quia feudum emptũ, abuſiuè feudum dicitur, cum feudi naturam non habeat. Iſern.
47 in cap. 1. de natur. feu. uerſ. ſi uerò poſt, in princ.] & quia propriè feudum non dicitur, cũ ſit mercenarium, non gratuitum [Bald. in l. ſi quam, num. 2. C. de oper. liberto. Alex. in l. utrum, num. 4. ff. de uerbor. obligation. Iaſ. in prælud. feudor. colum. 4. uerſ. ex iſtis, Curt. in tract. feu. prima par. q. 6. Claud. Seyſel. in ſpeculo feudorum, 3. 4. & 6. colum. Barbat. in rubr. de feud. colum. 2. in fin. Alber. Brun. conſi. 14. num. 2. in-
48 ter cõſilia feudalia. Ideo Odoffred. in ſumm. qui poſſunt ſucceder. in feud. uoluit, quòd in feudo empto, fœmina ſuccedit, magis ex natura contractus, quàm feudi [Alex. in d. l. utrum, num. 4. Deci. latè conſi. 390. num. 7. ubi, quòd eſt communis opinio.]

Contrarium tenere per tex. in l. Titius puerum. ff. de obſeq. à liber. præſtan.] ubi Iuriſconſultus dicit, quòd qui, pecunia, ſeruum ſuum manumiſit, iura patronatus reſeruauit: quia, & ſi beneficium manumiſsionis gratuitum non fuerit; beneficium tamen eſt, ex quo non tenebatur,

ſed

ſed ſpontè fit, dicit ibi gloſ. ergo feudatarij,non minus dantis beneficio, feudum non habebunt; ponderauit illum tex. [Bald. in prælud. feud. col. 3. in 1. cap. & Curt.ſen.in conſ.49.nu.3. & 6.] & quia non pecunia ſola fuit in cauſa, quare feudum acquireretur, ut conſiderat [Hoſtienſ. in ſumm. in tit. de feud. uerſ. quis poſſit feudũ conſtituere: & quia, cum feuda poſſint emi,ex lege feudi debent in propria natura conſiſtere, lex enim feudalis nõ diſtinguit hoc caſu:ergo nec nos diſtinguere debemus [l.de pretio,de publi.in rem actio.]

49 Non obſtat ultra prędicta,primum,& ſecundum argumentũ: quia natura feudi dupliciter in propoſito conſideratur; alia in feudo formando, alia in feudo formato : ſi attendimus originalem naturam in feudo formando, uerum eſt, quòd naturaliter in feudo conſtituendo ſit introductum,ut non mediante pecunia,ſed amore, & honore domini conſtituatur,ut hic,& [d.cap. 1. de feud. dat. in uic. leg. commiſſo.] ſi attendimus naturam in feudo formato,illa propriè nõ eſt hæreditaria : unde cum alteratur natura in feudo formando, in eo tantũ non erit propriè feudum : & ſic intelligi debet [Iſer. in d.cap. 1.de natu.feud.] & alij

50 ſupra allegati, in reliquis feudũ formatum remanet in ſua natura,probat [Iſern. in cap. 1. §.ſed nec alia iuſtior,num. 35. quæ ſit prim.cauſ.benefic.amitten. & in tex. noſtro in §.huius autem generis,num.5.& in d.cap.1. nu.2. de capit.Conrad.Bald.in l.1. nu. 13.q.16.ff.de rer.diuiſio.Alex.in conſi.30.in fin. colum. num.20. uolum.1.Paul.de Caſtr. in conſi. 311.num.1.par.1.incipien. circa id,quod quęritur,Soccin.optimè in l.gallus.§.etiam ſi parente,nu. 6.ff.de liber.& poſthum. Curt.in tract.feud. in 6.quæſt. par.1.col. penult.& fin. Paris de reintegrat. fol.64.num.11.Loffred.in conſi. 1.num.177.& in conſi.11.num. 29.Ioan.Neuiz.conſi.9.num.27.

51 Capyc. in ſua inueſtit. in uerbo feudorum acceſſoria,& in ſpecie in feudo empto] ut hoc ſolo excepto, quòd non ſit gratuitum, in omnibus alijs placitis feudalibus relinquatur ſub recta,& ſimplici feudi natura,tenet [Zaſi.in tract.feu.par.12.num.17.& 19.] & ideo non eſt uerum,quòd fœmina ſuccedat in feudo empto, [Mart.Lauden.cap.1.§.ſed quia uidimus, de his, qui feud.dare poſſ. ubi Præpoſit. latè probat Curt.ſen.in d.conſi. 49. Iacobin. in ſua inueſt. in uerbo & fœminis,num.6. Alber.Brun.conſ.18. num.9.Marian. Soccin.iunior in conſi. 65.num.16. uol.1. & Zaſi. ubi ſupra,& in 8.tit.nu.47.]

Ita,quòd non ſit hæreditariũ, tenet[Loffred.in conſ.1.nu.197.

&

& Camerar.in repet. cap. Imperialem, fol. 95. litera Q. de prohib.feud.alien.per Feder.] qui cũ dolore reprehendit Iſern. ſecundum eum cõtrarium tenentem; ſed quod ſit ſemper hæreditariũ, non ex pacto,& prouidentia, in cap.1.quid iuris ſit,ſi vaſſall.poſt alienatio.feud.recuper. in cap.1. §.quid ergo,de inueſt.de re alie. fact.d.cap.1.§.præterea ducatus, in additio.

Sed aduertatis,pro defenſione Iſerniæ, quòd nedum non dixit feudum emptum eſſe hæreditarium, ſed contrarium in ſpecie tenuit.Quod non dixerit,diſcurramus loca ſupra allegata, quæ Camerar. citat, & quidem ſi attenditur id, quod dixit in §. quid ergo,iam ipſemet Camerar.fatetur, quòd ibi Andr. loquitur in feudo nouiter empto,in quo di-
52 cit, quod ſi contra patrem eſt præſcriptum,ſit præiudicium filijs, ſicut in feudo hæreditario, vel nouo aliter acquiſito; & ſic in iſtis verbis Andr. nulla vis eſt facienda, poſtquam feudum,ex
53 pacto,& prouidẽtia nouum:habet vim hæreditarij [Iſer.in cap. 1.an agnat.colum.3.verſ.ſi diceremus,& in cap.1.colum. vlt. de alien. feud. patern. & in cap.1.§. Titius,in vltimo verbo,ſi de feu. defunct.milit.] Immò Andre.ibi videtur æquiparare feudum emptum, vel alio modo acquiſitũ. Si verò attenditur id, quod dixit in d.cap.1.quid iur.ſit;nec uerbũ quidẽ hauriri poteſt, ex quo colligatur Andr. fuiſſe in opinione, quòd feudum emptum ſit hæreditarium,non ex pacto,& prouidentia: Et licet dicat, quòd habet, iure emptionis,uel donationis,non negat,quin poſſit eſſe in ſua recta natura ex pacto,& prouidentia;tota uis conſiſtere uidetur in eo, quod Iſern. dicit in §. præterea ducatus, ubi apertè uidetur fuiſſe intẽtionis, quòd feudum emptum ſit ſemper hæreditarium, poſtquam dicit, quòd ſi aliquis quæſiuit feudũ pro ſe, & filijs;& deſcendentes uixerunt ſecundùm ius Francorum, factũ patris obſtabit filijs;ſecus in feudo ex pacto,& prouidentia. Ita quòd innuit,hoc caſu, feudũ eſſe ſemper hæreditarium [Loffred. in conſ.1.num. 199.] qui tenet, quòd feudum emptum ſit ex pacto,& prouidentia, non hæreditarium, ſe inuoluit, & conatur reſpondere pluribus modis. Primò, quòd factum patris nocet filijs in feudo pacti,& prouidentiæ,quando filius non ex perſona propria uult ſuccedere in gradũ patris, ſed quando iam uult ex perſona patris. Secudò,quòd loquatur in feudo nouo. Tertiò, quòd acquiſiuit filio vt hæredi. Et licet in hoc obſtet [text. in l. cum à matre.C,de rei vendicat,] tamen ipſe dicit, quòd filius tenetur eſſe hæres in allodio.

Quid

Quid dicẽdum ? Maximè doleo,vt compellar dicere Loffred. & Camer. viros ita peritiſſimos, manifeſtè allucinatos circa Iſer.
54 intelligentiã . Aduertatis domini,quod Iſer.cũ in vno loco plenius tractat articulũ,in alijs locis ſolet ſe remittere, & attendendũ eſt id,ꝙ dicit,vbi latè tractat articulũ: hic articulus an præſcriptio obſtet ſucceſſoribus in feudo, vel hæreditario,vel ex pacto nouo , vel antiquo , tangitur per Iſer.in plurib. locis.ſ.in [d.§.præterea ducatus,in c. 1. de ſucceſſ. feud. verſ.& olim in conſt. regni conſuetudinem, & pleniſſimè in prçalleg.§.quid ergo]vbi adducit rationes pro,& contra, & diſtinctè loquitur;& dũ tractat de feudo empto,loquitur in feudo nouiter empto,vt ipſemet [Camer. fatetur in præall. §. præterea ducatus,fo.97.lit.R.] Quomodo ergo eſt faciẽda vis in eo,quod obiter in d.§.præterea ducatus Iſer. dicit ? Sed nec dixit , quia paulo poſt ſe remittit ad id, ꝙ dixit in tit.de inueſt.de re alien. fact. vbi loquitur, vt dixi, in feudo nouo, quod habet vim hæreditarij , & ſic ceſſat omnis dubitatio , quòd Andreas ſenſerit feudum emptum non eſſe hæreditarium , ſed ex pacto,& prouidentia. Ponderate [Iſern. in cap. 1. §. & quia vidimus,in fine primæ col. de his,qui feud.dar.poſſ.] quem ad hoc põderaueram antequam legerem Loffredum ; dicit ibi Iſern. quòd ſi aliquis emit feudum à domino , & non adiecit pactum, vt fœmina ſuccedat:intelligitur cogitaſſe de maſculis, prout dixit pluries in feudo ſimpliciter conceſſo , non empto, per [text.in cap. 1. §. & ſi clientulus, de alienation. feud.] Ita quòd manifeſtè non facit differentiam inter feudum emptum & aliàs acquiſitum : & contra Odoffredum : quod in feudo empto fœmina non ſuccedat , quòd iſtius fuerit intentionis Iſernia ponderat [Loffred.in cõſ. . . & in cap. 1. 2. col. de feud. guard.in cap.1.an agnatus,& in cap.1.§.& ſi libellum,de alienat. feud. pater.]

55 Ibi ſiue fœminas , ſi de his nominatim dictum ſit , ratio , quare fœminæ non ſuccedunt in feudo , ponitur per [gloſ. in cap. 1. §.hoc autem, de his , qui feud.dar. poſſ.] licet in illa non perſiſtat , quia non poſſunt dominum iuuare , nec pugnam facere,& ibi Bald.declarat , quia ſeruitia feudi conſiſtunt in pugna , & ſic in ſeruitio virili , vnde fœminæ excluduntur tanquam non capaces : quia , cum non ſint capaces cauſæ , non ſunt capaces cauſati . Sed idem [Bald. in l. quotiens. 2. column. C.de ſuis , & legit.] ponit quinque rationes.

Primo,naturali ratione,quia

arma ferre non valent.

Secũdo propter iuſtitiam honeſtatis, quia non debent ſe immiſcere cętibus virorum, & maxime illuſtrium, vt [l.ſi qua Illuſtris.C.ad orſi.]

Tertio propter fragilitatem conſilij, quia non eſt apta nata ſolidis conſilijs.

Quarto propter lubricitatem voti, quia ter mutatur in hora.

Quinto, propter periculoſitatem ſecreti, quia neſcit ſecreta retinere: quæ omnia ſunt diſcrepantia à natura feudi, vt in [cap.1.de nou.form.fidel. ſequitur Bal.Curt.in tract.feud.3. par. principali, in princ. Caſſane.in conſuet.Burgun.rubr. 3. §.5. fol. 112.num.28.]

56 Et non ſolùm fœminæ excluduntur à feudi ſucceſſione, ſed etiam earum filij [cap. 1. §. hoc autem, de his, qui feudum dar. poſſ. cap.1.de ſucceſſio. fratr.vel de gradib.ſuccederit.in feud.] ea ratione, quia carent principio producente: fœmina enim non eſt agens aptum operari tranſmiſſionem, licèt maſculus eſſet patiens actus confirmari, ſi fieret tranſmiſſio: & ſicut medium prædium, quod non ſeruit, impedit ſeruitutem; ita media perſona, quæ non ſeruit in feudo, impedit ſeruitutem, ideſt feudũ, quod eſt quædam ſeruitus, ita [Bald.in d.l.quotiens. C. de ſuis, & legit.] & quia quod obijcitur alicui, poteſt obijci etiam eius deſcendentibus [Iacob. de Ardizo. in ſumm.feud.lib.3.de ſucceſſ. feud. col. 2.] Infecta enim radice, infectum eſt omne, quod ab ea deſcendit [argum. l.ſi viua matre, C.de bon.mater.ita Curt. in tract.feud.3.par. princip. verſ. circa primam partem.] Et iſtas rationes non perpendens [gloſ. in d.cap.1. §. hoc autem, de his, qui feu.dar.poſſ.] licet primo aſſignaſſet rationem, quare fœminæ in feudo non ſuccedebant, ſcilicet quia non poterãt dominum iuuare, nec pugnam facere, inſtando, quòd hæc ratio nõ militabat in filio fœminæ, nõ perſiſtit in ſua ratione; ſed dicit, quòd fuit pro ratione voluntas.

57 Limitatur, tamen regula iſta multis modis, de quibus per [Iacobi.in ſua inueſtitura in verbo, & fœminis, & latiſſimè per Curt. vbi ſupra: & præcipuè in iſto Regno, ut in conſtit. Regni in aliquibus, & in conſtit. vt de ſucceſſionibus, Iſern.in cap. 1. §. & quia vidimus, de his, qui feud.

58 dar. poſſ.] Immò in tantum eſt fœmina habilitata ad feudi ſucceſſionem in Regno, quòd defuncto feudatario, ſuperſtite filio ſecundogenito, & nepte ex filio primogenito, præfertur neptis filio maſculo [Napodan. in conſuetud.ſi moriatur, in verb. maſculis, num.118.vbi Capycius in additionib.] qui dixit, quòd hæc opi-

opinio fuit approbata tempore Regis Ferdinandi I. tempore Regis Roberti, & tempore Reginæ Ioannæ.

59 Ibi, ad hoc, vt fideliter domino ſeruiat: Quærit Iſern. an conceſſo feudo, ſimpliciter veniat ſeruitium, maximè quando conſueuit in inueſtituris exprimi, quod videtur; quia in contractu intelliguntur illa, quæ ius intelligit [l.ſi cui.ff. de ſeruit.] & quia attenditur, quod conſuetum eſt fieri per inueſtientem [argum.l. quod ſi nolit, §.quia aſſidua.ff.de ædilit.ædict.l.ſi finita, in princ.ff. de damn. infect. l. fundi. C. de fund.patrim.lib.12. eſt text. in l. qui ſemiſſes.§.fin.ff.de vſur. l.vel vniuerſorum.ff.de pignorat. act. l ſi negotia.ff.de nego.geſt.] quia

60 conſueta exprimi, intelliguntur, etiã ſi non exprimantur [c.cum

61 M.de conſtit. quia facta ſimpliciter locatione, intelligitur merces conſueta [l.excepto, vbi glo. C.locat.] quia in contractu bonæ fidei veniunt ea, de quibus non agitur, nec cogitatur; cum extra id, quod agitur, tacita naſcatur obligatio [l.ſi is qui.§. fin. ff.commodat.& quia ſolemnitas præſumitur.l.ſciendum.ff.de verbor.oblig.]

62 Contrarium tenet, quòd non veniat ſeruitium: quia non eſt de ſubſtãtia feudi ſeruitium, ſed fidelitas [cap.1.§.nulla, per quos fiat inueſtit.] quæ importat ſex, Incolume, Tutum, Honeſtum, Vtile, Facile, & Poſſibile; & non ſeruitium, quod non promittitur certum, & incertum; nemo enim præſumitur dicere, quod non mente agitauit [l.Labeo. ff. ſupellectil.legat. & quod mente agitauerit debet probari, l. qui cum tutoribus, ff. de tranſactio. & quia ſi in donatione non additur conditio: remanet integra donatio l.ſi repetendi, C. de donatio.ob cauſ.]

63 Non obſtat primũ argumentum, quia illa, quæ ius intelligit in contractu, ſunt ſi ſalua, ſanaue ero [l.publia.ff.depo.ſi potero, l. fin. ff. qui ſatiſdar. cogant. Si res in eodem ſtatu permanet, l.cum quis, ff. de ſolutio. Si agnouerit legatum, ſi adiuerit hæreditatem l.3.ff.de leg.1.l.conditiones, quæ èxtrinſecus.ff.de conditio. & demonſtratio.] & inter ea, quæ ius intelligit, ſunt iſta, quòd reddatur, quod deuenit in contractu in eadem bonitate [l.cum quid. ff.ſi cert.petat.] & illa, quę inſunt contractui, ſine quibus contractus non eſſet, vt in promiſſione dotis ineſt, ſi matrimonium effectualiter contrahatur [l. ſtipulatione.ff.de iur.dot.] & ſic ſunt illa, quæ in ſermone tacitè excipiuntur, d.l.ſi cui, vt etiam eſt, vt non teneatur libertus ad immoderatum [l.ſi libertus ita, ff.de oper. liberto. Sed quæ ſunt extra contractum (ſicut eſt id; de quo

agitur,nam poſſum donare tibi, non adiecto ſeruitio) nunquam intelligentur ſi non dicantur.

64 Non obſtat ſecundum argumentum, quia intelligitur in eo, quod certum eſt, donatorem donaſſe,& in donatione dixiſſe,vt ſi donauit nummos, nec apparet, quos,cum multiplicis ſtatus, & conditionis ſint nummi, tũc inſpicitur,quod conſueuit [l.ſi ſeruus plurium.ff.de lega.1. l.ſi cui. ff.de ann.legat.l.cum alimenta. ff.de alimen.& cibar. legat.] ſed quòd extrinſecus preſumatur dixiſſe, quod non dixit, ſecus, immò habetur pro tacito, quod eſt omiſſum [l. quicquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig,& in d.§. quia aſſidua] dicitur,vt quis obligetur,vt conſueuit obligari, ſed vt intelligatur perſona, quæ non exprimitur,nõ inuenitur, immò contrarium [l.ſi ita. §. chriſogonus,in fin.ff.de verb.oblig.]

Non obſtat tertium argumẽtum,quia [Inno.in cap.2.extra de reſcript. dicit, quòd conditiones in contractibus, & in reſcriptis non intelliguntur, niſi ſint generales,ſi potero, ſi ſanã ſum,32.quæſt.vlt.cap. vnic. cap. ſufficiat,iunct.gloſ.27.q. 2.]

Non obſtat quartũ argumentum : quia merces eſt de ſubſtãtia locationis [§.ſi vt pretium in venditione,l.2.ff.locat]

Non obſtat quintum argumentum:quia intelligitur in his, quæ ſunt circa cõtractum, vt eſt exemplum [l.fin. ff. de conditio. ob turp.cau. Item illud venit officio iudicis,l.bonæ fidei,in gloſ. ff.de eo,quod cert. loc. Item illud procedit in contractu bonæ fidei : ſed donatio eſt contractus ſtricti iuris, l.cum qui. ff. de donatio.]

65 Non obſtat vltimum argumentũ : quia procedit in ſolemnitate intrinſeca, non autem in extrinſeca,quæ non præſumitur, [l.quæcunque,in fin.ff.de publicia.in rem actio.Ita etiam tenuit Iſern.in cap. 1.§. ſed nec alia iuſtior,nu. 33. & 38. quæ ſit prim. cauſ.benef.amitten.cap.1.verſic. mutus, num. 5. Epiſcopum, vel Abbatem,cap.1. §.ſimiliter,de capit.Conrad.]

66 Contra oppono : nam aut Iſern. loquitur extra Regnum,de iure communi feudorum; & ſeruitium eſt ex lege;ſeu communi ratione feudi [cap.1.quib. mod. feud.amitt.cap.1. hic finitur lex. cap.1.§. ſimiliter, de capit. Conrad.cap.1.§.fin.de allod.cap.Imperialem. §. firmiter, de prohib. feud. alien.per Feder. cap.1.§.itẽ qui,quæ fuer.prim.cauſ.benefic.

67 amitten.] ſed feudum in dubio præſumitur conceſſum ſecundũ communem rationem,& legem feudi [cap. 1.§.præterea,quid ſit inueſt.ubi gloſ. Iacob. de Beluiſ. Bal.prope fin. Aluarot.1. colum. Iacobin. in inueſt. in verbo. qui qui-

quidem inueſtiti,num.87.& 88.
68 ergo,&c. Item feudum eſt indu
ctum propter ſeruitium, vt hic
in [tex.in fin. Iſern. cap.1.in fin.
an agnat.hinc Bart.in l.ſi finita.
§.ſi de vectigalibus,colum. 2. ff.
de dam.infect.] dicit,quòd feudatarius habet vtile dominium,
quia debet ſeruitium perſonale:
proinde feudatarius non ſeruiẽs
perdit feudum, conditione cauſa data,cauſa non ſequuta [cap.1.
de feud.ſin.culp.non amitten. &
qui non poteſt ſeruire, non eſt
habilis ad feudum,cap.1.an mutus,vel alias imperfectus, cap.1.
§.mutum, Epiſcopũ, vel Abbatem, c.1.de vaſſal.qui arm. belli.
69 depoſ.] Tertiò, ſeruitium ineſt
principaliter in iuramento fidelitatis [cap. 1. de form.fidelitat.
ibi] quòd in prædictis vaſſallus
auxilium,&c. ſi de fidelitate ſaluus eſſe,&c. [cap.1.de nou.form.
fidelit. ibi] & contra eum auxilium,prout potero, &c. [cap.1.
in fin.hic finitur lex;ibi] interim
eſt ſolutus ſacramento fidelitatis; propterea [Iſern.in cap.1. §.
porrò,quę ſit prim.cauſ.benefic.
amitten.] dicit, quòd fidelitas
importat, quòd cum domino ſit
contra inimicos domini,& [in §.
denique, num. 40.] dicit,quòd
ex forma fidelitatis, quam iurat
vaſſallus,tenetur ſeruire.Quartò,
obſtat cómunis concluſio, quòd
feudum francum non eſt,niſi dicatur in ſpecie; quia excedit naturam recti feudi [Bald. in cap.
inter dilectos,colum.2.num.10.
de fid.inſtrum.Alex.in conſi.30.
volum.1.Iaſ.in prælud. feud.col.
3.in 8. diuiſio.Immo Bald. poſt
Io.Monac. dixit in l.1. num.13.
C.ſi plur. vn. ſent.] quòd feudatarius tenetur ad ſeruitium, etiã
ſi eſt dictum ad habendum iure
proprio.

Aut Iſernia loquitur in Regno,vt non veniat ſeruitiũ conſuetum in Regno, ſed ſeruitium
ſecundùm ius commune feudorum;& tunc oppono ex alijs cõcluſionibus eiuſdem [Iſern.nãq;
in cap.1. num.5. de eo, qui ſib.
& hæredib.ſuis maſcul.& fœm.]
70 dicit,quòd facta inueſtitura,ſeruata forma illius cap. eſt interpretanda ſecundum legem Regni,quæ eſt, vt ius commune in
Regno,& in [cap.1.§. præterea
ducatus,in 1.additio. in fin.] dicit,quòd dans feudum, intelligit
id, quòd lex, vel conſuetudo intelligit,vt primogeniti ſuccedãt,
& cap.1.verſ.omnem,in fin.de
nou.form. fidelit.] dicit, quòd ſi
71 aliquis promiſit facere fidelitatem pro feudo,primo attenditur
conſuetudo Prouinciæ, ſi adeſt,
quomodo ſit pręſtanda;& ſi non
adeſt,præſtabit ſecundnm capi-
72 tula feudorum.Item in conſtit.
Regni, vt de ſucceſſ.dixit, quòd
feudo ſimpliciter cõceſſo, venit
frater ad feudi ſucceſſionem, ex
lege Regni,à qua inueſtitura recipit

cipit interpretationem,non autē intelligitur de ſolis filijs ſecundùm ius commune feudorum.

73 Item aſſenſus habet vim nouæ inueſtituræ [Iſern.cap.1.colum. 4.qui ſucceſſ.teneant.cap.Imperialem, colum. 1.de prohib.feu. alienat.per Feder. cap.ſi minori, ſi de feud.defunct.milit.cap.1.§. & ſi clientulus,de alienatio. feu. cap.1.§.hac ædictali,verſ.in Regno Siciliæ,de prohib.feu. alien. per Lothar.] qui enim confirmat,dat, [l. lege obuenire, ff.de verbor.ſignific.occultatur enim vnus actus,Bald.in cap.ſi facta, ſi de feu.defunct. milit. vbi Præ-

74 poſit.] Sed quando Rex aſſentit non expreſſo,vel reſeruato ſeruitio, intelligitur ſeruitium conſuetum [Iſern.cap.Imperialem, 1.addit.num.11.de prohib.feud. alienat.per Feder. ergo idem, facta ſimpliciter inueſtitura.Item Iſern.in cap.1.verſ. quod autem, de controu. inueſt. dicit, quòd conceſſo feudo ſimpliciter, venit ſeruitium conſuetum, apertius in cap.1. de controu. inter maſcul.& fœmin. in additio. nu. 3.] dicit,quòd feudum præſumitur datum ſecundùm formam conſuetam, in Regno, ſcilicet, quòd de quibuslibet viginti vncijs debeat vnum ſeruitium militare,in tantum,quod ſi neſcitur quantitas territorij conceſſa in feudum, præſumitur, prout eſt proportionata ad dictum ſeruitium,vt etiam dicit in [d. conſt. ſi vaſſallus,& aliàs in cap.1. §. & ſi libellum,in fin.de alienat. feu.

75 patern.] dixit, quòd forma conſueta,quæ ſolet in priuilegijs, & conceſſionibus apponi, ſemper præſumitur.Item in conſtit. Regni ſi vaſſallus:dixit, quòd ſi conſueuit inueſtiens apponere clauſulam,quòd ſine citatione, facta ſub monitione, feudatarius poſſit feudi poſſeſſionem reaccipere,dominus intelligeretur, quia forma conſueta præſumitur, & tūc requiritur citatio, ſicut quando expreſsè eſſet actum.

76 Oppono item ex alijs concluſionibus iuris ciuilis. Et primò, cōceſſa emphyteuſi pro ſe,ſuiſq; filijs maſculis, & fœminis,venirent omnes pariter ad ſucceſſionem,niſi in ciuitate aliter ſe haberet conſuetudo circa conceſſionem emphyteuſis; vel niſi eſſet in ciuitate ſtatutum,quòd fœmina non ſuccedat, extantibus maſculis: quia tunc intelligitur facta,ordine ſucceſſiuo, ita [Bar. in l.iuſiurandi.§.ſi liberi,num.5. de oper. liberto. & in conſ. 60.]

77 Item ſi emphyteuſis non conſueuit concedi, niſi in primum hæredem,facta ſimpliciter conceſſione pro hæredibus, reſtringitur ad primum hæredem: & ſi conſueuit concedi in ſecundum hæredem, reſtringitur ad ſecundum, & ſic deinceps: ſemper enim dicit attendendam naturam,

ram,& conſuetudinem rei.Item conceſſa ſimpliciter re in emphyteuſim tranſit ad tertiam generationem, vel eſt perpetua, ſi ita ſe habet conſuetudo Eccleſiæ concedentis[Angel.in §.emphyteuſim, in authen. de non alienan.& in l.1.num.10.C. de iur.emphyt. probat Alex. in cōſ. 124.5.volum. Felyn.in cap.cum M.nu.13.de conſtit.]

78 Quid dicendum? Videamus quid ſentit verè Iſern. & ipſum quantum fieri poteſt, defendamus. Format Iſern.quæſtionem in Regno,& dicit, quòd non venit ſeruitium conſuetum in Regno, licet ſoleat exprimi: quia hoc ſeruitium non eſt iucluſum in fidelitate,de mēte Iſerniæ patet ex verbis præcedentibus, dū dixit, quòd conceſſo feudo, vt ſeruiat,veniet ſeruitium conſuetum in Regno,quòd pro ſingulis 20.vncijs ſoluātur vnciæ decem cum dimidia: vnde cum quærit, an ſi non eſt dictum, vt ſeruias, intelligitur de eodem. Item ex uerbis ſequentibus, cū hic mixtim Iſern. tractet duas quæſtiones,iſtam videlicet,& aliam,an facta infeudatione ſimpliciter in Regno,cenſeatur facta ſecūdùm communem formam,ſcilicet p

79 hæredibus ex corpore. Tertiò, quia dicit, quod venit fidelitas, quæ ſine dubio includit ſeruitia, prout de iure communi feudorum: patet etiam,quia [Iſernia in cap.1.§.ſed nec alia, colum.4. quæ ſit prim. cauſ.benefic.amitten.] dicit,quòd forma conſueta in Regno in priuilegijs circa ſeruitia eſt,vt dicatur, vt inde ſeruiat ſecundum conſuetudinem Regni,& ipſe hic clariſſimè di-

80 cit feudum non pręſumi datum ſecūdùm communem formam, prout etiam dixit in [c. 1. §.pręterea ducatus,de prohib.feu.alie. per Feder. & in conſtit. Regn. vt de ſucceſſionib.ita Iſern. declarauit in c. 1. §. quod autem,poſt princ.de contro. inueſt.] vbi di-

81 cit, quòd in feudo poteſt eſſe ſeruitium indeterminatum; & tunc videtur intelligi illud,quòd ſecundùm morem, & naturam feudi debetur, allegat [gloſ. in cap.1.§.fi.de capit.qui cur.vēd.] quia hoc dicit, quòd feudo ſimpliciter conceſſo, venit ſeruitiū, quod ex natura feudi debetur. Iterum magis apertè [cap.1.de controu. int.maſcul. & fœmin.] vbi primò format quæſtionem, ſi non apparet pro quibus bonis vaſſallus præſtet ſeruitium, quid præſumetur; & arguendo dicit, quòd præſumitur datum ſecundùm formam conſuetam in Regno Siciliæ,quod de quibuslibet viginti vncijs,debeatur vnū ſeruitium militare: poſtea pro deciſione iſtius ſubnectit aliam, ſi Eccleſia locauit in emphyteuſim territorium, & non conſtat de finibus, an præſumatur locatio,

tio, prout conſueuit in ſimilibus confinibus locari, per l.excepto,
82 in qua concludit, quod in contractibus ſemper conſideratur, ſi non agitur id, quod conſuetum eſt de iure, proinde dicit, quòd poſtquam Eccleſiæ ruinoſæ debent concedi, deducta tertia parte redditus, & non ruinoſæ. Sexta, ſi præſumitur Eccleſiam locaſſe; ideo [Iſern. in cap. 1. §. ſed nec alia iuſtior, num. 33.] poſtquam dixit, quòd non uenit ſeruitium, facta ſimpliciter inueſtitura, ſubdit: Sed quòd ſeruitium debeatur, dixi in §. huius autem generis. Venit ergo ſeruitium, prout eſt de iure communi feudorum, non autem conſuetum in Regno, ex mente Iſern. quem hic Afflict. ſequitur: propterea
83 allucinatur [Camerar. in repetit. cap. Imperialem, in princ. litera G. de prohib. feud. alien. per Feder.] dum Iſern. hic dicentem, quòd ſeruitium non eſt de ſubſtantia feudi, intelligit, de ſeruitio ſub aliqua ſeruitute ſeparata, vt portare litteras: quia, vt vide-
84 tis, Iſern. intelligit, quod ſeruitiũ conſuetum in hoc Regno non ſit de ſubſtantia feudi, immò ſeruitium illud eſſet contra naturã feudi, d. §. præterea: vnde fatuus fuiſſet Iſer. ſi ſeruitiũ qđ eſt contra naturã feudi, voluiſſet dicere, ꝙ non eſt de ſubſtantia feudi; intellexit ergo, qđ ſeruitiũ conſuetũ in Regno non eſt de ſubſtan-
85 tia feudi. Et ſic etiam allucinatus eſt Præpoſitus hic, qui intellexit Iſer. in omni ſeruitio, etiam ſecundùm ius commune feudorum. Ideo etiam cautè legatis, [Paris. de reintegratio. feud. fol. 144. volum. 3.] qui aliter videtur Iſerniam intelligere, ſcilicet ſimpliciter in omni ſeruitio. Cum
86 Iſern. in effectu concordat [Angel. in l. licet. C. locat.] vbi ſi mos regionis erat, vt ſemper conducens fundum, in ſe reciperet periculum ſterilitatis ex pacto, ſi apparet facta locatio ſine pacto, contractus iſte non ſupplebitur à conſuetudine: & quod ſi in
87 præſidatu domini erant ſoliti infeudare cum onere ſoluendi releuium in omni trãslatione feudi de perſona ad perſonam, ſi nõ apparet in feudi inueſtitura, non præſumetur cum onere prædicto.

Oppoſitiones hoc modo ceſſant: Primæ quatuor penitus, quia iam Iſern. tenet venire ſeruitium ſecundùm ius commune feudorum: aliæ autem, dum Iſer. voluit attendi conſuetudinem Regni, ſeu Prouinciæ, iam loquitur in expreſſis: & idem hic dicit, dum conſtituit differẽtiam, quando eſt conceſſum feudum, vt ſeruiat, vt tunc veniat ſeruitiũ conſuetum in Regno; & quando eſt ſimpliciter facta conceſſio; vt vt tunc non veniat: & ita etiam concordatur Iſernia cũ illis con-

clu-

cluſionibus iuris ciuilis,ex mente Bart. Bald. & Angel. quia ibi tractatur de interpretando conceſſionem in expreſſis,quod hic admittit Iſern.Nec obſtat, quòd frater ſuccedat fratri in feudo ſimpliciter conceſſo; quia in cōceſſione intelligitur pro hæredibus [l.ſi pactum. ff. de probation.] non autem ſeruitium, niſi quatenus ineſt fidelitati. Item habemus conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus.derogantem iuri communi, & ampliantem ſucceſſionem in tranſuerſalibus,ſecundùm interpretationem pru-
88 dentum in Regno. Item inueſtitura non recipit interpretationem à conſuetudine hominis, ſeu facti tantùm,ſed à conſuetudine iuris,quæ tanquam lex obſeruatur in loco, & ſic limitatur dictum [Bald. in l. liberti, libertæque,C.de oper.libert.] & alio-
89 rum,quòd feudum præſcriptum reguletur ſecundùm naturam regularem feudi,quæ tamen ſeruatur in loco,vt intelligatur de conſuetudine iuris, & non facti. Et licet aſſenſus habeat vim inueſtituræ,tamen aliud eſt infeudare principaliter,aliud eſt conſentire alienanti feudū,vt [Iſern. in d.cap.Imperialem, colum. 4. verſ.ſed ſi vendebatur] ſe decla-
90 rat, cum dicit, quòd conſenſus operatur in hoc,vt venditor, qui ſine conſenſu non poterat alienare,trāsferat in emptorem ius; quod habet,ideſt vtile dominiū, & cōſenſus operabitur, vt valeat quantum poſſet valere, quando poſſet alienare ſine aſſenſu, Ideo col. 5.ſubdit,quòd propterea dicitur conſentientem, & confirmantem dare, ſed aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire, & [Bald. in cap.quæ in eccleſiarum,colum. 3. de conſtit.] dicit; quòd domino conſentiente,omnis conceſſio valet, nec dicitur dominus alienare, ſed alienantē non impedire, & ius eius prorogare, non de nouo concedere, & [Camer.dicit in cap. Imperialem, fol.43.liter. B.] quòd eſt actus mixtus, quia trāsfert vaſſallus vtile dominium, & dominus conſentiendo perficit actum, vt etiam declarat [Iſern.in conſtit. cum circa,& ideo Dec. in conſi. 144. dicit, quòd aſſenſus tollit
91 impedimentum. Item ibi tractatur de donando ſeruitiū iam formatum, & conſtitutum in illo feudo; & dum Iſern. in d.cap. 1.de controu. inter maſcu.& fœmin.dicit,quod venit ſeruitium conſuetum in Regno, vel quòd præſumitur communis forma in [conſtit. ſi vaſſallus, & in cap. 1.de alienatio.feud. patern.] debet intelligi ſecūdùm hic dicta, quia ibi ad hic dicta ſe remittit: & ſic habetis dicta Iſer.hic, & in tot locis declarata.

Effectus autem iſtius concluſionis poteſt eſſe multiplex, tùm

in

in beneficium Regis,tum in beneficium feudatarij, propter differentias inter ſeruitium debitũ de iure communi feudorum, & illud, quòd eſt conſuetum in
92 Regno. Et primo circa caſus, in quibus debet ſeruire, ideſt quando de iure communi feudorum, non attenditur, niſi an bellum ſit iuſtum, vel ſaltem dubium, vt in cap. 1. hic finitur lex. At in Regno pro defenſione Regni notabili, vel rebellione graui,non ſimulata, non procurata, non momentanea, ſed manente,vt per [Iſer.in d. §. ſed nec alia iuſtior, Afflict.in prelud. feud.num. 67.]

Secundo circa locum. De iure communi feudorum tenetur feudatarius ſeruire extra
93 territorium, quia in quocunque loco ſit dominus cum ſuo exercitu, ibi cenſetur omne ſuum territorium: & quia [tex.in cap. 1. de nou.form.fidelit.] non diſtinguit locum,ſi tamen bellum eſt iuſtum, pro defenſione rerũ, quas extra Regnum haberet; ita [Bald.in cap. 1. quib. mod.feud. amitt.lo primo,vbi Aluarot.col. 3.& Præpoſit.& Iacobin. in ſua inueſtit. in verbo promiſerunt eidem domino] At in Regno, quia forma priuilegiorum eſt, vt inde ſeruiat ſecundùm vſum, & conſuetudinem Regni,& non ſit adiectus locus,vbi ſeruire debet; debet intelligi de loco domicilij Regis, qui eſt totum Regnũ, per [tex.in l.opere. ff. de oper.liberto.& tex.in cap. 1.de nou.forma fidelita.] qui dicit, quòd debet vaſſallus ſeruire pro defenſione rerum domino, reſtringitur ad res, quæ infra Regnũ poſſidet. Ita [Iſern.in d.cap. 1. quæ ſit prim. cauſ. benefic.amitten.] qui ponderat etiam ad hoc capitula Papæ Honorij, & quòd non debet vaſſallus vagare per Orbem; & quòd Reges Siciliæ abuſi ſunt, & quod Imperator Federicus ideo fuit depoſitus,
94 quia homines Regni ſeruiliter tractabat: hoc tamen limitatur, niſi pro defenſione Regni, vel quando parum extra.

95 Tertiò, circa expenſas vaſſallus feudatarius tenetur ſumptibus proprijs,vſq; ad fructus feudi exhibere ſeruitium domino in bello infra feudum, vel Regnum,vbi ſitum eſt feudum, ſecundùm ius commune feudorũ, per [tex.in l.ſuo victu.ff.de oper. libert.ita Iacob.de Ardizo. in 1. par.ſumm. 2.cart.Ioan.Blanc.in 2. part. ſumm. in tit. quib.mod. feud.amitt.col.6.probat Bar. in l.Mæuia.§.fin.ff.de ann.legat.Bal. in l.liberti,libertæque, num. 11. C. de oper. liberto.Speculat.in tit. de feud. quæſt. 22. num.42. Angel.in l.ſi non ſortem.§.libertus,num.7.ff.de conditio. indeb. Ioan.Rayn.in cap. Imperialem. §. firmiter, num. 13. de prohib. feud.

feud. alienatio. per Feder. Petr. Iacob.in pract.de cauſ. ex quib. vaſſal.amittat feu.num.11. Iacobin.in ſua inueſtit.in verſ.& promiſerunt eidem domino, Aluarot.in cap. 1. colum. 4. de nou. form.fidelit.vbi Præpoſit.col.3.] At in Regno feudatarius habens feudum quaternatũ tenetur ſeruire ſumptibus proprijs in bello tribus menſibus tantùm in anno,cũ tribus equis, pro quibuſlibet vncijs 20. in quibus feudũ in Regno conſiſtit: vltra autem tres menſes, non tenentur ſumptibus proprijs, ſed ſumptibus Regis c. Regni item ſtatuimus, quòd Comites [Iſern. in cap. 1. num.4.quis dicatur Dux, & cap. 1.§.omnes filij, colum. 1. ſi de feud. defunct, milit. in cap.1. §. firmiter in princ. de capita. qui cur.vend.Luc.de Penn.in l.vſum aquæ, 1.colum. C. de aquæduct. lib.10.Capyc.in deciſ. 10. num. 4.& in cap.Imperialem, de prohib.feud. alienat. per Feder.] &
96 computantur dicti tres menſes non à die,quo de domo receſſit vocatus per curiam, vt vadat ad exercitum, vel à die, quo cępit ſeruire,& eſſe in exercitu; ſed à tẽpore,quo facit monſtrã,Iſer.in conſt. Regn. hoſtici exceptione;
97 feudatarius vero habens feudũ planum,& de tabula, non tenetur ſeruire ſumptibus proprijs, ſed ſumptibus Baronis; immò per dies quadraginta tantùm, vt de hoc extat declaratio Regis Roberti, de qua meminit [Aflict.in cap. 1. §. ſed nec alia, nu. 25.quæ ſit prima cauſa benefic. amitten.& in cap. 1. §. ſimiliter, in princ.de capit. Conrad.] Do-
98 nec autem agitur de expẽſis circa ſeruitia exhibenda extra feudum, vel Prouinciam, ſiue Regnum,vbi ſitum eſt feudum, ſit diſtinctio ſecundum feudiſtas: Aut tractatur de ſeruitio, dum Rex vadit Romam pro coronatione; & debet ſeruire proprijs ſumptibus: Si verò de ſeruitio ex cauſa alterius publicæ expeditionis,non ſuis,ſed domini ſũptibus, ita [Iacob. de Ardizo. in prim.par,ſumm.2.cart. Io.Blãc. vbi ſupra, Aluarot.& Præpoſit.in d.cap.1.de nou.form. fidelit. Io. Rayn.in d. §. firmiter, qui dicit ita tenere Bertran.Capr. in dict. cap. 1. de nou. form. fidelit. & Odoffred.in ſumm. feudor. licet Ardizo.vbi ſupra] voluerit,quòd pro menſe ſeruiat expenſis proprijs,vltra expenſas domini. At [Iſern.in cap. 1.§.ſed nec alia iuſtior,colum.4.quę ſit prim.cauſ. beneſ.amitten.] tenet, quòd tenetur ſumptibus proprijs feudatarius ſeruire, etiam extra Regnum:ſicut in Regno,ſi pro Regni defenſione militat,idem etiã ſi Rex non militaret longe, ſed parum extra Regnum.
99 Quartò, circa quãntitatem, quando exigitur in pecunia de iure

iure communi feudorũ. Primò ſoluebantur duodecim denarij pro modio in Lombardia, in Theutonica verò terra tertia pars fructuum illius anni, quo fit ſeruitium [cap.1. §. ſimiliter, de capit. Conrad.] Poſtea verò auctum eſt vſque ad medietatẽ fructuum [cap. Imperialem, §. firmiter, de prohib. feud. alienat. per Feder. gloſ. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar.] At in Regno, feuda, pro quibus ſoluitur integrum militare ſeruitiũ, ſunt viginti vnciarum [Iſern. hic & in cap. 1. §. ſimiliter, de capit. Conrad. Luc. de Penn. in l. vſum aquæ. C. de aquæduct. Capyc. deciſ. 22. num. 5.] & quando conſiſtit in vaſſallis, ſoluuntur decem vnciæ cum dimidia, in quibus tenentur contribuere in beneficium Baronis, vaſſalli burgenſes pro medietate, dummodo contributio facienda per vaſſallos non excedat medietatem collectæ generalis tantum, ideſt carlenos quinque pro quolibet foculari: nam loco collectæ generalis ſucceſſit ſolutio unius ducati pro quolibet foculari, & nõ vltra, per cap. Regni Comites, & Barones, bene [Iacob. de Ayello in tract. iuris adohæ, num. 52.] Si verò feudum eſt in territorio ſine vaſſallis, ſoluuntur vnciæ ſex: quia non poteſt ſubueniri ſibi à vaſſallis, quos nõ habet, ita [Iſer. in cap. 1. in fin. quis dicatur Dux, & in d. §. firmiter, 1. colum.] Si uerò feudũm conſiſtit in annuis redditibus, ſoluẽtur unciæ quinque, Iſern. ubi ſupra, licet conſuetudo inoleuerit, quòd ſoluũtur quinque, & una quarta, & ſic obſeruatur ſecundùm [Iacob. de

100 Ayel. ubi ſupr.] Et ſicut de iure communi, ſeruitia, quæ præſtantur in pecunia, uocabantur oſtẽditiæ, ut in d. §. ſimiliter, uel ſtipendia, ut in [cap. 1. §. fin. de allodijs] Ita in Regno uocantur adohamenta, quia conſueuerunt plures non habẽtes feudum integrum, aſcendens ad 20. uncias, adunare tot, quot faciunt unum militem, & cum per concubinatos, & adohatos, ideſt cõiunctos, & aſſociatos fiebat ſolutio, fuerunt dicta adohamenta [Iſern. in

101 c. 1. uerſ. ille tamen, de contro. feud. apud par. term. & in d. §. ſimiliter] & ſicut de iure communi, ſi fructus feudi augebantur, augebatur ſeruitium in pecunia, quia attendebatur ualor fructuũ illius anni, ut in d. §. ſimiliter, tamen in Regno ſecus, quia ſemel taxato feudo pro uncijs 20. licet poſtea fructus augeantur, non augetur ſeruitium in pecunia, ſed ſoluitur ſecundùm taxam antiquam primo loco factam, & hoc eſt, quòd dicitur, quod feuda adohant, alla taſſa uecchia, [Iſern. d. §. firmiter, colum. 1. in fin. & in cap. 1. §. ſimiliter, in prima additione in princ. de capit.

qui

Digitized by Google

qui curi. vend. Idem Iſer.in cap. 1.num.1.in fin.1.colum. de vaſſall. decrepit.ætat. & in cap.1.§.ſi quis de manſo.verſ.quod autem,
102 de controu.inueſtit.immò per cap.Neapo.nec augetur adoha, vel alteratur taxa, quando feudũ alienatur,vt in cap.10. fol.142.]

103 Quinto, circa electionem, aut agitur ſi poteſt feudatarius, inuito Rege,recuſare ſeruitium perſonale,& eligere ſeruitium in pecunia; non videtur differentia inter ius commune feudorum,& conſuetudinem Regni; quia,de iure communi, magis communis opinio videtur,quòd vaſſallus non poſſit eligere,maximè quando, interuentu ſuæ perſonæ, poteſt magnum auxilium domino præſtare, fortè ſi eſt nobilis, & famoſus, qui ſi iret perſonaliter, iret multum aſſociatus; aut eſt magni conſilij.ita [Bal. in cap.1. §.fi.de allod.vbi Præpoſ. poſt Iacobi.ibi ſic etiam dicit Iſern.in Regno in d.§.firmiter]aut feuda-
104 tarius vult perſonaliter ſeruire, ſed Rex vult adohã in pecunia: & tunc,licèt de iure,etiam in Regno, non poſſit cogi feudatarius, [Aluarot. Præpoſ. & Iſer. in d.§. firmiter] niſi tamen in Regno non ſolueretur integrum ſeruitium,quia tunc fieret exactio in pecunia[Afflict.in cap.1.§.fin.de pac.iuram.firm.nu.17. in fi.& in cap.1.§.ex hoc,col.fin.num.6.de feu.fœmi.] vbi facit mentionem de cap.Regis Roberti, quod incipit,feudatariorum noſtrorum, & in [cap.1.col.fin.num.27.quis dicatur Dux,Capyc.deciſ.32.nu.3.probat Iſer.in c.1.col.2.de cõtrou.feu.ap.par.term.] dum narrat originem adohæ; tamen vſu receptum eſt,quòd Regia Curia cogit feudatarios ad ſoluendum pecuniam,etiã ſi ſint parati perſonaliter ſeruire,quod Rex facit, fauore publicæ vtilitatis;& fauor vtilitatis, & defenſionis Regni hoc admittit,& ſubſtinet [Iſer.in c.1.§.ſimiliter,de capit.qui cur.]

105 Sextò,circa formam ſubmonitionis,de iure cõmuni feudorũ debet legitimè vocari, §. fin.de allod.id eſt dato competenti ſpatio ad comparendum ad rationẽ 20.miliariorũ per ſingulos dies, ſecundùm [gloſ.in d.§. firmiter] vel dato competenti ſpatio ad ſe parandum, iter arripiendum,ad ſe præſentandũ, conſiderata tamen qualitate perſonæ, & arbitrio iudicis [Iac.de Beluiſ. & Aluar.ibi.] At in Regno,in ſubfeudatarijs requiritur trina monitio, vt in conſt.Regn.ſi vaſſallus,non autem in Marchionibus, & Comitibus,& Baronibus, in quibus illa conſtitutio non habet locũ: quia Rex generaliter ſubmonet omnes [Iſer.ibi.& in d. §. firmiter,vbi Camerar.]

106 Septimo,circa pœnam, de iure communi feudorũ,feudatarius,qui non facit ſeruitiũ perſo-

nale,aut debita ſtipendia nō ſoluit,punitur priuatione feudi[c.1. §.ſed nec alia iuſtior, quæ ſit pri. cauſ.benef.amitt.c.1.§.fin.de allod.c.Imperialem.§. firmiter, de proh.feud.alie.per Feder.] At in Regno in feudo quaternato remiſſa eſt pęna caducitatis feudi, quando non integra adohamēta pręſtātur,vt in c.Regn.incip.nolumus; & quod facit ſeruitiū diminutè, etiam ſciēter, tenetur in quatruplum,ex ritu curiæ,Iſer.in conſt.Regn.ſi vaſſallus,& ſi in totum non ſoluitur, punitur arbitrio Regis, Affl.in d. conſt.Dico in feudo quaternato,quia in planis,& de tabula ſecundùm rigorem ſeruaretur.

107 Dum Iſer.dicit; quòd nō eſt ſubſtantiale feudi ſeruitium, ſed fidelitas. Oppono,quòd immò non ſit de ſubſtantia,quia fidelitas pacto remitti poteſt[c.1.§.eſt & alia, quæ ſit prim.cauſ.benef. amitt.& poteſt eſſe feudum ſine fidelitate,c.1.in prin.de cap.Cōrad.& d.§.nulla] ergo non eſt de ſubſtantia, quia pactum contra ſubſtantiam contractus valet [l. cum precario.ff.de precar.]

108 Pro ſolutione,conſiderate,ꝙ aliud eſt iuramentum fidelitatis, & aliud fidelitas:quia iuramentū fidelitatis eſt ille actus præſtationis iuramenti cum ſua ſolemnitate, & fit in initio; fidelitas verò eſt obligatio permanens, & habens perſeuerantiam, & tractum temporis. Item iuramentū fidelitatis eſt, ſicut emere, quod tranſit in inſtanti, fidelitas uerò eſt ſicut emptio, quæ perpetuo manet.Ita magiſtraliter aduertit [Bal.in conſ.391.incip.ad euidētiā præmittendū eſt,nu.3.4.&5. 2.vol. ponitur tamē fidelitas pro iuramento fidelitatis, vt in c. 1. quid prec. deb. inueſt. an fidel.]

109 & hoc modo intelligitur, ꝙ fidelitas poteſt pacto remitti.i.iuramētū fidelitatis; & ita declarat [Iſer.in c.1.in prin.de cap. Conrad.Aluar.in c.1.§.eſt & alia,quę ſit prim.cauſ.benef. amitt. Curt. in tract.feud.1.par.q.7.] fidelitas enim,non prout iuramentum fidelitatis, ſed prout eſt obligatio permanens, eſt ſubſtantia ipſius feudi [Iſer.hic,& in c.1.§.porro, col.3. quæ ſit prim. cauſ.benef. amitt.Claud.in prælud. feud. in quæſt.quid ſit feudum,verſ. fin.] in tantùm,quòd valet argumentum negatiuè, non præſtatur fidelitas, ergo non eſt feudum, Curt.vbi ſupra.

Aduertatis tñ,ꝙ etiā fidelitas, prout eſt obligatio permanens, poteſt pacto remitti, quatenus conſiſtit in omittendo facere ea, quæ tenetur feudatarius ex forma fidelitatis, ſecus in cōmittēdo,& hoc eſt, quod voluit [Bald. in cap.1. §.1. colum. 1. de feud. guard. declaratur ut ibi per Aluarott. & Præpoſit. num. 13. & 14. Bald. in l.1. num.52. ff. de rer.

rer.diuiſ.& in cap.ſi cautio de fide inſtrum.colum.2. & Curt.in tract.feud.7.quæſt.in fin. 1. part.
110 principali] dum in quæſt. an valeat pactum,per quod felonia remittitur ; diſtinguunt inter fe-
111 loniam in committẽdo, & feloniam,in omittendo, ſeu feloniam contractus,& feloniam delicti;fidelitas namque,quę debetur domino ratione feudi,habet duas habenas, ſcilicet in faciendo, quæ fieri debent, & non faciendo, quæ fieri non debent:
112 quæ duo præcepta ſunt duæ habenę,per quas homo ſubditus ita ducitur, ſicut equus, & alia animalia ducuntur per habenas. Ita magiſtraliter notat [Bart.in tract.ad reprimendum, in verbo habenis,ſentit gloſ.in cap. 1. in verb.ſciens,quib.mod.feu.amitt. lo primo] dum facit differentiã, an quis deſerat fidelitatem ſe ſubtrahendo, vel delinquendo, & ibi magis apertè Iſern.in verſ. ſimiliter,in fine, dum diſtinguit poſt gloſ.aut deſerit fidelitatem
113 in omittendo, aut delinquendo, vel offendendo; & [Camer. voluit idem in cap.Imperialem, fol.35.liter.D.]per aliã verba di-
114 cere, quòd fidelitas continet præcepta affirmatiua, & negatiua.

Item [Iſern.in verſ.ſimile,dicunt] videtur dicere,quòd communis forma inueſtituræ in Regno eſt pro liberis ex corpore legitimè deſcendentibus. Contra.
115 Communis forma eſt in Regno pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus [Iſern. in cap.1.§.& ſi libellum,verſ.ſed quid ſi acquiſiuit, 2. colum. de alienatio.feud.pater.in cap.naturales,in additio. in princ. ſi de feud. defunct. milit. in conſtit. Regni vt de ſucceſſionibus, 3. colum.Lùc.de Penn.in l.1.col.7. de his qui ſponte muner. publi. ſube. Angel. in conſ.110. col.4. in princ.]
116 Pro ſolutione, conſiderate, quòd poſt verba ſibi, & liberis, deficiunt hæc duo verba, ſcilicet vel hæredibus, & ſic Iſern.eſt legendus. Patet, quia idem [Iſern. in cap.1.§.præterea ducatus; in prim.additio.1.colum.verſ.ſed ſi dicatur, de prohib. feud. alienat. per Feder.] dicit in effectu eadẽ verba,quæ hic,& ibi legitur verbum, vel hæredibus,poſt verbũ liberis,ibi, ſed ſi dicatur feudum conceſſum Titio, & liberis, vel hæredibus ſuis deſcendentibus, ſicut eſt forma conceſſionum in Regno: Sed nec eſt ſublata oppoſitio, quia hoc modo diceret, quòd communis forma eſt pro liberis,vel hæredibus ſuis ex corpore deſcendentibus; cuius contrarium aliàs dixit,& eſt veritas. Attendite, quia dum Iſern. dicit illa verba, quòd ſolet communiter in priuilegijs bonorum apponi,refertur,quando Rex dixit,

ſibi,& hæredibus ſuis, ex legitimo corpore deſcendentibus: quando verò dixit ſibi,& liberis, quo caſu erit feudum ex pacto, & prouidentia,& habebunt liberi etiam non hæredes, refertur, quando eſt dictum ſibi, & liberis: quoniam Iſern. ſimul ponit duplicem formam inueſtituræ, alteram,quando eſt dictum ſibi, & hæredibus ſuis,ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus.Secundam,de qua prius loquitur,dicit, ſecundùm communem formã: primam, de qua ſecundo loquitur, dicit continere feudum ex pacto,& prouidentia. Patet,quia dum dicit,quo caſu erit feudum ex pacto,& prouidentia,& habebunt liberi, non hæredes, dicit ita dixiſſe in cap.1. an agnat. vbi non ponit hanc inueſtituram ſibi, & liberis, vel hæredibus, vt hoc caſu dicat eſſe feudum ex pacto,& prouidentia,vt ſuccedãt non hæredes; ſic etiam dicit dixiſſe ſupra, prout dixit in [cap.1. verſ.& olim,colum.1.in fin.uerſ. ſi verò,de ſucceſſion.feud.] vbi dicit idem,& ſic additio,vel hæredibus,faciatis parẽtheſim poſt uerbum liberis, vſq; ibi,quo caſu,& omnia conſonant, & ceſſat obiectio, & iſta non intellexit
117 [Afflict.in cap.1.de inueſt.quã Titius accepit à Sempronio,& in cap.1.de eo,qui ſibi,& hæredib. ſuis maſcul. & fœm.& propterea ex verbis Iſern.in d.§. præterea ducatus] prorupit in illam falſam opinionem, quòd facta inueſtitura alicui,& liberis,vel hæredibus ſuis, ex corpore deſcendentibus,ſit feudum ex pacto, &
118 prouidentia. Nequaquam etiã iſta ponderauit [Loffred. in ſuo
119 ampliori conſ.1.num.140.nec Capyc. in inueſt.in cap. feudorũ Eccleſiæ,verſ. hæredibus ex corpore] quod licet bene cognouerint veritatem in articulo, quod ſit hæreditarium, non ex pacto, & prouidentia; tamen ignorauerunt ſic verba Iſer. in conſonantiam reducere.

120 Et poſtquam hic obiter tractauimus, quando inueſtitura feudi eſt pro hæredibus ſuis ex corpore deſcendentibus; Quæro de noua quæſtione, in Regno feudatarius, qui habet feudum ſub tenore communis inueſtituræ in Regno pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, ſeruata prærogatiua, gradus, & ætatis, obligat feudum alicui ſuo creditori pro aliqua quantitate per eum debita, ſuper qua obligatione præſtatur aſſẽſus Regius,cum clauſula ſolita,ita vt ſit proficuus aſſenſus creditori, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, ſecundùm naturam feudi,penes feudatarium debitorẽ, decedit poſt creditor, relictis pluribus filijs hæredibus ab inteſtato, vel ex teſtamento; feudũ interea redijt ad Regem, vel

vel quia debitor deceſſit ſine hærede ex corpore;& ſic ex linea finita, vel per crimen læſæ Maieſtatis commiſſum per feudatarium, filij agunt ſuper feudo hypothecaria pro portionibus hæreditarijs, Aduocatus fiſci excipit,quòd filij ſecundogeniti non poſſunt agere ſuper feudo,quia non ſuccedit in hypotheca feudali quæſita in beneficium defuncti pro eo, & hæredibus ex corpore, ſeruata prærogatiua ætatis; primogenitus videns hoc, dicit,quòd eſt præſtanda aſſiſtẽtia ſuper feudo pro integra quantitate: quia actio hypothecaria eſt in eum translata inſolidum, vt primogenitũ. Fiſcus replicat, quòd hypotheca eſt acceſſoria ad actionẽ perſonalem, & quòd cum ipſe non ſucceſſerit in actione perſonali, quæ defuncto competebat, niſi pro rata, non potuit ſuccedere inſolidum in hypothecaria, & feudum pro rata competenti ſecundogenitis, qui non ſunt capaces ſucceſſionis hypothecæ feudalis, eſt liberatum ab onere hypothecæ,quæ defuncto competebat; ſicuti, ſi creditor, qui habet feudum obligatum, deceſſiſſet penitus ſine hærede ex corpore,& relicto hærede extraneo, qui eſſet capax ſucceſſionis in actione perſonali,& non eſſet capax hypothecariæ,quid dicendum? Pro primogenito facit,quòd cum actio hypothecaria ad feudum ſit ad inſtar feudi; immò feudum non habens formam feudi, ſicut in feudo primogenitus ſuccedit inſolidum;ita in hac actione.

Secundo,pro eadem parte facit,quòd ſicut quando pater acquirit feudum iuris Francorum, in quo eſt primogenitus ſucceſſurus, videtur tacitè donare poſt mortem feudum primogenito, vigore cuius tacitæ donationis, tenetur conferre feudi æſtimationem,poſtquam non pōt cõferri feudũ velut indiuiſibile, ita,acquirendo hypothecam in feudo pro primogenito, videtur ceſſiſſe, & donaſſe ei actionem hypothecariam poſt mortem. Sed hic fiſcus inſtat fortiter; ꝙ pater acquiſiuit actionem perſonalem pro ſe,& hæredibus, & ſic omnibus hæredibus voluit prouidere: & ſic dum quæſiuit hypothecariam pro ſe, & hæredibus,& ſucceſſoribus in perpetuum, Rex aſſentiendo, non facit niſi ſequi voluntatem feudatarij:& aliud eſt,quòd quis acquirat feudum à Rege pro primogenito, aliud, quòd acquirat pro omnibus hæredibus, & Rex quoad omnes velit aſſentire; ſed fiſcus dicit,quòd dum quis obligat feudum,intelligitur obligare ſecundùm naturam feudi, vt hypotheca intelligatur conſtituta in beneficium primogeniti;& quod hoc fuerit in mente tum

ex parte acquirentis,tum ex parte obligantis, ſed quomodo poteſt pater quærere perſonalem pro quantitate, & ſic hypothecã in allodio in beneficium omniũ hæredum, & hipothecariam ſuper feudo in beneficium vnius, nec creditor,nec debitor cogitauerit hoc.Contra primogenitum facit,quia nomina debitoris,pro quo feudum eſt obligatum, iudicatur velut de allodio, non vt de feudo, & proinde ſi creditor decederet ſine hærede feudi, illud nomen non vadit ad fiſcum, velut feudum ex linea finita,ſed ad hæredes allodij,& hypotheca extinguitur in beneficium feudi, ſi primogenitus non habet actionem pro integra quãtitate, non eſt tractandum de compellendo eum ad inſtantiam ſecundogeniti, vt agat, vel vt conferat partem: quia dum agimus,quòd quis compellatur, vt agat, præſupponitur,quòd cõpetat actio : & ſic dum agimus, vt primogenitus conferat,eſt neceſſe,vt ſucceſſerit inſolidum; videte Vos quantas amaritudines habet hæc quæſtio. Ego dum eram Aduocatus, ſubſtinui partem primogeniti;immò ego primus fui Auctor,mea ætate, vt non daretur aſſiſtentia ſecundogenitis: nam prius vidi multas ſententias præſtantes aſſiſtentiam ſecundogenitis pro dotibus maternis, poſt inoleuit,quòd detur primogenito tantum, & quòd compellatur etiam vt agat;multa tranſeunt,re non diſcuſſa, ſicut prius paſſim dabatur actio ſecundogenitis,ita poſt primogenito tantum, caſus temporibus meis nunquam iam fuit deciſus cum fiſco, cum quo cadit intereſſe formatum, quando feudum eſt deuolutum. A

121 Inſuper Iſer.dicit,quòd feudum datur gratia vtriuſque.Contra.Feudum poteſt refutari,inuito domino [cap.1.§.fin.de vaſſal. qui contra conſtit.Lothar,] ergo gratia vnius tantũ,quia aliàs non poſſet refutari ſine conſenſu domini,vt in contractibus, qui celebrantur gratia utriuſque [l. ſicut,C. de actio. & obligatio.] & ita, quòd feuda dantur gratia vnius tantùm, ideſt recipientis, tenet [Iſern.in cap.1.§.ſimiliter, colum. 4. in 1. additio.num.24. de capit.qui cur. vend. & in cap. 1.verſ.& ideo, de vaſſal.qui contra conſtit. Lothar. Abb. in cap. quæ in eccleſiarum,num.19. de conſtit.]

Solutio. Aut feudum ſimpliciter datur, non facta mentione ſeruitij; & tunc dicitur dari gratia, & fauore recipientis, & ſic vnius tantùm: Aut datur feudũ non ſimpliciter, ſed ſub certo ſeruitio; & tunc dicatur gratia vtriuſque dari.Ita declarat [Iſer. in cap.1.§.notandum, num.25. de his,qui feud.dar.poſſ. & in d. c.1.de vaſſall.qui contra conſtit.

Lo-

Lothar.] & ita intelligatis Iſern.
122 hic, & ideo in articulo an feudum poſſit renũciari, inuito domino,& ſic vaſſallus ſe eximere à ſeruitijs ſecundùm naturam feudi in fidelitate contentis, dicitur, aut feudum eſt datum ad certum, & determinatum ſeruitium:& non poteſt: aut ſimpliciter, ſine expreſſione ſeruitij, & poteſt, ſecundùm communem diſtinctionem, de qua per [gloſ. in cap. 1. §. fin. de capit.qui cur. vend.vbi Bald. Aluarot. & Iſern. ubi ſupra,& in cap. 1.§.præterea, uerſ.nec dominus, de ꝓhib. feu. alien.per Feder.per Imol.& alios in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit.per Bar.in l. is cum quo. ff.de aqu. pluu.arcen.] habet tamen hæc communis concluſio aliquas limitationes, quas ponit ordinatè [Stephan.Aufrer.in deciſio.Cappell. Tholoſan.404. & Felin.in d.cap.quæ in eccleſiarũ, de quibus,& earum ueritate tractabimus in cap.1.de uaſſall. decrep.æta.]

Item ſubdit Iſern.in uerſ. ſed quid ſi detur, quòd cõceſſo feudo cum pacto; vt nullum ſeruitium prȩſtetur,quantum ad omnia iure feudi cenſebitur, præter
123 quam in ſeruitio.Notate ergo, quod ſi natura feudi alteratur in vno,in alijs remanet feudum in ſua natura,probat idem [Bald.in l.1.nu.13.q.16.ff. de rer. diuiſ.] qui loquitur, quando eſt facta alteratio in ſeruitio, vt remaneat in alijs iure feudi [Alex. in conſ. 30. col. fin.num.20.vol.1. qui ſequitur Iſer.hic,probat Iſer. in cap.1.§.ſed nec alia iuſtior,nu. 35. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitten.] qui dicit, quòd ſi eſt conuentum, vt omni anno præſtetur ſeruitiũ, in omnibus alijs habebit naturam feudi,& in [c. 1.num.2.de capit. Conrad.] qui dicit,quod ſi eſt conceſſum feudum,vt non præſtetur iuramentum fidelitatis, in hoc tantùm non habebit propriam naturam feudi,in alijs ſecus [Paris. de reintegratio. feud. ſol.64. Loffred. in conſi.11. num.29 .in conſi.1. num.177.Paul.de Caſtr.in conſ. 311. incipiente. Circa id, quòd primò quæritur,1. par. Neuizan. in conſi.9.num.27. Marc. Anto. Natt.in conſi.49.volum.1.num. 19. Zaſi. in tract. feud. part. 12. num.3.]

Limitatur tamen hȩc concluſio;quod non procedat circa ea, quæ ſequũtur in conſequentiam pacti alteratiui, ita notabiliter [Soccin.quem videatis, in l.Gallus.§.etiam ſi parente, num.6. ff. de liber.& poſthum. quem ſequi videtur Capyc.in ſua inueſtit.in verbo feudorum acceſſoria.] Ponatis vos exemplum,quod Socc. omittit: Rex, qui dedit in feudũ ciuilem poſſeſſionem, feudatarius verò habet poſſeſſionem naturalem [gloſ. magn. in l.ſi vt

certo.

certo.§.ſi duobus vehiculum. ff.
124 cõmodati.] ſi infeudatur proprietas, tunc, quia alteratur natura feudi quoad hoc, vt tranſeat directum dominium, erit etiam alterata, vt dominus infeudans non retineat ciuilem, & vaſſallus habeat vtramque, ſcilicet ciuilem,& naturalem,cum ſit hoc conſequens neceſſarium pacti
125 alteratiui. Item ceſſat etiam quando eſt infeudata proprietas, conſolidatio vtilis dominij cum directo,quem, feudo finito, conſiderat [Iſer.in cap.1.§. ſi vaſſallus,col.3.ſi de feud.defunct. milit. cap.1.col.1. de cõtrou. inter vaſſal.& ali.Petr. Iacob. in pract. in tit.de actio. in rem pro feud. apert.num.3.gloſ.in conſt.regn. ſi dubitatio, in uerb. faciente;] immò nec etiam poteſt tractari,
126 an poſſeſſio ciuilis dominij eo caſu trahat ad ſe naturalem, ut conſiderat [Bald.in l.1.q.46. ff. de rer.diuiſ & in cap. quæ in.eccleſiarum,de conſtit.num.3. Iaſ. in l.clam poſſidere.§. qui ad nundinas.ff. de acquiren. poſſeſſio.]
127 Idem etiam dicitur in clauſula, ſaluis iuribus noſtræ curiæ, quæ ponitur in aſſenſu;ut nõ intelligatur quoad expreſſa,& ea, quæ inſunt expreſſis [Iſern. in c. 1.col.4.circa med. qui ſucceſſor. tene.]

Poſtea dicit Iſer. quòd ſi feudum redeat ad Regem,donec illud eſt in manu Regis, non eſt feudum; Oppono, quòd im-
128 mò ſit feudum,quia penes Regem totum Regnum eſt feudũ, quod recognoſcit ab Eccleſia Romana proprietaria [Clemẽt. paſtoralis,de re iudica.Gloſ.Hoſtien.Ant.de Butr.Imol. & Abb. in cap.ueritatis, de iureiurand. gloſ.in cap.monaſterijs, 19. q,3. Hoſtien.& Abb.in cap.ſi diligẽti,de præſcriptio. Iſern. in conſt. Regn.inſtrumentorum ròbur, in cap.Imperialem.§.prętereа ſi inter duos.5.colum.de prohib.feu. alenat.per Feder.Bart.in authen. poſt fratres. C. de legitim.hæredib.Afflict.in cap.1.§.præterea; quid ſit inueſt.]

129 Pro ſolutione, aduertatis, q Rex vniuerſitatem Regni, & Regnum ipſum in uniuerſo tenet ab Eccleſia, ſed in ſingulis Regni corporibus apud Eccleſiam nihil prorſus remãſit, ſed totum & integrum dominium, & poſſeſsio ſunt tranſlata in Regem, in tantum, quòd Rex in illis habet directum, & utile dominiũ, & naturalem, & ciuilem poſſeſſionem[glo.latiſsimè in procem. conſtit.Regn.ubi Iſern.& Afflic. quæſt.22.cum pluribus concordat Bald.in procem.Digeſtorum. & in l.1.C.unde legiti.ubi Iaſon, Alex. in conſi.1.colum.11.uol. 5.Iaſ.in l.3.§.è contrario,colum. 21.ff.de acquiren. poſſeſs. Curt.
130 iun.in conſi.1.num. 30.] Item Rex iſtius Regni eſt Monarca, &

& quicquid de Principe Romano legibus cauetur, habet locum in Rege noſtro Siciliæ [gloſ. & Iſern. in procemio vbi ſupra, Immò non ſolum eſt Monarca Regni, ſed plus iuris habet in Regno, quàm Imperator in Imperio [Iſern. in prælud. 2. quæſt. nu. 32. & in rubr. quæ ſint regal. col. 1. in cap. 1. colum. 2. de vaſſall. decrep. ætat. in cap. 1. §. valuaſores, colum. 1. de his, qui feud. dar. poſſunt. Propterea nil mirum, ſi Zaſi. in tract. feud. part. 12. concluſio. 11. num. 43.] dicit, quòd de Regno Siciliæ dicitur eſſe translata proprietas in Regem, quod intelligitur, vt ſupra dictũ eſt: & hac ratione, verum eſt, quod dicit Iſern. feudum reuerſum ad Regem, nõ eſſe amplius feudum.

131 Oppono ſecundo, quòd immò ſit feudum, per conſtit. Regni, ſi quando, forte contigerit, vbi Rex prohibet ſuum procuratorem concedere feuda militaria, ſiue ſint quaternata, ſiue non; & ſic feuda ad Regem reuerſa, adhuc feuda vocantur. Sed illud ibi eſt, ad diſtinguendũ bona, quorum cõceſſionẽ permittebat à bonis, quorũ conceſsionẽ prohibebat: vel refertur in præteritum, tempore, quo non erant adhuc deuoluta; non autem ad tempus poſt deuolutionem.

132 Vlterius dum Iſern. in additio. concludit, quòd ſi feudum ad Regem deuolutum, concedatur ſimpliciter, non dicendo in feudum, intelligetur conceſſio in allodium, circumſcriptis tamen clauſulis, ex quibus poſſunt apparere ſigna, quòd voluerit in feudum concedere. Aduertatur, quòd poſſet hoc pluribus modis limitari.

Primò, vt non procedat in Eccleſia concedente, probat [tex. in cap. ad audientiam, de præſcriptio. vbi Bald. not. num. 5.] quòd quando Eccleſia concedit, in dubio præſumitur concedere in feudum; & ideo debet iurare fidelitatem: & [Ancharan. num. 1. Ana. in princip. Iaſ. in l. ſi prius, colum. 14. ff. de nou. oper. nunciat. Alciat. de præſumpt. 2. regu. prin. 3, præſumpt. in fine] ponens rationem, quia res Eccleſiæ faciliùs permittuntur infeudari, quàm alienari; in-
133 telligitur tamen, quando conſtat de conceſſione: quia ſi non conſtaret, & ſolueretur cenſus, potiùs præſumitur ſimplex cenſus, quàm quòd fuerit facta conceſſio in feudum [Alber. & Moder. in l. 2. C. de iur. emphyt.]

134 Secundò, poteſt limitari, vt non procedat in conceſſione caſtri; in dubio enim caſtrum præſumitur feudum, & quaterna-
135 tum, probat conſtitutio Regni Iuſtitiarij nomen, & normã, vbi gloſ. litera C. dicit, quod caſtra ſunt feuda eo ipſo, quòd ſunt

ſunt caſtra [Iſern. ibi, & idem in cap. 1. num. 10. de controu. feud. apud par. termin. Pariſ. de reintegratio. feud. fol. 10. Afflic. in deciſ. 282. num. 4. in conſtit. Regn. conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 69. Capyc. in ſua inueſtitura in cap. feudorum genera, probat Aym. etiam extra Regnum, in conſi. 276. num. 2.

136 Et licèt Capyc. in cap. Imperialem, fol. 29.] dicat, quòd tunc caſtrum præſumitur feudum, quando non apparet conceſsio caſtri; quia ſi appareret, & eſſet facta ſimpliciter, intelligeretur in burgenſaticum; tamen non probat ſuàm opinionem, quia allegat [conſilium Alexan. 24. in 5. volum.] qui loquitur extra Regnum, & in caſu ſuo erat facta donatio plena omnium iurium, quæ in caſtro pertinebant ad ſacrum imperium.

137 Sublimitate tamen iſtam limitationem, vt non procedat quando concederetur caſtrum Eccleſiæ, quæ, ſi poſsideret caſtrum, præſumeretur in allodium, & non in feudum [Iſern. in d. conſtit. Iuſtitiarij nomen, & normam, Capyc. in d. cap. Imperialem, fol. 29.] Et quod dixi de caſtro, procedit in Terra, Burgo, Villa, vel Oppido: quia feudalia præſumuntur [Iſern. in conſtit. Regni ſi dubitatio, poſt princip.]

138 Tertiò limitate in conceſſione iuriſdictionis, quæ in dubio debet præſumi conceſſa in feudum: quia feudalis in dubio præſumitur [Paul. de Caſtr. in conſi. 163. Iacobin. in ſua inueſtitura, in verbo de caſtro, num. 21. Caſſane. in conſuetud. Burgun. rubric. tertia, & quarta, num. 18. Capyc. in uerbo feudorum appellationes] niſi iuriſdictio concederetur Eccleſiæ, probat [text. in cap. fi. de iudic. vbi Hoſtienſ.]

139 Vlteriùs Iſern. hic colligit quinque ſigna, ex quibus conceſsio, quæ aliàs in dubio præſumitur in allodium, præſumatur facta in feudum.

Primum, quando in conceſsione eſt verbum Inueſtio.

Secundum, quando eſt dictum Pro liberis ex corpore legitimis: quia hoc conſueuit apponi in infeudationibus.

Tertium, quando eſt clauſula in priuilegio, vt teneas immediatè à curia noſtra.

Quartum, quando adeſt clauſula, ſub ſeruitio contingenti.

Quintum, quando conceſsio fuit regiſtrata in regiſtro rerum feudalium. Ponit etiam ſigna feudum denotātia [Oldrad. conſ. 159.] ſcilicet iuramentum fidelitatis, retentionem ſeruitij, clauſulā, quòd nullum alium in dominum, & ſuperiorem recognoſcat, & relationē ad aliā conceſſionem, quæ fuit feudalis: quia illa

illa videtur in eſſe, Decius etiam in conſi. 413. prout hæc ſigna feudum denotantia, clauſulam,
140 ſalua fidelitate, clauſulam, ſaluo homagio, & clauſulam, ſalua ſuperioritate, poſſunt hæc ſigna operari, quando non concurrunt alia ſigna denotantia conceſſionem in allodium, & ſic Iſern. intelligite; Et an plura ſigna requirantur, vel vnum ex prædictis ſufficiat, non eſt præſentis ſpeculationis.
141 Quid ergo ſi in conceſſione concurrerent aliqua ſigna feudi, & ſigna allodij? Oldradus in præallegato conſil. 129. dicit, quod ſi in cõceſſione adſunt ſigna feudi, quæ ſupra dixi, ſecundùm eum, ſi tamen concurrunt ſigna, quod voluerit concedere in allodium, vt quia dixit Rex concedens, damus, donamus, tradimus, & ex cauſa donationis, &c. inſimul cum clauſula, donans quicquid iuris habet, & clauſula, Transferens directam, & vtilem actionem; erit tunc conceſſio in allodium, non in feudum, quia appellatione donationis, venit donatio propriè, nõ autem datio in feudum, quia eſt datio ob cauſam: & quia eſt translatum ex illis clauſulis directum dominium; quod eſt contra naturam feudi: & quia ſigna non concludunt de neceſſitate: & Oldradum ſequitur [Alberic. in rubric. C. de donatio. Alexan. conſi. 29. num. 11. 5. volum. Decius conſi. 32. 208. num. 6. 269. num. 2. 468. num. 12. 498. num. 6. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo donatione largitus, C. de reuocand. donatio. & de retract. lignagier, §. 30. gloſ. 1.]
Iaſon autem in prælud. feud. colum. 6. impugnat Oldradum, & conſiderat pro reſponſione,
142 quòd verba contrahentium debent ſaluari ne inducant contrarietatem [Bart. in l. fin. §. item quæſiuit. ff. de conditio. indeb.] & cum non poſſit transferri directa, & vtilis actio ſimul, ad euitandam cõtrarietatem, dicit debere intelligi de exercitio actionis directæ. Item, quòd etiam feudum includitur in donatione, quia eſt beneuola conceſſio: Et quia habet quæſtionem pro ardua, & difficili, relinquit cogitandum. [Curtius verò in prima par. quæſt. 6.] refert reſponſionem Iaſonis in clauſula transferens directam, & vtilem actionem; & poſtea vult meliorem reſponſionem dare; & incidit in
143 foueam, quia dicit, quòd transfertur directum dominium rerum particularium, quod falſum in Barone ſupra fundaui auctoritate Iſer. & aliorum.
144 Quid dicendum? Breuiter vos tenete contra Oldradum: quia non ſunt attendenda illa verba

verba; Donamus,& effectus rei, qui reſultat ex inueſtitura, iuramento fidelitatis,retentione ſeruitij, ex clauſula, quòd nullum
145 alium in dominum, & ſuperiorem recognoſcat. Ita probat [Bald.in l.2.C.commodat.] qui dicit, quòd ſi ego dico, commodo vtilem habitationem, erit præcarium, non commodatum, & in [rubric. C. de iur. emphyt. quæſt. vltim.] vbi dicit, quòd ſi in contractu præponatur nomen vnius contractus, & effectus alterius, quòd eſt iudicandũ ſecũdùm naturam illius contractus, cuius effectus poſitus eſt. optimè [Aretin. in conſil. 160. col. 8.] qui dicit, quòd ad diſcernendum qualitatem contractus,ſiue eſſentiam,attenduntur pacta appoſita in ipſo contractu magis, quàm nomẽ appoſitum expreſsè: & propterea in caſu ſuo conſuluit, quòd,licet verba contractus ſonarent in pignus; tamen, quia qualitas pactorum ſonabat in dationem in ſolutum, & non in pignus, fundauit eſſe dationem in ſolutum; tenet idem [Soccin. in conſil. 88. volum. 1. in primo dubio, Salycet. in l. 1. num.4.C.de iur.emphyt.Deci.in conſi. 682.] qui propterea conſuluit, quòd licet verba contractus ſonarent in donationem,eſſet venditio.

Secundò,quomodo poteſt in
146 caſu Oldradi euitari virtus relationis ad aliam conceſſionem, quæ fuerat in feudo? relatum enim ineſt in referente [l. ait prætor, §.ſi Iudex.ff. de re iudicat.& ineſt cum omnibus qualitatibus ſuis, Barto.in l.ſi quis ſeruum.§.ſi cui certum, num. 5. ff. de legat.2. Alexan. in conſi. 81. num.11.Ideo Bald.in l.defenſor. §.qui interrogator, ff. de interrogato.actio.] dicit, quòd ea, quæ ſunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur ſpecificata in termino referente, & in [l. ſi prior. ff. ſolut. matrimon.] dicit,quòd termini referentis, & termini ad quem fit relatio, eadem eſt potentia, & virtus; in
147 tantum, quod ſi referens diſponit aliter, quàm relatum, attenditur relatum: quia diſpoſitio referens debet limitari ſecũdùm diſpoſitionem, ad quam fit relatio [Aretin. in conſilio 76. num. 6. verſic. nec obſtat, probat Bartol. in tractat. ad reprimendum,in verbo prout,& in l. edita,numero 27. & 28. C. de edend. vbi Bald. num. 109. Carolus Royn.in conſil.25.numer. 11. volum.1.] & ideo Oldradus in dicto conſilio omittit reſpondere huic obiectioni, prout nec bene reſpondet alijs obiectionibus,ex quibus ſigna feudi reſultabant. Vis omnis conſiſtit dum tractatur de veritate conclu-

cluſionis Oldradi, an poſſit ex pacto directum dominium tráſferri in feudatarium : quia ſi poteſt, concluſio contra Oldradum non habet difficultatem; ſed hic articulus latè examinatus eſt ſupra, & probatum, quòd poſſit transferri, ex pacto, directum dominium; & ſic, poſtquam iſta ſunt compatibilia, quod transferatur directum dominium, & remaneat feudum; licet translatio dominij directi ſit contra naturam feudi; Ideo concluſio contra Oldradum verior eſt, propter alia ſigna præponderantia, quæ feudum denotant; erit tamen feudum non habés propriam feudi naturam.

ADDITIO AD REPETITIONEM

§. huius autem generis in quibus cauſis feudum amittatur.

EDITA PER FVLVIVM LANARIVM Auctoris Nepotem.

SVMMARIVM.

1 *Feudo deuoluto ad Regiũ Fiſcum,ob lineã finitã,vel læſa maieſtatis crimen, fiſcus tenetur ad debita, & onera contracta ſuper feudo cum Regio aſſenſu.*

2 *Concluſio prædicta intelligitur,modo agẽs contra fiſcum ſit creditor principalis, vel eius hæres,qui iuxta iuris feudalis regulas,& conſtitutionis Regni prouidentiam, ſit habilis ad ſuccedendum.*

3 *Rex,aſſentiendo obligationi,& hypothecæ ſuper feudo,videtur ıllã obligationem hypothecariam in feudum concedere.*

4 *Gratia conceſſaper Sereniſs.Regem Philippum II.Regno,& Ciuitati, quod ad quem tranſit perſonalis oblig.ıio pro recuperanda aliqua pecuniæ quantitate,tranſeat etiam obligatio bonorum feudalium cum aſſenſu facta, intelligitur,ſi feudum ſit penes tertium poſſeſſorem, non autem ſi ſit penes fiſcũ.*

5 *Primogenito tantum datur actio hypothecaria in ſolidum ſuper feudo,pro recuperandis dotibus maternis,quibus recuperatis,tenetur dare ratam fratribus ſecundogenitis.*

6 *Hodie,ſtãte ſupradicta gratia, tã primogenitus, quàm ſecundogenıti poſſunt agere hypothecaria pro rata, qua ſuccedunt in actione perſonali,dummodo non contra fiſcum.*

A
1 QVãuis,deuoluto feudo ad Regium fiſcum; ob lineam finitam, vel ob crimen læſæ maieſtatis, fiſcus teneatur ad debita, & onera contracta ſuper feudo, cũ aſſenſu Regis,vt [Iſern.in cap. 1. § quid ergo,num. 5. de inueſtit. de re alien.fact. & in conſtit.Regni,ſi quis poſt litem, Frecc. in 29.auctor.verb.fallit etiam, Capyc.in inueſtit in verb. hypothecæ, Vinc.de Franch. deciſ.213. num.33. & alij per me cumulati in additio. cap. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt.nu.76.]

2 Attamen intelligenda eſt ſupradicta Doctorum concluſio, vt docet hic dominus Auctor, dummodo ille, qui agit contra fiſcum ſuper feudo ſibi deuoluto, ſit creditor principalis, vel eius hæres, qui ſecundum regulas iuris feudorum, & prouidentiam

tiam conſtitutionis Regni, habilis ſit ad ſuccedendum in feudū:
3 Nam Rex aſſentiendo obligationi, & hypothecæ ſuper feudo, videtur illam obligationem hypothecariam concedere in feudū, vt latè tradit [Frecc. in 12. quæſt. ſuper conſt. Diuæ memoriæ.] Et hoc adeo in practica obſeruatur, quod licet nouiſſimè per Sereniſſimum Regem Philippum II.
4 fuiſſet generaliter prouiſum, per gratiam Regno, & Ciuitati conceſſam, vt ad quem tranſit perſonalis obligatio pro recuperatione alicuius quantitatis pecuniæ, tranſeat etiam obligatio bonorum feudalium, cum aſſenſu facta, ꝑ recuperatione dicti debiti; tamen hoc fuit conceſſum, dummodo non contra fiſcum: adeo quòd exiſtente feudo penes fiſcum, illa obligatio hypothecaria ſit extincta in fauorem feudi: ſecus ſi feudum eſſet penes alium tertium poſſeſſorem. Nam tali caſu propter dictam gratiam, omnes illi, qui ſucceſſerunt in actione perſonali, & ſic in illo nomine debitoris poſſunt agere actione hypothecaria ſuper feudo obligato cum aſſenſu Regis, ita refert [D. Regens de Ponte in tit. de aſſenſu Regio ſuper dotibus, num. 47. folio mihi 253.]

5 Quoad reliqua, quæ dicit hic Dominus Auctor, quod ſolummodo primogenito detur hypothecaria actio in ſolidum ſuper feudo, pro recuperatione dotiū maternarum, ita vſque ad noſtra tempora fuit obſeruatum, vt refert [de Franch. in deciſio. 41. & in deciſio. 75. in fin.] quibus dotibus recuperatis, tenetur primogenitus dare ratam fratribus ſecundogenitis, ad inſtar feudi noui, empti pecunia paterna, vt [Iſern. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohibita feud. alienat. per Federicum.]

6 Verum hodie, ſtante prædicta generali prouiſione, relata per dictum Dominum Regentem de Ponte dicto loco citato; tam primogenitus, quàm ſecundogeniti poſſunt agere hypothecaria, pro rata, qua ſuccedunt in actione perſonali, pro recuperatione pecuniæ debitæ, cum obligatione bonorum feudalium, cum Regio aſſenſu facta, dum eſt prouiſum, quod ad quem tranſit perſonalis obligatio, tranſit etiam obligatio bonorum feudalium; & ſic, qui ſuccedit in credito, ſuccedat etiam in obligatione, dummodo non cōtra fiſcum.

FINIS ADDITIONIS.

REPETITIO

Cap. 1. Quibus modis feudum conſtitui poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum eſſe ſeruitutem perſonalem, vel mixtam, & ratione iuramenti fidelitatis indiuiduam probatur.*

2 *Feudum, cur ſeruitus quædam ſit.*

3 *Feudū cum ſit ſeruitus, non præſumitur.*

4 *Res potius allodialis, vel libera, quā feudalis dicitur.*

5 *Feudum naturaliter non naſcitur, ſed fit per accidens.*

6 *Natura rei facto hominis mutatur, & ex libera, feudalis efficitur, & in hac mutatione, ſicut in alijs contractibus concurrunt perſona feudum dantis, & recipientis, res quæ datur in feudum, & forma.*

7 *Feudi in conſtitutione plura poßunt conſiderari impedimenta, de quibus remiſſiuè.*

8 *Rei mutatio ex præſcriptione non tractatur hic, nec vti feudi contractus ex temporis curſu præſumatur, sed tractat Auctor, quomodo accidentaliter mutatur rei natura ex allodiali in feudalem.*

9 *Verba an ſint pro forma stipulationis, & num in ea debeat præcedere interrogatio, & ſubſequi reſponſio, & an præpoſteratio vitiet, remiſſiuè.*

10 *Scriptura an ſit pro forma in contractu emphyteotico, remiſſiuè.*

11 *Testium numerus in teſtamento, an ſit de ſubstantia probationis, vel actus, remiſſiuè.*

12 *Decretum in alienatione rei minoris, vel Eccleſiæ, an pro forma debeat præcedere.*

13 *Iuſſus de adeundo, an poſſit ſubſequi, & vtrū tutoris auctoritas debeat in ipſo actu ꝑ forma interuenire, remiſſiuè.*

14 *Feudum eſt contractus de per ſe.*

15 *Auctoris intētio in repetitione huius cap. eſt tractare de illis, quæ in hoc feudi contractu debeāt interuenire, tam iure communi, quàm Regni pro forma.*

16 *Auctor tres præmittit explicandas quæstiones.*

17 *Feudi in conſtitutione an ſint neceſſaria hæc verba (inueſtio te) de tali re in feudum, & ſub distinctione reſpondetur, nu. 99. & 100.*

18 *Textus noster, & text. in cap. 1. de conſuet rect feud. in propoſita quæſtione, an inuicem aduerſentur, & vtriuſque diſpoſitiones recenſentur.*

19 *Odoffredus tres intellectus ad hæc iura affert.*

20 *Iacob. de Ardize. tres alij referuntur intellectus.*

21 *Andreæ de Isernia intellectus ſeptem ad hæc duo iura enumerantur.*

22 *Martini Laudenſis intellectus adducitur, & nu. 30. reprobatur.*

23 *Afflictus tertium Iſerniæ intellectum approbat.*

24 *Iſernia alias adducit intelligentias.*

25 *Textus noſter an intelligatur ſecundum tex. in d. cap. 1. de conſuet. rect. feudi.*

26 *Iuſſus in textu noſtro fuit ſine paribus. Sed in d. cap. 1. fuit coram paribus, & hæc eſt communis intelligentia, ſecundum aliquos.*

27 *Hæ-*

27 *Heredis mentio, vbi in iure feudorũ ſit, ſemper de filio, vel de deſcendenti maſculo intelligitur.*
28 *Baldi intellectus ad hæc duo iura reijciuntur.*
29 *Inueſtitura propria dicitur poſſeſſio.*
31 *Afflicti intelligentiam ad hæc iura Auctor non admittit.*
32 *Odoffredi tertius intellectus non approbatur.*
33 *Odoffredus declaratur ab Auctore, reiecta Iſerniæ declaratione.*
34 *Iſerniæ lapſus circa cõtrarietatem tex. noſtri, & tex. in d. cap. 1. de conſuet. recti feud & num. 41. carpitur.*
35 *Tex. noſtrum corrigi per tex. in d. cap. 1. approbat Auctor.*
36 *Afflicti excuſatio, ſi non intellexit Iſerniam, aſſertur ab Auctore.*
37 *Afflicti intellectus, ad hæc iura recenſentur.*
38 *Solemnitates verborum ſunt ſublata.*
39 *Verba (inueſtio te) in hoc Regno an ſint neceſſaria.*
40 *Feudi de donatione, ſi conſtet per breue teſtatum, & per eam feudatarius poſſidere reperiatur, num inueſtitura requiratur, & nu 44. 50. & 76.*
42 *Iſerniam defendunt alij.*
43 *Iſernia pluribus in locis tenet hæc verba (inueſtio te) eſſe neceſſaria, etiam ſi poſſeſſio tradatur de iure communi feu[illegible]rum.*
45 *Inueſtitura verbalis per anulũ ex Iſerniæ opinione conſtituit feudum, etſi dominium haud transferat.*
46 *Feudum non conſtituitur ex inueſtitura abuſiua, niſi interueniant verba (inueſtio te) ſecundum ius commune feudorum.*
47 *Feudi donationem habens abſque poſſeſſione, ſi in ea deſunt hæc verba (inueſtio te) non poterit agere aduerſus dominum ad rem præcisè tradendam, & num. 51.*
48 *Inueſtitura verbalis per haſtam, requirit ſolemnitatem verborum.*
49 *Verba (inueſtio te) ſunt neceſſaria, etiã ſi poſſeſſio tradatur.*
52 *Auctoris argumentum contra communẽ intellectum traditum ad cap. 1. quib. modis feud. conſtitui poteſt, & ad cap. 1. de conſuet. recti feudi, refertur, & num. 55.*
53 *Iuſſus domini, quòd recipiatur poſſeſſio nomine feudi, in tex. noſtro fuit coram paribus curiæ, & an hic iuſſus ſit loco inueſtituræ verbalis, num. 67. & quomodo hæc concluſio intelligatur, n. 74.*
54 *Plura vbi impediunt, & de vno in aliqua lege quæritur, cætera ſubeſſe præſumuntur.*
56 *Auctoris argumentum contra intellectũ Iſerniæ, aliorumque, ad præfata duo iura, adducitur, & num. 59.*
57 *Inueſtitura, & id, quod loco inueſtituræ eſt, an æquiparentur.*
58 *Lex æquiparans vnum alteri, omne, quod eſt in eo, cui fit exequutio, conceditur ei, quod æquiparat.*
60 *Auctoris concordia ad dicta duo iura affertur, licet poſtea communem ſequatur intellectum, nu. 61. & illum ratione probat, nu. 62. & 63.*
64 *Auctor tenendo communem intellectum, reſpondet contrarijs, nu. 65.*
66 *Poſſeſſio ſola, an ſufficiat in conſtitutione feudi.*
68 *Iſernia ſolutionem ad dicta iura, ſi quis velit ſuſtinere, quid addere debeat, nn. 69. 70. 72. & 73. teſtatur Auctor non poſſe ſolui adducta contra Iſerniæ intellectum.*
71 *Gerardus, & Obertus fuerunt Auctores conſuetudinum feudalium.*
75 *Idem an ſit fieri coram paribus, vel corã alijs, ſi dominus pares non habeat.*
77 *Verba (inueſtio te) ſi ſunt pro ſolemnitate ſubſtantiali in conſtitutione feudi, quid ſequatur.*
78 *Parium circa ſolemnitatem, plures Auctor in diſcurſu affert quæſtiones.*

79 *Parium præſentia, an ſit de ſubſtantia inueſtituræ, latè diſcutitur, & duæ afferuntur opiniones.*

80 *Iserniæ diſtinctio circa hanc quæſtionē recitatur, vbi an dominus, ſi confiteatur inueſtituram, & ſtatim dixerit inualidam propter abſētiam parium, audiri debeat.*

81 *Teſtes, qui tempore depoſitionis ſunt pares curiæ domini, ſi tempore inueſtituræ non erant pares, an admittantur ad probandam inueſtituram, & num. 83.*

82 *Seruus factus liber, rectè deponit de eo, quod in ſeruitute, vidit, ſicut adultus de eo, quod in minori ætate.*

84 *Breue teſtatum, ſeu publicum inſtrumētum, an debeat eſſe ſubſcriptum à paribus, duplex affertur opinio, & num. 85. 86. & 87.*

88 *Parium præſentia, quod ſit de ſubſtantia inueſtituræ, plura iura feudalia ponderantur, eorumque diſpoſitiones recenſentur, num. 89. 90, 91. 92. 93. 94. 98. & de veritate, nu. 101.*

95 *Pares requiruntur ad probandam inueſtituram, non ad ſolemnitatem, quod pluribus feudorum iuribus probatur, nu. 96. & 97.*

102 *Gratia Principis, an ad ſui ſubſtantiam requirat ſcripturam, latè diſcutitur.*

103 *Gratia, an expiret, ſi Summus Pontifex contulit in aliquem beneficium, mandans de eo litteras fieri, ſi antequam fierent, vel ſignarentur, ſit mortuus.*

104 *Priuilegium, vel gratia Apoſtolica, ſi de ea conſtet, valet, licet non ſit ſcripta, num. 108. & 109. Et Auctoris declaratio ſubijcitur, num. 110. & 111.*

105 *Princeps concedit priuilegium abſque ſcriptura, & nu. 107.*

106 *Gratia poteſt fieri abſque litteris.*

112 *Epiſcopus quis, ſi eſt creatus viuæ vocis oraculo, licet ſtatim ſit Epiſcopus, tamen non debet recipi in ciuitate, ad quam eſt electus, abſque Summi Pontificis litteris.*

113 *Quis, tamquam dominus, à vaſſallis, an ſit recipiendus abſque Regis litteris.*

114 *Aſſenſus ad ſui perfectionem, an requirat ſcripturam, vel an poſſit probari per teſtes fuiſſe præſtitum, latè diſcutitur, nu. 115. 116. 117. Vbi recenſetur ab Auctore in hac quæſtione Afflicti fundamentum tenentis contra Iſerniam, & poſtea ab eodem reprobatur Afflictus, nu. 119.*

118 *Probatio non admittitur per teſtes, vbi quæſtio eſt inter Regem, & priuatum, ſuper conceſſione rerum regalium, ſicuti quando eſt quæſtio inter priuatos.*

120 *Vendicans hominem demanialem, vti ſuum vaſſallum, debet habere priuilegium, vel publicum inſtrumentum, ſiue teſtes fide dignos, omnique exceptione maiores.*

121 *Tenens aliquid de demanio Regis, abſq; prædeceſſorum Regum priuilegio, vel eius oraculo, tenetur infra certum tempus reſtituere etiam fructum, ſub pœna quadrupli.*

122 *Omnes prohibentur tenere in terris demanialibus homines affidatos abſq; priuilegio, vel ſcripto, debita ſolemnitate, vallato.*

123 *Præſumitur pro fiſco, quoties eſt quæſtio inter eum, & aliū ſuper alterius vaſſallagio, niſi poſſeſſor probet per priuilegium, vel inſtrumentum publicum, hominem illum, vti vaſſallum, ad ſe ſpectare.*

124 *Gloſſa, & Afflicti intellectus ad Conſtitutionem Regni probationum defectum recenſetur, & reijcitur.*

125 *Differentia inter conſtitutionem probationum defectum, & conſtitutionem ſi dubitatio, refertur, & latè ab Aucto-*

Auctore declaratur.

126 *Probatio per teſtes à nonnullis Regni conſtitutionibus non excluditur, & à capit. Regni item ſtatuimus, num. 128.*

127 *In dubio vbi plura habent eandem rationem, vel maiorem, ſi de vno ſit mentio, dicitur fieri exemplariter, non reſtrictiuè.*

129 *Inueſtitura facta à Principe, an debeat de neceſſitate fieri in ſcriptis, & ſic an feudum Principis debeat probari per ſcripturam, & non per teſtes, latè diſcutitur, & num. 130. & Auctoris declaratio recenſetur, num. 132. & 133.*

131 *Camerarij deceptionem affert Auctor.*

REPE-

REPETITIO

Cap. 1. Quibus modis feudum conſtitui poteſt.

1 Feudum eſt ſeruitus quædã ſecũdũ [Bal. in l.ſi vxorẽ, in fin. C. de conditio. inſer.] & ſeruitus perſonarum, vel mixta rerũ, & perſonarum, vt notat idem [Bald.in cap.quæ in eccleſiarum num.21.de conſtit.] & ſeruitus indiuidua propter ſacramentum fidelitatis, probat [gloſ. in l. ſi vſusfructus.ff.de vſufruct.] ſeruitus inquam eſt, quia omnis fidelitas eſt contra libertatem [cap. cum olim propter,in fin. ſeruata gloſ.de priuileg.ita dicebat Bald. in l.quoties,num.2.C. de ſuis, &
2 legit.] & dicitur ſeruitus quædã præter naturam rerum, quæ aliquando liberæ fuerunt, ſecundũ [Bald.in conſ. 351.incipien. in bonis feudalibus,num.7.volum.
3 1.] Feudum ideo, quia eſt ſeruitus,non præſumitur, ſecundùm eundem [Bald.in cap.1.2. lectu-
4 ra,num.17.de iudic.] Præſumitur res allodialis; & libera,ſecũdum primęuam naturam,potius quam feudalis, ſecundùm [Hoſtienſ.in cap.nimis,de iur. iuran. in princ.Bald.in cap.inter filiam, ſi de feud.defunct.milit. in verb. collocandum. Præpoſit. in prælud.feudorum,nu.56. Iaſ. etiam in prælud.colum.9.& Alciat. in tract.de præſumpt.in 2. regul. in 3.præſumptione.]

5 Feudum propterea non naſcitur naturaliter, ſed fit per accidens, & ſic natura rei origina-
6 lis mutatur facto hominis, qui plerumque per artem naturam imitatur, & conuertitur res libera, & allodialis in feudalem: Et quia in iſta conuerſione, & mutatione rei, ſicut in cæteris contractibus,concurrit perſona dantis,ſcilicet, & recipientis feudum,res, quæ datur in feudum, & forma,ſiue modus.

7 Ideo, donec tractare intendimus de illa, & ſic de feudi conſtitutione,poteſt conſiderari impedimentum ex parte dantis; Nã non quilibet poteſt de per ſe mutare naturã rei in feudalem, & de hoc plenè diſſeruimus in cap.1.de his,qui feud.dar.poſſ.

Secundò, impedimentum ex parte recipientis, & hæc eſt ma-

teria

teria [tex.in §. perſona, per quos fiat inueſt.]

Tertiò, impedimentum ratione rei, vt quia mobilis, vel ſacra, & de hoc diximus aliquid in §.huius autem generis, ex quibus cauſ.feud.amitt.] & eſt propriè materia [tex. in cap. ſciendum, de feu.cognitio.]

Quarto, ratione formæ ipſius contractus.

8 Nos non explicabimus quomodo fiat iſta conuerſio ex contractu legali facto hominis, ſcilicet mediante præſcriptione, quæ dicitur legalis alienatio. Nec quomodo præſumatur contractus feudi ex curſu tēporis, quoniam de his diximus in [cap. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct.milit.]

Sed explicabimus quomodo accidentaliter per verum cōtractum mutetur natura rerum originalis, de allodiali, & libera in feudalem, & ſeruam, & ſicut in alijs contractibus, & actibus hominum diſceptatur ſecundum ius commune, quæ ſint pro forma ipſorum.

9 Nam in ſtipulatione tractatur an ſint pro forma verba, vel ſic loquela vtriuſque, & ſi debet pręcedere interrogatio, & ſequi reſponſio, & ſi prępoſteratio vitiat, de quibus in [l. 1. ff. de verbor. oblig.] in contractu emphyteo-
10 tico an pro forma requiratur ſcriptura, de quo per [glo.in verbo ſcriptura in l. 1. C.de iur.emphyt.vbi Barto.]

11 In teſtamento, an teſtium numerus ſit de ſubſtantia probationis, uel de ſubſtantia actus, de quo per [Bald.& Bart. in l. cum quis.C.de iur.& fact.ignor.]

12 In decreto ſuper alienatione rei Eccleſiæ, vel minoris, an pro forma debeat præcedere, de quo per [gloſ.ordin.in cap.1.de rebus Eccleſ.non alienand. in 6. in verb. tractatus, per Bald. in l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb.eor.& in c.2.de feu.ſin.culp. non amitten.]

13 In iuſſu de adeundo, an poſſit ſubſequi in auctoritate tutoris, an pro forma debeat interuenire in ipſo actu, de quibus [in l. ſi quis mihi bona, in §.iuſſum.ff.de acquiren.hæred. per Bar.& alios, & ſic de ſingulis, ita etiam in iſto contractu feudi, quia iam eſt cō-
14 tractus de per ſe, ſecūdùm [Bar. & alios in l.iuriſgentium, §. quinimmo, ff. de pact.] Secundum hoc ius commune feudorum diſceptatur de his, quæ pro ſubſtātia requiruntur ad perficiendum hunc contractum, & ſic faciendam iſtā conuerſionem, & feudi conſtitutionem.

15 Nos in repetitione iſtius cap. declarabimus omnia, de quibus poteſt dubitari, vel de iure communi, vel in Regno, an debeant interuenire pro forma in iſto cōtractu, & vt melius termini feudales

dales

dales ad rem iſtam pertinentes percipiantur, explicabimus præ-
16 miſſa per tres quæſtiones principales, in quibus omnia includuntur.

17 Prima erit, vtrum in feudi cōſtitutione ſint neceſſaria verba, inueſtio te de tali re in feudum, ita quòd non poſſit aliter fieri iſta conceſſio allodij in feudum, niſi hæc verba interueniant.

Secunda, vtrum præſentia parium in inueſtitura feudi ſit ſolemnitas ſubſtantialis requiſita per legem feudalem, ita quòd ſi hæc deficit, inueſtitura dicatur peccare in forma, & conſequenter ſit nulla.

Tertia quæſtio erit, quomodo hæc procedant in Imperatore, vel Rege, non recognoſcente ſuperiorem, & ſucceſſiuè quomodo in Regno iſto.

18 Circa primam quæſtionem. Hæc quæſtio pendet ab intellectu iſtius tex. & [tex. in cap. 1. de conſuet. rect. feud.] quæ iura inuicem aduerſantur in hoc articulo, nam hic probatur, quod ſint neceſſaria verba, inueſtio te, dum dicitur, quòd feudum nullo modo conſtitui poteſt ſine inueſtitura, etiam ſi domino iubente quis acquirat poſſeſſionē alicuius rei nomine feudi, retinebit tamen quaſi feudum in vita, & non tranſibit ad hæredes, [tex. verò in cap. 1. de conſuetu. rect. feud.] probat contrarium: dum dicit, quod feudum acquiritur inueſtitura, vel eo, quod habetur loco inueſtituræ, puta ſi dominus coram paribus curiæ alicui dixerit, vade in poſſeſſionem illius fundi, & teneas illum pro feudo.

Super intellectu iſtorum iurium multum atque multum Gloſ. & Doctores antiqui, & moderni laborant, & in effectu ex dictis omnium, & ferè vbique treſdecim intellectus ad hæc iura colliguntur: nos ſimul quæſtionem propoſitam, & veriorē intellectum explicabimus.

19 Primo igitur circa intellectū Odoffred. in ſumm. feudorum, in principio, ponit tres intellectus.

Primus, quòd in hoc tex. verba illa non erant dicta coram paribus curiæ, & proinde non erat feudum conſtitutum, ibi vero verba erant prolata coram paribus, & ideo iuſſus ille habet vim inueſtituræ.

Secundus intellectus, quòd ille textus intelligatur ſecundum iſtum, vt res illa ſic in feudum conceſſa ſine inueſtitura, non tranſeat ad hæredes, ſicut hic.

Tertius intellectus Odoffred. prout refert [Iſern. in d. cap. 1. de conſuetud. rect. feud.] eſt, quod hic non erat dictum, vt acciperet rem nomine feudi, ibi autē erat dictum, vt acciperet nomine feudi.

20 Iacob. de Ardizo. in ſumma, in

in 3.parte,de ſucceſſio. feud.col. penult. & antepen.] ponit etiam tres intellectus.

Primus, quod ibi erat iuſſus de feudo, & coram paribus, hic non erat iuſſus de feudo.

Secundus, quod hic excluditur hæres extraneus.

Tertius, in quo reſidet,& dicit eſſe Pilei, eſt ſecundus intellectus Odoffred.quod ille textus intelligatur ſecundum iſtũ,Gloſ. & Iſern.in cap.1.de conſue. rect. feud.ponunt duos primos intellectus Odoffredi, & reſident in ſecundo cum Ardizo.

21 Iſern. verò hic multum torquetur ab iſta contrarietate, & latius tractat intellectum iſtorũ iurium,vt videtis,ponendo ſeptẽ intellectus,duos primos Odoffredi, tertiũ Ardizonis, & quatuor alios.

Primus,quod hic tex.corrigatur per tex.in cap. 1. de conſuet. rect.feud.

Secundus, quod hic, ille, qui hoc modo acceperat poſſeſſionem, tenuerat minus anno, ibi vero per annum.

Tertius, quod hic non allegabat conuentus à domino, niſi poſſeſſionem, ibi verò allegabat ſe inueſtitum.

Quartus, quod hic habebat breue teſtatum,ibi vero non habebat, Bald. hic ponit alium intellectum,quod poſſeſſio in caſu iſtius capituli erat vacans, & ſic titulum habebat à domino, & poſſeſſionem à nullo; quaſi dicat, quod in conſtitutione feudi requiritur poſſeſſio, vt habeatur à domino, colligitur etiam ex dictis per [Bald.in cap.cæterum, num.11.de iudic.] alios intellectus,ſcilicet,vt in [cap.1.de conſuet.rect.feud.] iuſſus de capiendo fuerit coram re ipſa, nam dicit,quod ſi inueſtitura fiat alibi, quam apud rem ipſam, & tunc per inueſtituram conſuetudinariam, nec vtile dominiũ acquireretur, ſicut acquireretur,ſi dominus diceret vaſſallo, vade in poſſeſſionem, antequam erat,vt in [cap.1,de conſuet,rect.feu.]

22 Martinus Laudenſis hic ponit alium intellectum, quod hic nõ tradidit dominus poſſeſſionem, ſed dixit tantum,vade,& accipe,

23 &c. ibi verò tradidit Afflict. hic intelligit Iſern. in tertio intellectu,quem ſupra retuli, vt dicat, quod aliud eſt,quando dominus negat inueſtituram, aliud quando vendicat.

24 Item intelligit Iſern. vt reſideat in intellectu, vt corrigatur hic text. per illum, & ponit aliũ, vt hic tex.procedat, quando iuſſus non probatur,ille verò quando probatur, & ſupplet in tex. dum dicitur:quod tenet durante vita, ſcilicet domino permittente.

25 Et ſic videtis iam treſdecim intellectus, & duos principales, illum

illum ſcilicet, quod [tex.in cap. 1.de conſuet.rect.feud.] intelligatur ſecũdum iſtum, quem ponit Pileus, & ſequuntur Ardizo. Io.Blanc.gloſ.& Iſern.vt vidiſtis, & alium ſcilicet, quod hic iuſſus
26 fuit ſine paribus,ibi coram paribus, & hunc intellectum tenent [Iacob. de Beluiſ. Bald. Aluarot. & Eguinar.Baro hic, idem Iaco. de Beluiſ.& Aluarot.in cap.1.de conſuet. rect. feud. Zaſi.in tract. feud.6. part. nu.9.& 10.] qui dicit, quòd hæc concordia communiter tenetur, & ſic communiorem dicit Laudenſ. hic nu.8. & licet ipſam impugnet, & ſequatur intellectum Iſern.& aliorum, nihilominus dicit,quòd in iudicijs ab iſta communi ſententia non recederet.

Circa iſtos duos principales intellectus verſandum erit in re præſenti, quoniam de alijs non eſt curandum.

Et primò intellectus, quod hic excluditur hæres extraneus, eſt omnino falſus, & probat Afflict.hic numer.2. & bene,quia
27 in hoc iure feudorum, ſemper quòd fit mentio de hærede, intelligitur de filio, vel deſcendente maſculo.[§.& ſi clientulus,de alienatio. feud.] ita quòd dum tex.hic loquitur de excluſione hæredis, intelligit ſine dubio de filio,intellectus quem ponit
28 Bal.hic, nequaquam ſubſiſtere poteſt,quia eſt diuinare,propterea per ipſum etiã reprobatur. Hic etiam intellectus eiuſdem Bald.in cap.cæterum, dum facit vim in præſentia rei, non valet, quia poſtquam hic præſupponitur,quod ſit iam capta poſſeſsio, quid intereſt, quod tradatur vno
29 vel alio modo, poſtquam inueſtitura propria dicitur poſſeſsio, [cap.1.quid ſit inueſt.]
30 Intellectus Laudenſ.hic,quod ibi erat tradita poſſeſsio,hic non eſt cõtra verba expreſſa tex.dum hic præſupponitur, quod fuerit capta poſſeſsio.
31 Intellectus Afflict. dum vult ſupplere ad iſtum tex. quod tenebit durante vita, volente domino,& quod hic non probabatur iuſſus, eſt omnino reijciendus.

Alius intellectus,quod hic nõ habebat breue teſtatum ibi, ſic eſt contra literam vtriuſque tex. quæ clarè excludit breue teſtatũ, & ita etiam ſupplere ad hunc text. quod hic poſſederat minus anno, aut quod hic non allegabat cõuentus, niſi poſſeſsionem, vel quòd dominus agebat rei vẽdicatione, vel negabat inueſtituram tantum, prout ſecundum alios intellectus nequaquam poteſt commodè dici.
32 Item intellectus tertius Odoffredi, in quo reſidet ſecundùm Iſern.intelligendo, prout ipſe refert, non poteſt ſtare, quia in vtroque tex. iuſſus erat, vt teneret

ret

ret nomine feudi; & propterea bene reprobat ipſe Iſern. in [cap. 1. de conſuetud. rect. feud.]

33 Sed vos aduertatis, quòd Odoffredus non ponit iſtum intellectum, & ſatis potuiſſet argui de craſſa ignorantia, ſed Odoffredus voluit dicere, aut iuſſus eſt circa feudum iam formatum, quod tractatur de infeudando, aut circa allodium, & oriebatur iſte intellectus, quia ſecundùm vnam literam in [cap. primo, de conſuetud. rect. feud.] dicitur, vade in poſſeſsionem illius fundi, & teneas pro feudo; ſecundùm aliam, dicitur illius fundi, & de hoc meminit ipſe Odoffredus in ſumm. in principio, & ita declarat Ardizonus in ſumma ubi ſupra, dum ponit primam ſolutionem, quod hic iuſſus non erat de feudo, & coram paribus, prout ibi, ita quòd

34 Iſern. non benè intellexit Odoffredum, & uoluit friuolam occaſionem ſumere ad reprehenſionem.

Sic etiam aduertatis, quod dum ponuntur per Iſerniam ſolutiones, quod hic minus anno, aut allegabatur poſſeſsio tantum, non inueſtitura, quod iſtæ ſolutiones non reſpiciunt contrarietatem de [text. in capit. primo, de conſuetud. rect. feud.] Sed aliam oppoſitionem formatam contra iſtum textum, dum dicitur non poſſe eſſe feudum ſine inueſtitura, & fuit formata per Ardizonem vbi ſupra, ſcilicet, quòd ex poſſeſſione anni, acquiritur feudum, vel ex præſcriptione; ergo ſine inueſtitura, & Iſern. credens oppoſitiones reſpicere [text. in capit. primo, de conſuetud. rect. feud.] retulit eaſdem ſolutiones Ardizon. quas non dedit ad illum textum, ſed formatis ſimul pluribus oppoſitionibus, dedit præmiſſas, & alias reſponſiones, & Iſernia hic pro maiori parte non facit, niſi tranſcribere Ardizonem, & Odoffredum, & minus perfectè, vt vidiſtis.

35 Intellectus vero, quod hic textus corrigatur per [textum in capit. primo, de conſuetud. rect. feud.] in quo Afflictus dicit reſidere Iſerniam, non eſt contemnendus omnimodo, & Afflictus eſt quodam-

36 modo excuſandus, ſi non intellexit mentem Iſerniæ, quia adeo ipſe torquetur ex diſcordia iſtorum iurium,

quod verè vacillare videtur.

37 Nam num. 3. in verſiculo vel illa corrigit, relata per eum illa ſolutione, quod [text.in capit. primo. de conſuetud. rect. feud.] corrigat textum iſtum.

Ponderat, quòd niſi ſequeretur correctio, eſſet conſuetudo irrationabilis, cum ſi habet id, quòd ſignificat inueſtituram, ſcilicet poſſeſſionem ad id, quod oportet dici hæc verba, inueſtio te, cum

38 ſolemnitate verborum ſint ſublatæ [l. prima, C. de forformul. & l. fina. Cod. qui admitt.] & ſtatim ſubdit poſtea, & hoc videtur verius, ita quòd pro tunc reſidere uidetur in iſta ſolutione, quod text. poſterior in cap. 1. de conſuetud. rect. feud. corrigat.

39 Inſerit ſucceſſiuè ius Regni, & quomodo in hoc Regno non ſunt neceſſaria verba, inueſtio te, quo peracto, ſubdit hoc in Regno Siciliæ, iure iſto feudorum, ſunt neceſſaria verba, inueſtio te, etiam ſi poſſeſſionem tradat, & nunc ſequi videtur illam ſolutionem, quòd [text. in capit. 1. de conſuetud. rect. feud.] intelligatur ſecundùm textum, vt habeat durante vita. & non corrigat textum illum.

40 Demum ſubdit, quòd hæc videntur habere locum, quando non probatur donatio feudi, quia ſi conſtat de donatione per breue teſtatum, & poſtea inueniretur poſſediſſe, feudatarius præſumitur ex ea cauſa habuiſſe, & cum inueſtitura nihil aliud ſit propriè, quam poſſeſſio, ſi præceſſit donatio, & per donationem accepit, non eſt neceſſaria inueſtitura, cum inueſtitus eſt, quia poſſidet.

Vnde videtur recedere ab eo, quod ſupra dixit, quod de iure communi feudorum, feudum non conſtituitur ſine verbis, inueſtio te, poſtquam vult eſſe feudum, etiam iſtis verbis deficientibus in caſu præmiſſo.

Videtis ergo domini, quanta eſt diſcordia inter Doctores circa intelligen-

41 tiam iſtorum iurium, & veſtrum, Iſern. quodammodo vacillantem, & titubantem, tam circa intelligentiam vtriuſque textus, quàm circa articulum, an de iure communi ſint neceſſaria verba, inueſtio te, in conſtitutione feudi.

Vnde alij peritiores, ex antiquis

tiquis noſtris Doctorib. Neapolitanis, qui feuda profitebantur, dicebant, quod hic neſcit Iſern. quid dicat.

42 Alij ſaluantes Iſern. ſumebãt ex vltimis verbis eius alium intellectum, ſcilicet, quod in vtroque tex. non conſtabat de donatione feudi per priuilegium, aut breue teſtatum, ſed tantum de illo actu poſſeſſionis, & ſic de inueſtitura reali. Sed in cap. 1. de conſuet. rect. feu. non dubitatur, quin ea verba, de quibus cõſtat, habeant vim inueſtituræ, & quia ex illis non conſtituatur propterea feudum.

Quid faciemus nos? Videamus primo veram mentem Iſer. & quomodo poſſumus illũ ſaluare à contrarietate, tam in hoc cap. quàm alibi.

43 Iſern. in rubr. quid ſit inueſtit. dicit, nota, quòd ſunt neceſſaria verba hæc, inueſtio te, etiam ſi poſſeſſionem tradat iure iſto, in [cap. 1. num. 1. de conſuetu. rect. feud.] dicit idem, quod de iure communi, inueſtitura eſt ſubſtãtialis in feudo.

Iterum, quod ſint neceſſaria verba, inueſtio te in [cap. ſi minori, ſi de feu. defunct. milit. ſentit hoc in cap. 1. de nou. form. fidelit. in cap. 1. §. fi. de pac. iuram. firman. & in cap. 1. §. præterea ſi quis infeudatus, verſ. à proprio, de prohib. feud. alien. per Feder. & in c. 1. nu. 5.] ibi, ſic qui infeudat, oportet, quod dicat, inueſtio te, de prohib. feud. alien. per Lothar.] ita quòd ſemper Iſern. videtur fuiſſe in opinione, quod de iure communi feudorum, non conſtituatur feudum ſine inueſtitura, & ſine verbis, inueſtio te.

44 Hæc concluſio cum alia concluſione, quam ponit in finalibus verbis hic, quod quando cõſtat de donatione feudi per breue teſtatum, & poſtea reperitur poſſidere donatarius, quod ſit feudum conſtitutum, dicendo, an interuenerunt verba, inueſtio te, videtur contraria.

Sed notate, domini, quomodo Iſern. non eſt ſibi contrarius, & in illis vltimis verbis non ponit alium intellectũ in iuribus prædictis, ſed tantum limitat, & declarat concluſionem ſupra per eum firmatam.

45 Et præmittendum eſt primo, quod Iſer. fuit in opinione, quod inueſtitura verbalis per anulum, licet non transferat dominium, tamen nihilominus conſtituat feudum; ita dicit bis in [capit. primo, quid ſit inueſtitura, num. 3. in fin. & paulo ante in verſ. alij dicunt, quod in principalibus] & apertiſſimè hoc voluit in [cap. 1. §. fin. in princ. de pac. iuram. firm. alias in cap. 1. de allod.]

Oo 2 Se-

Secundò aduertatis, quod Iſer. in omnibus locis ſupra allegatis, licet dicat; vt ſupra, tamen ſe remittit ad dicta per eum hic, vbi Iſern. ſi bene aduertatur, tria dicit.

46 Primo, quod feudum non conſtituitur ex inueſtitura abuſiua, vt aliàs dixit, vbi ſupra, niſi interueniant verba, inueſtio te, & de hac conſtitutione feudi, quæ oritur ex inueſtitura abuſiua, loquitur Iſern. quando dicit, quòd feudum non eſt ſine inueſtitura, vel quod requiruntur verba, inueſtio te, ſecundùm ius commune feudorum.

47 Vnde ſecundùm hoc ius, ſi quis haberet donationem feudi, non autem poſſeſſionem, & in donatione non eſſent verba formalia, inueſtio te, nõ poſſet agere contra dominum ad rem præcisè tradendam, ſicut dicitur in [cap. ſi facta, ſi de feud. defunct.

48 milit.] quia inueſtitura peccat in forma, & quod in hac verbali inueſtitura per haſtam requiratur, iſta ſolemnitas verborum, docet manifeſtè [text. in capit. primo, quid ſit inueſtit.] dum requirit, quod dominus porrigendo haſtam dicat ſe facere inueſtituram.

49 Secundò, quod Iſern. dicit hic in verſic. iure iſto, & in rubric. quid ſit inueſtitura, eſt ampliare iſtam concluſionem, vt

49 requirantur verba, inueſtio te, etiam ſi poſſeſſionem tradat, vt dicitur infra in text. quem noluit corrigi per cap. primum, de conſuet. rect. feud. nec voluit vt in terminis illius cap. feudum tráſiret ad hæredes; propter præſentiam partium, ſed voluit illũ intelligere ſecundum iſtum tex. ſequendo concordiam iſtorum iurium, quam ponit Pileus in ſumm. prout ipſe refert, & [gloſ. in d. cap. 1. de conſuetud. rect. feud.] & propterea dicit, quòd ſunt neceſſaria verba, inueſtio te, etiam ſi poſſeſſionem tradat, loquens in terminis iſtorum iurium, quæ ſic intelligit; vt videtis.

50 Tertiò, voluit Iſern. ibi, quod ſi conſtat de donatione feudi per breue teſtatum, & poſtea inuenitur donatarius poſſidere, nõ interſit, quòd in donatione deſint verba, inueſtio te, & ſic in illis vltimis verbis non ponit aliã opinionem diſtinctam, ſed intelligendo [text. in cap. primo, de conſue. rect. feud.] ſecundum textum iſtum, & quod idem in vtroque diſponatur, ſecundum eum limitat, & declarat, vt non procedat, quando conſtat de donatione per breue teſtatum, & reſtringit diſpoſitionem iſtorum iurium ad caſum, prout loquuntur tantum, quando iubente domino

mino,quis eſt adeptus poſſeſſionem, & ſic vnicus actus tantum interuenit, & ita intelligendo, nulla eſt contradictio in Iſern. quia hic eſt tertius caſus ſeparatus,& diſtinctus.

Vidiſtis mentem Iſer. Videamus nunc ſi bene dicit.

51 Primum eius dictum, quod non poſſit agi ad feudum, niſi in verbali conceſſione adſint verba formalia, inueſtio te, videtur modicã habere dubitationem, quia [tex.in c. 1. quid ſit inueſt.] manifeſtè hoc probat, dum in inueſtitura abuſiua, quæ fit per haſtam,requirit, vt dominus dicat ſe facere inueſtituram.

Secundum dictum Iſern. an hoc procedat, etiam ſi poſſeſſionem tradat;vis conſiſtit in inquirendo, qui ſit verior intellectus,an ille, quẽ ipſe ponit poſt Pile.& gloſ.vel communis, vt in cap.1.de conſuet.rect.feud. ideo tranſeat ad hęredes,quia illa verba fuerunt dicta coram paribus quod non erat hic. Ego arguo, contra vtrumque intellectum.

52 Et primò contra communem intellectum arguo ſic;non dubitatur hic, an abſentia pariũ impediat feudi conſtitutionem,ſed an hoc faciat defectus inueſtituræ,ſeu verborum, inueſtio te, & de hoc tantum dubitatur, hoc eſt,quod deciditur, & non aliud. Vnde alia,quæ poſſunt impedire feudi conſtitutionem,præſupponuntur ſubeſſe.

53 Et propterea in hoc capitulo præſupponere debemus perneceſſe,quod iuſſus domini, quod acciperet poſſeſſionem nomine feudi, fuit coram paribus curiæ;

54 quia quando plura impediunt, & de vno in lege aliqua quęritur cætera præſupponuntur ſubeſſe, probąt [tex.in l.qui teſtamento, ff.de teſtam. & in cap. 1. de æta. & qualit.ordinã.in 6.] & propterea,dum tenentes communem, dicunt, quòd hic verba illa non erant dicta coram paribus, malè dicunt.

55 Secundo, licet in cap. 1. de conſuet. rect.feud.dicatur, quod verba illa erant dicta coram paribus curiæ,nihilominus tex.non fundatur in hoc, ſed ratio, quæ ibi conſideratur, eſt,quia poſſeſſio eſt capta nomine feudi, de uoluntate domini. Vnde malè tenentes communem pro concordia iſtorum iurium, fundantur in præſentia parium, poſtquã hæc non ponderatur in [text.dicti cap.1.de conſuet.rect. feud.]

56 Contra intellectum Iſern. & aliorũ, arguo etiam alio modo; in cap. 1. de conſuet. rect. feud. dicitur, quòd illa verba habent uim inueſtituræ, & cum nactus ſit poſſeſſionem de voluntate domini, habetur, perinde ac ſi inueſtitura interceſſiſſet.

57 Aequiparat ergo ille tex.inueſtituram, & id,quod habetur loco inueſtituræ. Quomodo ergo non debet tranſire ad hæredes feudum cōſtitutum per id,quod habet vim inueſtituræ,ſicut feudum conſtitutum per inueſtitu-
58 ram? poſtquam,quando lex æquiparat vnum alteri, omne, quod eſt in eo,cui ſit exequutio, dicitur concedi ei, quod æquatur[l.illud.ff.de donat.cau.mort. l.1.§.1.ff. ſi quid in fraud. patro. notat Iaſ.in l.1.col. 4. in fin. de legat.1.vbi Soccin. & alij] ergo intellectus Iſern. ſtare non poteſt.

59 Secundò hoc ſuadetur, quia in rubr.dicitur de conſuetu. rect. feud. rubrum declarat nigrum, non eſſet rectum feudum,niſi ſit tranſitorium ad hæredes.

Cogitabam propterea,ſi aliter iſta iura concordari poterant.

60 Ideo animaduertebam, quòd in cap.1.de conſuetud.rect.feud. erat dictum, vt teneret pro feudo, vltra licentiam accipiendi poſſesſionem. At in [cap.1.quib. mod.feud.conſtit.pot.] uerbum nullum, quod ille teneret pro feudo. Vnde hæc diuerſitas facti poſſet tollere contrarietatem.

Sed ſi veritatem amamus, in vtroque cap.dicitur, quod fuerat capta poſſesſio fundi, nomine feudi,de voluntate domini, licet in uno tātum ſint illa uerba domini cōcedentis,teneas pro feudo;& ſat eſt,quod de uoluntate domini capta fuerit poſſeſsio fundi, nomine feudi, quod in utroque cap.præſupponitur.

Ex his,eram propenſior,quaſi in concludendo,quod [tex.in c. 1.de conſuet.rect.feud.] tāquam poſterior corrigat. Sed quia nulla apparent ſigna, quod ibi uoluerit Auctor inducere legum correctionem, quam maxime in tam paruo uolumine feudorum, uitare debemus omnino.

61 Ideo ſequamur concordiam illam, quæ minores habet amaritudines,ut eſt communis concordia,quod [tex.in c.1. de conſuet.rect. feu.] loquatur,quando coram paribus ſunt dicta illa uerba.

62 Suadetur hic intellectus ultra Docto. quia quodlibet uerbum, etiam minimum appoſitum, nō debet eſſe ſine uirtute operandi. ſecundùm [Bald. in rubr. ff.de contrahen.empt.] Vnde cum ibi fiat mentio de paribus, de quibus nō ſit mentio hic, debet aliquid operari.

63 Secundo,nullus tex. feudalis, niſi ille, ponit uerba formalia, quæ habent uim inueſtiturę.Vnde uidetur hoc nouū inducere, ut non ſolum reperiatur inueſtitura,ſed id,quòd æquipollet inueſtituræ,& tenendo hunc intellectum,euitatur irrationabilitas, quam Iſern. conſiderat hic, ut

uis

uis conſiſtat in formula uerborum,& non ſufficiat volũtas domini transferendi rem ſuam in feudum,niſi ſolemniter coram paribus curiæ declaratur.

64 Non obſtant contraria;& primo,quod tex.ille in ratione ſui, nõ facit vim in paribus, ſed quia nactus fuerit poſſeſſionem de volũtate domini, quia immò recte ponderando,facit vim in paribus;nam ſi ſupra dixerat, quòd voluntas domini erat declarata coram paribus, dum poſtea dicit,quia accepit poſſeſſionem de voluntate domini, nomine feudi,intelligitur de illa voluntate ſolemni, coram paribus curiæ declarata, de qua ſupra meminerat,& ſic in illo tex. virtualiter fit vis in paribus curiæ, quaſi velit dicere tex.quod illa verba,vade,& accipe poſſeſſionem, & teneas in feudum, ita coram paribus habeant vim inueſtituræ verbalis,& abuſiuę,ſequuta poſtea captura poſſeſſionis, & ſic reali inueſtitura non remanet, quod impediat conſtitutionem feudi recti, & in ſua propria natura conſiſtentis.

65 Non obſtat ſecũdo, quod hic debeat præſupponi præſentia parium, poſtquam nõ dubitatur de alio, niſi an defectus inueſtituræ impediat feudi conſtitutionem, quoniam id,de quo dubitatur hic in ſecundo reſponſo, oriebatur ex eo;quod dixerat in primo reſponſo, quia ſi erat dictum, quod feudum non poteſt conſtitui ſine inueſtitura; ergo cum inueſtitura,conſtituitur;ſed inueſtitura propriè eſt poſſeſſio, [cap.1.quid ſit inueſtit.] ergo ſi eſt tradita poſſeſſio nomine feudi,adeſt inueſtitura;& propterea debebat dici ex hoc, feudũ conſtitutum,hoc vult decidere text. ille,declarando,quòd dum dixit, quod feudũ nõ conſtituitur ſine inueſtitura, intelligitur, niſi præcedat inueſtitura verbalis, & ſolemnis coram paribus curiæ, & domino, dicente ſe facere inueſtituram,iuxta[tex.in cap.1.quid
66 ſit inueſt.] nec ſufficit poſſeſſio ſola, quæ dicitur inueſtitura realis, & hoc vult dicere tex. iſte. Vnde ſequitur [tex.in cap.1. de conſuet.rect.feud.]& dicit,quòd
67 ſi iuſſus de capiendo poſſeſſionem fuerit coram paribus, hoc eſt loco inueſtituræ, ſcilicet verbalis; & propterea ſequuta inueſtitura reali,quod poſſeſſionem, eſt feudum ſecundum eius propriam naturã conſtitutũ, ſi quis
68 tñ veſtrum vellet ſubſtinere ſolutionem Iſern. quæ eſt, ut uidiſtis,quod [tex.in cap. 1. de conſuet.rect.feud.] intelligatur ſecũdùm iſtum, vt habeat durante vita,poſſet hoc addere,quod tex. iſte loquitur de modo conſtituendi feudum de nouo [tex.vero in cap.1.de conſuet. rect.feu.] loquitur de modis acquirendi

feu-

feudum,quod de nouo tunc formatur per inueſtituram. .

69 Item de modis acquirẽdi feudum iam ante formatum, mediante ſucceſsione, & non eſſet abſurdum, quod tex. ille ponat modum acquirendi feudũ,quod non durat niſi ad vitam feudatarij, poſtquam intendebat reaſſumere auctor illius capituli,generaliter, modos feudum acquirendi,iam id,quod in vita quæritur, acquiri dicitur, & propriè cadit etiam in hoc terminus iſte acquiſitionis, vade in poſſeſſionẽ, &c. res illa non quærebatur, niſi durante vita, & ita retinebatur quaſi nomine feudi, vt dicebatur hic.

70 Venit auctor [tex.in cap.1.de conſuet.rect.feud.]& quis fuerit, incertum eſt, nam ille titulus cũ alijs,ante.& poſt,non attribuitur

71 Gerardo, aut Oberto,qui communiter reputantur Auctores conſuetudinum feudalium, ſed diuerſis incertis auctoribus, vt dixi in [cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.] & volens ille auctor facere regulas, ex diſpoſitis iam per Obertum,& Gerardum, incipit magiſtraliter, Sciendum eſt, &c.

72 Et quia ex illis verbis, vade, &c.licebat quaſi feudi nomine, durante vita, retinere,voluit iſtis verbis, alludendo,dicere, quod hoc habeatur pro inueſtitura, quia, ſicut non quæritur pro ſe, & hæredibus, vt alia feuda, ſed durante vita, quaſi feudi nomine retinentur,ita ex illis verbis non oriatur inueſtitura, ſed id, quod habetur pro inueſtitura.

73 Sed quia contraria formata contra hunc intellectum, non poſſunt bene ſolui, ideo non recederem à communi concordia iſtorum iurium, cuius contraria melius ſolui poſſunt, vt vidiſtis, & tenendo hanc communem concordiam in iſtis iuribus, pernecesse,ſecundùm dictum Iſern. hic non bene procedit.

74 Aduertatis tamen, quod licet ſecundùm communem concordiam, tũc demum habeatur pro inueſtitura,iuſſus domini de capiendo poſſeſsionem fundi nomine feudi, quando fuit coram paribus, & non aliter; nihilominus hæc concluſio eſt intelligenda, quãdo dominus habet pares, quia ſi non haberet pares,& iuſſus fieret coram alijs teſtibus, etiam haberetur loco inueſtituræ, & eſſet conſtitutum rectum feudum tranſitorium ad hæredes,perinde ac ſi coram paribus: ita eſt de mente [Ioan.Fab. in §. interdum, inſtit de rer. diuiſio. num.4. qui vult in terminis cap. 1. de conſuet. rect. feud.] idem

75 eſſe fieri coram paribus,vel coram alijs, ſi dominus non habet pares, vnde ampliate vos tex.illũ vt procedat, etiam ſi non eſſet iuſſus coram paribus,ſed coram

alijs,

alijs, quādo dominus non habet pares; & limitate propterea text, iſtum,vt non procedat, quando dominus non habet pares.

76 Tertium dictum Iſern. quod ſi cōſtat de donatione feudi per breue teſtatum, quod procedit defectus inueſtituræ, aut verborum,inueſtio te,non poſſunt eſſe impedimento,conſtitutione feudi, attēta hac communi opinione, non poteſt haberi difficultas, ſi breue teſtatum eſt ſubſcriptum à paribus, quæ ſubſcriptio an requiratur, infra videbimus.

77 Sed tenendo eius opinionem, quod verba,inueſtio te, requirātur pro ſolemnitate ſubſtantiali in conſtitutione feudi,ego non video quomodo poteſt hæc ſua limitatio compati,& ſimul ſtare. poſtquam [text. in cap. 1. quib. mod.feud. conſt. pot.] loquitur per verba negatiua,dicens,quod non poteſt aliter conſtitui feudū, & [tex.in cap. 1. quid ſit inueſt.] qui in inueſtitura verbali,quæ ad plus poteſt oriri ex breue teſtato requirit,vt dominus dicat ſe facere inueſtituram,Iſern. qui habuit conſuetudinem pro irrationabili,licet ex vna parte noluerit recedere ab opinione Pilei, ex altera limitando, deſtruxit penitus Pilei opinionem.

78 Circa ſecundam quæſtionem de ſolemnitate pariū, hanc quæſtionem Doctores tractant generaliter, & in ſpecie in caſibus particularibus formando quæſtionem, quarum reſolutio pendet à reſolutione quęſtionis propoſitæ.

Prima quæſtio eſt, vtrū ſi dominus poſſidens, & lite vertente inter eum,& illum, qui prætendit ſe inueſtitum de aliqua re in feudum,confiteatur feciſſe inueſtituram, poſſit dicere de nullitate ipſius, quia deficit præſentia parium.

Secunda, an admittantur ad probandam inueſtituram in caſu præmiſſo,teſtes,qui tempore depoſitionis ſunt pares curiæ domini, ſed tempore inueſtituræ non erant pares.

Tertia, an ſi de inueſtitura, conſtat per breue teſtatum, ideſt publicum inſtrumentum, ſufficiat hoc, licet non ſit ſubſcriptum,& confirmatum à paribus curiæ.

79 In caſibus particularibus circa primam quæſtionem, habemus [text. in cap. 1. qui teſt.ſint neceſſ.ad proband.nou.inueſtit.] vbi duæ opiniones recitantur. Vna,quod inueſtitura facta ſine paribus,etiam ſi dominus confiteatur factam, non valet,tanquā ſine hac ſolemnitate facta. Alia verò, quod non audiatur dominus poſt confesſionem,ſi alleget defectum ſolemnitatis, gloſ. ibi tenet ſecundam opinionem, & præſupponit, quòd præſentia parium

rium non ſit de ſubſtantia inueſtituræ, ſed Iacob. de Beluiſ. tenet contrarium, ibi, quia præſentia parium ſecundùm eum, eſt de ſubſtantia inueſtituræ. ſequitur eum [Bald. ibi in princip. & Aluarot. colum. 3. & Præpoſ. etiam colum. 2.]

80 Iſern. diſtinguit, an dominus dum confitetur inueſtituram, ſtatim dixerit inualidã, propter abſentiam parium, & tunc audiatur; an hoc dixerit ex interuallo, & non audiatur, quia aliter intelligendo, fruſtra diceretur, quod eſt neceſſaria ſolemnitas parium, & ſic non negat præſentiam parium eſſe de ſolemnitate formali, poſtquam admittit dominum ad dicendum de nullitate inueſtituræ ſtatim poſt confeſſionem.

81 In ſecunda quæſtione [Iſern. in cap. 1. an remo. deſie. teſt. qui par. eſſe deb.] tenet ſufficere, quod tempore depoſitionis ſint pares curiæ, licet tempore inue-
82 ſtituræ nõ eſſent pares, quia ſeruus factus liber poteſt deponere de eo, quod vidit in ſeruitute, & adultus poteſt perhibere teſtimonium de eo, quod vidit in pupillari ætate, vt not. [gloſ. in l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verbor. ſignif.]

83 Sed Aluarott. ibi colum. fin. tenet contrarium, ſub eadem ratione, de qua ſupra, quia fuit de ſubſtantia inueſtituræ, vt à principio pares interueniſſent; Martin. Laudenſ. ibi; licet contra Iſern. ponderet tex. illum; nihilominus dicit eſſe æquius dictum Iſern. ne copia probationum anguſtetur [l. quoniam. C. de hęredib. inſt. Curt. in tract. feu. 2. part. verſ. quarto principaliter quæro, verſus finem, refert Iſern. & Aluarot. & uidetur ſequi Aluarot. Afflict. ibi ſimpliciter ſequitur Iſern.]

84 In tertia quæſtione, an breue teſtatum, ideſt publicum inſtrumentum debeat eſſe ſubſcriptũ à paribus in [d. cap. 1. qui teſt. ſint neceſſa.] ponitur etiam duplex opinio. Alia, quod requiratur ſubſcriptio parium. Alia, & ſecunda Mediolanenſiũ, quod non ſit neceſſaria ſubſcriptio.

85 Communiter tamen Doctor. tenent, quod opinio Mediolanenſium ibi tantum ſeruetur, & quod ſit localis cõſuetudo, prout in hoc libro feudorum multæ recitantur locales cõſuetudines, ut plenius probaui in [cap. 1. nu. 74. de his, qui feud. dar. poſſ.]

86 Generaliter autem procedit alia opinio, quod requiratur ſubſcriptio parium, & ita tenet [gloſ. hic, Ioan. Faſeolus de Piſis in ſumm. ſub rubr. de inueſt. qualit. fiat, Aluarot. etiam hic 3. colum. & licet Mart. Laudenſ. hic num. 11.] teneat, quod breue teſtatum
87 poteſt fieri coram quibuſcunq; teſtibus, tamen allegat Iacob. de Bel-

Beluiſ.qui hoc non dicit.

88 In articulo verò generali, an præſentia parium ſit de ſolemnitate ſubſtantiali [Odoffredus in ſumm. coram quib. debeat fieri inueſtit.] tenet,quòd debet fieri coram paribus,aliàs non valet,& quod hoc ſit de ſolemnitate, tenet [Ioan. Blanc. in ſumm. ſub rubr.quib.mod.feud. amitt. col. 2.Bald.hic num.8.] qui adeo tenet hoc eſſe de ſolemnitate ſubſtantiali, quod velit nō naſci nec ciuilem, nec naturalem obligationem Iſer.

Quid dicendum? ponderate iura feudalia,quæ conferunt pro reſolutione articuli generalis, & ſucceſſiuè etiam ad deciſionem quæſtionum particularium, de quibus ſupra.

89 Et primò ponderate tex. quid ſit inueſtitura,vbi in ſpecie dicitur,quod debet fieri coram duobus paribus ſolemniter,alioquin licet alij interſint teſtes, inueſtitura non valeat, loquitur de intereſſentia in ipſo actu inueſtituræ,& ſic eſt ſolemnitas in lege requiſita tempore contractus inueſtituræ,quo caſu omiſſio illius ſolemnitatis facit, vt actus non valeat ipſo iure,ſecundùm [Bar. in l.vniuerſa.C.de precib.Imper. offeren.]

90 Secundò,ponderate [tex.in c. 1.verſ.teſtes verò, ſi de inueſtit. inter domin.& vaſſall.lis oriatur] ibi, qui ſi tēpore īueſtitionis abfuerint,etiam extranei ſunt recipiendi,ergo requiritur præſentia tempore inueſtituræ.

91 Tertiò [tex.in cap.1. in fin.an remoue.debe.teſt. qui pares eſſe deſierint] ibi,quid eñ peccauit, qui inueſtituram accepit, ſi illi, quos eo tempore, vt puta idoneos adhibuit, poſtea pares eſſe deſierint, & ſic conſiderat præſentiam, etiam tempore inueſtituræ.

92 Quartò [tex.in cap.1.qui teſt. ſint neceſſ. ad proband. nou. inueſt.]ibi,& ſi ſine eis facta ſit decurrens, poſtea ad ſolemnitatem conſuetudinis, vbi idem probatur.

93 Quinto [tex.in cap.1.de conſuetu. rect.feud.] ibi, ſi dominus alicui coram paribus curiæ dixerit,nam non dicitur coram alio aliquid fieri, niſi ſit præſens, & audiat.

94 Sextò [tex.in cap.1.§.idcirco, de not.feudo.] ibi, idcirco pares neceſſarij ſunt in inſtrumento inueſtituræ. Ita quod ex omnibus iſtis iuribus probari videtur, quod eſt neceſſaria intereſſentia parium tempore inueſtituræ, & conſequenter hoc eſt pro ſolemnitate formali,maximè, quia textus hic vltra procedit annullando.

95 Ex alia verò parte iura feudalia videntur potius requirere pares ad probationem inueſtituræ, potius quam ad ſolemnitatem,

pro

pro quo primo ponderari poteſt [text. in d. cap. 1. ſi de inueſtit.] ibi, ſi teſtibus res probari non po terit, & intelligit de paribus, & in [§. ſi quis ſe, vel patrem] ibi, niſi per duos pares de domo ipſius domini probauerit.

96 Secundò facit [rubr. in cap. 1. qui teſt. ſint neceſſ. ād probandā nou. īueſt.] Vnde quærit de qualitate teſtium in probatione inueſtituræ.

97 Tertiò facit [tex. in d. §. idcirco de not. feud.] vbi aſſignatur ratio, quare pares ſunt neceſſarij, ne quid falſitatis excogitetur per alios teſtes, in præiudicium domini, quæ ratio videtur potius probationem reſpicere. Vnde lex feudalis videtur quodammodo cōfundere ſolemnitatem circa pares in actu inueſtituræ, & probationem ipſius inueſtituræ per pares.

98 Sed vltra textū iſtum, qui cauillari non poteſt [tex. in d. cap. 1. an remoueri debeant teſtes] tollit etiam omnem ſcrupulum, quia ſi pares requirerentur ad probationē, fruſtra dubitaretur, ſi ſunt admittendi illi, qui erant pares tēpore inueſtituræ, ſed nō erant pares tempore depoſitionis, & ideo ſi attēdimus id, quòd deciſum eſt in hoc libro feudorum, ſine dubio in articulo generali, pro ſolemnitate formali eſt neceſſaria præſentia parium tempore inueſtituræ, & alij teſtes nō ſunt idonei, ſicut fœminæ non ſunt idoneę pro teſtibus in teſtamentis.

99 Circa tertiam quæſtionem illa habet duo capita, ſi de primo tractamus, an in conſtitutione feudi, quę fit per Principem, ſiue Regem nō recognoſcentem ſuperiorem, ſint pro forma, neceſſaria verba, inueſtio te; Et dic, quod ſi ſumus extra Regnum, iſta verba non ſunt neceſſaria, niſi quando infeudant illi, de quibus loquitur prima rubrica, non autem quādo infeudat Imperator, vel Rex, ſecundum Iſer. hic, verſ. item videtur, multo magis non ſunt neceſſaria, quan-
100 do ſumus in Regno, quia leges Regni non faciunt mentionem, niſi de priuilegio, vel oraculo Regis, vt in conſtit. dignum, aut de ſcripto, debita ſolemnitate munito, & in conſtit. cum vniuerſis, & ita conſiderando iſtas leges Regni, dicit [Iſer. hic, & in cap. ſi minori, ſi de feud. defunct. milit. in cap. ſancimus, colum. 2. in princ. quo tempore miles, in cap. 1. num. 2. de capit. Conrad.] & licet in priuilegijs conceſſionis feudi ſoleat poni verbum, inueſtimus per noſtrum anulum, tamen hæc eſt abundans cautela, quæ non nocet, & iſta verba addita ſunt poſt tempus Regis Caroli Primi, quia in priuilegijs Imperatoris Federici non ponebantur iſta verba, vt ipſe Iſern. dicit,

dicit hic d.verſiculo item videtur,in fine.

101 Si verò de ſecunda tractamus,an præſentia parium in cóceſſione feudi,quæ fit per Imperatorem,aut Regem, non recognoſcentem ſuperiorem, requiratur pro ſolemnitate formali, ſicut in inueſtituris aliorum.

Hęc quæſtio habet quodammodo implicitam aliam quæſtionem,vtrum conceſſio feudi, quæ fit per Principem, vel Regem, requirat ſcripturam eſſentialiter, & pro forma; quoniam ſi requirit ſcripturam, tractabimus, an illa debeat eſſe ſubſcripta à paribus, vel à quibus, ſi non requirit ſcripturam, uidebimus, an conceſſio debeat fieri coram paribus.

In iſta quæſtione aduertatis, ne veſtrum ingenia confundantur, quod Doctores iuxta quæſtionem iſtam, tria promiſcuè tractant, quæ ſunt diſtinguenda.

Primò generaliter, an gratia Principis ad ſui ſubſtantiam requirat ſcripturam.

Secundò, an aſſenſus Regis interueniens in feudi alienatione, requirat neceſſario ſcripturam.

Tertiò in ſpecie,an inueſtitura feudi, quæ fit per Principem, debeat de neceſſitate fieri in ſcriptis.

102 Primum, in quo etiam more ſolito Doctores confusè loquuntur, cófundendo quamplures varios caſus, tractatur per [Archidiac. in procem. ſexti decret.colum. fin.] ex cuius dictis, licet appareat, quod alij diſtinguebant, aut gratiæ factæ annexa eſt iuriſdictio, & requiritur ſcriptura per [tex.in l.1.C.de mã dat. Princ.] Aut non eſt annexa iuriſdictio, & non requiritur, quia Imperialis donatio non indiget ſcripto [l. ſancimus. §. exceptis.C.de donatio.] .

Concludit, quòd ad eſſẽtiam, & quidditatem gratiæ, nó requiritur ſcriptura, ſed illa perficitur ſolo verbo: formant namque

103 quæſtionem, ſi Papa fecit alicui gratiam,ſeu collationem alicuius beneficij, & mandauit de hoc litteras fieri,ſi antequam fierent, vel bullarentur, mortuus eſt,an gratia expiret,& poſt multa,pro vtraque parte tenet, quod gratia ſic facta ex certa ſcientia Principis non expirat, quamuis ſcriptura nó ſit facta,nec ad hoc ſcriptura eſt neceſſaria, idem tenet [Io.Andr.ibi colum.2.] qui dicit ita conſuluiſſe, & vidiſſe plures vicecancellariorum teſtificantium certas litteras tempore mortis Papæ,fuiſſe in Cancellaria bullandas,toto illarum litterarum inſerto tenore.Item litteras Papales, de tali teſtimonio

Pp men-

mentione facta dari ſub bulla, ſequitur [Gemin. ibi, in verſic. vniuerſitati, & poſt eum Philip. Franc.Bald. in l.humanum,in fine.C.de legibus, in l. fin. C.de cōmu.ſer. manu. in l.fi.nu. 6. C. ſenten. reſcind. non poſſ. in l. ſi qua per calumniam, nu.5. C. de ep.& cler. & Dec.in l.idē Vlpianus.ff. de excuſ. tut. ita deciſum apparet per deciſio. Rot.87.aliàs 882. de reſcriptis in antiquis. Hanc opinionem tenet Zabarella in procem.clemen. verſic.hæc ſanè,num. 3. Abb. in cap. noſti, num.4.de electio.Felin. in rubr. de conſt.nu.11.]

104 Et ſimpliciter quod valeat priuilegium,vel gratia Apoſtolica, de quo conſtat,licet ſcriptura ſuper ea confecta non ſit, eſt [gloſ.in clement.dudum, verſic. nos etenim, litera K. de ſepul-
105 tur.] & quod Princeps ſine ſcripto det priuilegium, eſt gloſ. in cap. inſtitutionis 25. queſt. 2. litera E.]

106 Et quod gratia poſſit fieri ſine litteris,dicit [Innocen.in cap. conſtitutus,de re ſcript.nu.2.]

107 Vnde iſta concluſio, quod gratia, & priuilegium Principis non requirat ſcripturam de neceſſitate ad ſui validitatem, non videtur habere probabilem dubitationem, poſtquam eſt fulcita auctoritatibus tantorum, & ex rationibus, & iuribus, quæ præcipuè allegat [Archidiac.vbi ſupra,quæ non tranſcribo, vt fecerunt pro maiori parte alij.

108 Sed quia Archidiaconus vbi ſupra, licet firmauerit ſcripturam non requiri ad eſſentiam gratiæ; nihilominus retulit opinionem quorundam magnorum de curia, qui dicebant, quòd licet hoc ſit verum,nihilominus ad probationem rei ge-
109 ſtæ, littera Papalis requiritur, & iſtorum opinionem ipſe multis comprobare nititur. Et ſic etiam facit Ioan.Andreas,& Geminia.ibi,non tamen penitus firmare pedes videntur in hoc, [Bald. autem in d. l.humanum, & in d. l. ſi quis per calumniam, & in dict. l. idem Vlpianus. Item Abb. in dict.cap. noſti, & Felin.in dicta rubric.de conſtit.] magis explicitè tenent, quod ſcriptura eſt neceſſaria ad ſubſtantiam probationis, licet pro maiori parte ſe remittant ad Archidiac.vbi ſupra.

110 Videamus nos in practica, quid prodeſt, quod gratia ſit perfecta ſine ſcriptura, ſolo verbo, ſed quod non admittatur probatio,niſi per ſcripturam.

Si intelligeremus, quod non admittuntur teſtes indiſtinctè generaliter, & ad omnem effectum, etiam ad finem conficiendi ſcripturam in forma ſolita; concluſio ſupra firmata, quod

Digitized by Google

quod ad eſſe gratiæ, non eſt neceſſaria ſcriptura, ſeruiret de vento, quia ſi de gratia facta per Principem, ſolo verbo, nulla penitus adeſt ſcriptura, & teſtes non admitterentur, quomodo poteſt conſtare de gratia, & ſic confici priuilegium tempore ſucceſſoris?

111 Ideo vos aduertatis, quod Doctores, dum requirunt ſcripturam ad probationem, non intelligunt, reſpectu priuilegij expediendi, quia aliàs eſſent ſibi contrarij, poſtquam concludũt poſſe litteras, & priuilegium expediri tempore ſucceſſoris, ſi conſtat de gratia ſolo verbo facta.

Sed intelligunt ad finem, vt ille, qui habuit gratiam ſolo verbo, non poſſit illa vti cum alijs ex teſtibus ſine litteris, & non in omnibus caſibus, ſed in caſibus particularibus, prout loquuntur.

112 Exemplum, aliquis eſt factus Epiſcopus, viuo vocis oraculo, ſtatim eſt Epiſcopus, quia gratia eſt perfecta, ſed non debet recipi in Ciuitate, vbi eſt electus, ſine litteris Papæ: & hoc modo requiritur probatio per ſcripturam, non autem, vt voluit probare per teſtes coram Papa ſucceſſore, & impetrare expeditionem Bullarum, & ita eſt intelligendus [Bald. in d. l. humanum, vt declarat Abb. in d. cap. noſti, de electio.] dum dicit, vnde hodie non ſufficeret probare per teſtes, quod Papa pronunciauit aliquem Epiſcopum, ad hoc, vt recipiatur in Eccleſia tanquam Epiſcopus, ſed oportet, vt probetur per litteras Papæ. Sic in Regno, vbi ſecundùm veriorem opinionem probabo non eſſe alteratum ius commune circa ſcripturam requiſitam, vel non ad eſſe gratię Regis. non eſſet ali-

113 quis à vaſſallis recipiendus tãquam dominus, niſi oſtenderet litteras Regis, & non eſſet admittenda probatio per teſtes, Rex fecit ſibi conceſſionem caſtri [Archidiac. in d. proœm. 6.] ad quem omnes ſe remittunt, dum dicit ad probationem rei geſtæ, littera Papalis requiritur, ita etiam eſt intelligendus, quia aliàs eſſet ſibi contrarius, & ita loquuntur iura per eum ad hoc ponderata.

114 Secundum, de aſſenſu Regis, an requirat ſcripturam ad ſui perfectionem, & ſucceſſiuè, an poſſit probari per teſtes fuiſſe præſtitum [Iſern. in capit. primo, verſic. hac ædictali, num. quarto, de prohibita feud. alienation. per Lothar. verſic. putamus] decidit vtrumque, quod non requirat ſcripturam pro ſubſtantia, ita quòd poſſit præſtari ſine ſcriptis, & quod poſſit proba-

ri per teſtes, ſequitur [Capyc. in ſua inueſtitura, & in cap. feudales aſſenſus, verſic. probari poteſt.]

115 Afflictus autem in deciſio. 398. in vtroque tenet contra Iſerniam, licet dicat iudicatum ſecundum Iſerniam, & iterum ita tenet contra [Iſerniam in deciſio. 243. num. 4. & in cap. 1. §. quid ergo, num. 8. de inueſtitura de re alien. fact. Camerarius verò 116 in cap. Imperialem, folio 8. litera K. de prohib. feud. alienatio. per Federicum] concludit cum Iſernia in aſſenſu, quod non requirat ſcripturam, etiam pro ſubſtantia probationis, quia non eſt ſimpliciter gratia, ſed mixta, quia tranſit in ſpeciẽ contractus.

117 Vos autem pro veritate, aduertatis, quod Afflictus fundatur de iure communi, & de iure Regni; de iure commun., dicit, quod aſſenſus Regis in alienatione feudi eſt gratia, & omnis gratia Principis eſt priuilegium, & priuilegium Principis requirit ſcripturam, ſicut gratia, quæ videtur fieri hoc acto, vt inde cõficiatur ſcriptura; & ad hoc auctoritates allegat, fundatur in iure Regni, ſequendo auctoritatem [gloſſ. in conſtit. Regni, ſi dubitatio, in verbo inſtrumenta, quæ voluit, quod illa conſti-118 tutio probet, quod quando eſt quæſtio inter Regem, & priuatum ſuper conceſſione rerum regalium non admittatur probatio per teſtes, ſicut quando eſt quæſtio inter priuatos, & ita intelligit aliam conſtitutionem Regni probationum defectum, quæ admittit probationem per teſtes, vt non loquatur, quando eſt quæſtio cum fiſco.

119 Secundo fundatur in quibuſdam capitulis Regni, in quibus fit mentio de aſſenſu in ſcriptis; ſed in vtroque Afflict. decipitur, & donec fundatur in iure communi, vidiſtis, quod communis opinio eſt, quod ad eſſe gratię non requiritur ſcriptura. Donec fundatur in iure Regni, aduertatis, quòd habemus in Regno quatuor conſtitutiones, quæ poſſunt in propoſito ponderari.

120 Prima eſt conſtitutio probationum defectuum, quæ ſtatuit, vt ille, qui vendicat aliquem hominem demanialem, tanquam ſuum vaſſallum, debeat habere vel priuilegium, vel publicum inſtrumentum, aut teſtes fide dignos, & omni exceptione maiores.

121 Secunda eſt conſtitutio dignum, vbi per Imperatorem Federicum ſtatuitur, quod omnes, qui tenent aliquid de demanio Regis ſine priuilegio Regum prędeceſſorum, aut ſine eius oraculo, debeãt infra certum tempus reſtituere, ſub pœna quatrupli, etiam fructum.

Ter-

122 Tertiò, eſt conſtitutio cum vniuerſis, vbi prohibentur omnes tenere in terris demanialibus homines affidatos, vel raccomandatos ſine priuilegio, vel ſcripto debita ſolemnitate munito.

123 Quartò, eſt conſtitutio ſi dubitatio, vbi ſi eſt quæſtio inter fiſcum, & alium ſuper vaſſallaggio alterius, præſumptio eſt pro fiſco, niſi poſſeſſor hominem illum, vt vaſſallum ad ſe pertinere probauerit per priuilegia, aut inſtrumenta publica emptionis, & ſic videtis, quòd prima conſtitutio admittit teſtes in ſpecie, reliquæ non faciunt mentionem de teſtibus, ſed vel de priuilegio, aut oraculo, vel ſcripto, debita ſolemnitate munito. Vis principaliter conſiſtit circa veram intelligentiam conſtitutionis probationum defectum. Vt vidiſtis, illa intelli-
124 gitur per [gloſ. in l. ſi dubitatio, & per Afflict. in dict. deciſio. 398.] vt loquatur, quando non eſt quæſtio cum fiſco.

Notate, quomodo hic intellectus ſtare non poteſt, ibi, dicitur, quòd Iudex debet ferre ſententiam in fauorem agentis rei vendicatione ad hominem, vt ſuum vaſſallum, ſi agens per teſtes, qui fortè fuerunt præſentes conceſſioni, probauerit, quod fuerit nactus dominium illius hominis; & nihilominus ibi præſupponitur, quòd ille prætendebat ſe hominem Regis immediatum, lata ſententia per Iudicem competentem; Quid poterit poſtea fiſcus prætendere in illo homine, Nonne ſententia nocebit fiſco? & erit iuſta, ſeruata forma illius conſtitutionis; & ſic ibi virtualiter lis eſt cum fiſco, quia tractatur de fiſci præiudicio, intereſt enim fiſci potius, quem eſſe hominem immediatum Regis, quam mediatum.

125 Differentia inter illam conſtitutionem, & conſtitutionem ſi dubitatio, eſt, quòd in illa conſtitutione probationum defectum agens non poſſidebat hominem, & vendicabat, & iudicium ibi admittitur contra hominem, licet res fiſco præiudicabat, quia iam cauſa tractabatur coram Iudice fiſci. In conſtitutione Regni ſi dubitatio, fiſcus erat actor, homo poſſidebatur tanquam vaſſallus per alium, quia fiſcus habet intentionem fundatam in hominibus, quia præſumuntur demaniales, in dubio poſſeſſor non eſt tutus, niſi doceat de iure ſuo, & dum enunciat modum præſtandi ius ſuum, illa conſtitutio in effectu, licet non faciat mentionem de teſtibus, tamen ſe remittit Imperator Federicus ad conſtitutionem probationum

defectum, quia ponendo eadem verba, dicit per priuilegia, aut per emptionalia publica, & authentica inſtrumenta, prout noſtra lex ſanxit, intelligit de illa lege, ſi ad beneficium actoris non poſſeſſoris, lex præiudicando fiſco, noluit anguſtare modum probationis dominij, admittendo probationem per teſtes, quomodo eſt credendum voluiſſe anguſtare contra poſſeſſorem; Illa lex ſi dubitatio, non corrigit legem probationum defectum, immò confirmat, ſi exprimit priuilegium, & inſtrumentum; non limitat in iſtis tantum, & proinde non excludit, & ſi dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles, quanto magis vbi non eſt dictio taxatiua, ſi admiſit probationem dominij in hominibus contendentibus eſſe de demanio Regis, & voluit Imperator Federicus, vt Iudex ſuus pronunciaret pro actore ex teſtibus, quanto magis, dum non agitur de perſonis, ſed de rebus, poſtquam videmus, quod idem Federicus in ſpecie maiorem habuit curam de perſonis, quàm de rebus, vt patet in conſt. perſonas.

126 Vlterius, licet conſtitutio iſta, ſi dubitatio, & conſtitutio Regni dignum, & cum vniuerſis faciant mentionem de priuilegio, oraculo, aut ſcripto, debita ſolemnitate munito; nihilominus non excludunt probationem per teſtes, nec loquuntur cum dictione taxatiua, & in

127 dubio, quando plura habent eandem rationem, vel maiorem, licet de vno fiat mentio, non videtur fieri mentio reſtrictiuè, ſed exemplariter; probat [text. in l. Imperium. ff. de iuriſdict. omn. iud. per quem ita voluit Bal. in l. de quibus, colum. 11. nu. 35. ff. de legibus, ſequitur Iaſ. in l. à Titio, colum. 2. in fin. ff. de verbor. obligatio. Alexan. in conſil. 75. colum. 1. in fin. num. 4. volum. 5.] & ita eſt dicendum, maximè, quia alias corrigerent conſtitutionem probationũ defectum, quod non eſt præſumendum.

128 Si attendimus ad capitula Regni, in quibus fundatur [Afflictus cap. Regni, incipiens. Item ſtatuimus, quod licitum ſit Baronibus, & Comitibus] licet faciat mentionem de aſſenſu per litteras impetrando, nihilominus non excluditur probatio per teſtes.

129 Circa tertium [Bald. in conſil. 351. incipien. in bonis feudalibus, in prima part. num. 9.] dicitur, quòd feudum Principis nõ probatur per teſtes, ſed per ſcripturam, allegat. [l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript.] hoc conſilium Bal. ſequitur [Afflict.

ﬂict.in dict.deciſio.398. num.8. ſed idem Bald.in conſil. ſequenti, in ſpecie, quomodo probetur feudum Marchiæ] quod feudum non procedit ab alio, quàm à Principe [cap.primo, quis dicatur Dux] & ſtatim concludit, quod habet locum in probatione iſtius feudi, regula generalis, quæ traditur in probatione aliorum feudorum, in [cap. 1. ſi inter dominum, & vaſſallum lis oriat. de inueſtit. feuda. & in cap. primo, de conſuetud. rect. feu.] & ſimili. vt admittatur probatio per breue teſtatum, ſeu priuilegium, aut per pares curtis, & ſic admittit probationem per teſtes pares, etiam in feudo Principis, ſicut in alijs feudis inferiorum; & licet poſtea pro alia parte arguat, quod requiratur ſcriptura, nihilominus non recedit à concluſione per ipſum formata iam: quinimmo dicit, quod [tex.in l.bene à Zenone] quem ponderabat pro alia parte, poteſt dicere, quod loquatur, quando reſcriptum Principis vergit in derogationem iuris alterius, ideſt domini rei alienatæ.

130 [Camerarius verò in d. cap. Imperialem, folio 8. litera N.] dicit, quod quia tranſit gratia in ſpeciem contractus feudalis, qui per obligationes debitas à vaſſallo domino ſuo, & à domino ipſi vaſſallo, dicitur contractus nominatus de per ſe, ſecundum [Iſerniam in prælud. quæſt. 5. Bart. in l.iuriſgentium. §.quinimmo. ff. de pact.] optimè probabitur per teſtes, ſicut cæteri contractus, de quorũ ſubſtantia non eſt ſcriptura.

131 Vos ponderate, quod etiam Camerarius in duobus decipitur.

Primo, quia loquens de feudo Regis, adducit iura feudalia, admittentia probationes per teſtes, quæ, vt vidiſtis ſecundum Iſerniam, & bene non procedunt in Imperatore, vel Rege, non recognoſcente ſuperiorem, ſed in feudis inferiorum, in quibus non cadit dubitatio.

Secundò fatetur, quòd ſi eſſet gratia, eſſet neceſſaria ſcriptura, cuius contrarium ex communi concluſione ſupra probauimus.

132 Vnde remanet, quod ſiue tractemus de ſimplici gratia, ſiue tractemus de aſſenſu Regis ſuper alienatione feudi, ſiue de ipſa principali conceſſione feudi facta per Regem, ſiue extra Regnum, ſiue in Regno, non eſt ad ipſius eſſentiam neceſſaria ſcriptura, nec etiam ſemper requiritur pro ſubſtantia probationis.

133 Semper dico, quia in Regno habemus pragmaticas, de quibus

bus infra, ex quibus nedum pręmiſſa ſimplici verbo conceſſa, & facta, ſed etiam per ſcripturam requirunt ſolemnitates regiſtrationis, & alia, quæ ſi non ſeruantur gratia aſſenſus, & conceſſio, corruunt, & habentur pro non factis, & hoc modo poſt tempus eſt neceſſaria ſcriptura, quia interim durante tempore, admitterētur teſtes ad probationem, vt poſſint redigi in ſcriptis.

Supereſt nunc videre de ſolemnitate requiſita in priuilegio Regis.

REPE-

IN REPETITIONE

Cap. 1. Qui ſucceſs. feud. dar. tene.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quando omnino finientur per mortem.*

2 *Poſſeſſio naturalis tranſlata in feudatarium per eius mortem abſque ſucceſſoribus vocatis à lege feudali, vel ex forma inueſtituræ, conſolidatur cum poſſeſſione ciuili, quam retinebat dominus.*

3 *Feuda nõ finiuntur omnino per mortem, quando ſuperſunt ſucceſſores ex pacto, aut per legem vocati, in quos trãſfertur vtile dominium ipſo iure, eodem modo, ut erat penes feudatarium defunctum.*

4 *Feuda quandoque finiuntur, & eodem tempore in alios transferuntur per dominum directum, quãdo videt feudatarium decedere abſque ſucceſſoribus, & alium inueſtit.*

5 *Feudum aliquando per mortem non finitur, nec in alium transfertur, puta ſi Eccleſia eſt feudataria, quia per mortem Prælati, Eccleſia non deſinit habere dominium, & poſſeſſionem.*

6 *Domini feuda dantes, ſi abſque hærede decedunt, Rex, vel Imperator, à quo tenent, ex pacto vocãtur ad feudi dominantis ſucceſſionem.*

7 *Domini feuda dantes, ſi certos habent hæredes, per eorum mortẽ ad eos feuda dominantia ex lege feudi tranſeunt.*

8 *Domini quando dicantur habere omnem hæredem, & vtrum hæres extraneus ſuccedat.*

9 *Inueſtitura de re Eccleſiæ, ſi eſt facta à Prælato, tunc feudum dantes, nullum habent hæredem.*

10 *Succeſſor non omnis, non omnem inueſtituram tenetur habere ratam, & vti hæc verba intelligantur, nu. 12.*

11 *Succeſſor vocatus ad feudum dominans à lege, vel ex pacto alio modo tenetur, aliter hæres etiam extraneus, aliter filius, aliter agnatus, & aliter ſucceſſor prælatus.*

13 *Rubricam hanc, qui ſucceſſ. feud. dar. tene. fecerunt Feudiſtæ gloſſatores, nã prius non aderat.*

14 *Tex. iſte in cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dare tene. quæ implicitè, & quæ explicitè cõtineat, aſſertur.*

15 *Hæredes laicorum, an teneantur dare feuda, de quibus eorũ anteceſſores feudatario adhuc viuente, alios inueſtiuerunt in caſu vacationis, licet conditio fuerit verificata poſt mortem.*

16 *Textus iſte in cap. 1. de quibus laicis loquatur, annectitur.*

17 *Feudatario, quamuis liceat per feudum inueſtire, tamen per mortem inueſtientis abſque hærede maſculo, reſoluitur.*

18 *Alienatio feudi, quæ fit conſuetudine approbante, & ſic cum legis aſſenſu, reſoluitur, ſi alienans moritur abſque filijs.*

19 *Agnatus præfertur domino, quando feudum eſt antiquum.*

20 *Feuda antiqua non alienantur in præiudicium agnatorum.*

21 *Filius eſt proximus agnatus.*

22 *Tex. iſte dupliciter intelligitur, ſecundū Auctorem, & ſecundus intellectus adhuc duplicem habet intelligentiam, ſecundum eundem, & nu. 23.*

24 *Haredes, verbum in noſtro tex. poſitum, an filios tantum comprehendat, vel etiam agnatos, nu. 33. & 45.*

25 *Succeſſor, vt teneatur ad obſeruantiam, requiritur, quod ſit etiam heres vniuerſalis in allodio infeudantis.*

26 *Hares feudi hereditarij, tenetur ad obſeruantiam.*

27 *Hares infeudantis allodium, tenetur habere ratam inueſtituram factam à defuncto.*

28 *Tex. noſter an tantum procedat, quando allodium eſt infeudatum.*

29 *Haredes verbum in tex. noſtro poſitum, an reſtringendum ſit ad filios tantū, & ſi ad filios reſtringatur, quæ inconuenientia ſequantur. nu. 30. & 31.*

32 *Tex. noſter non conſtituit diſcrimen in qualitate ſucceſſoris, ſed inter pralatos, & laicos.*

34 *Infeudatio per mortem reſoluitur in beneficium agnatorum, quando ſine liberis moritur infeudans.*

35 *Tex. noſter an intelligatur in feudo hereditario, & num. 50. & plura iura feudalia mentionem facientia de heredis nomine, recenſentur per Auctorem, num. 36.*

37 *Ius feudorum nullo pacto agnouit feudum hereditarium, ſecundum inuentionem Iſernia.*

38 *Comes habens comitatum hereditarium, ſi inueſtit aliquem de feudo vacaturo, an ſucceſſor Comitis teneatur ad obſeruantiam. & nu. 39.*

40 *Obſeruantia an tranſeat ad ſucceſſorē, ſi feudum eſt hereditarium.*

41 *Clericus faciens infeudationem de rebus ſuis allodialibus, non habet heredes vocatos à lege feudali in illo dominio directo, ſed heredes iuris ciuilis.*

42 *Succeſſoris verbum ex ſui natura comprehendit omnem heredem.*

43 *Haredis verbum in textu noſtro poſitū, intelligitur de filiis.*

44 *Speculatoris opinio tenentis infeudationem feudi, reſolui per mortē, in beneficium agnatorū, non filiorū, recenſetur.*

46 *Agnatus feudatarius poteſt alijs praiudicare, etiam delinquendo.*

47 *Feudum ſoldata finitur per mortem, cū non tranſeat ad heredes, nec ex parte dantis, nec recipientis.*

48 *Textus noſter an poßit intelligi, quando ſucceſſor eſt etiam heres.*

49 *Feudi alienatio licet ſit prohibita ſine cōſenſu agnatorū, tamen quādo vocatus ad feudum eſt heres agnati, tenetur illā habere ratam, nec pōt vendicare.*

51 *Feudi contractus in conſuetudine introductus, habet ſua naturalia, ſicut alij contractus, & in iſtis naturalibus, eſt recurrendum ad argumenta iuris ciuilis.*

52 *Feudum quibus contractibus cōparetur, & de quibus participet, & nu. 53.*

54 *Haredes, verbum in textu noſtro poſitū intelligitur de heredibus allodij, de filijs, quando infeudatum eſt integrum feudum, de alijs ſucceſſoribus, vbi ſunt infeudata res particulares Ducatus, Comitatus, vel Marchia, quod plurib. comprobat Auctor, nu. 56.*

55 *Feudum integrum, vbi infeudatur, dicitur inueſtiri per feudum.*

57 *Lex feudalis eſt pauperrima vocabulorum, & breuiſſima, ideo ſub illo verbo heredes, voluit comprehendere omnes ſucceſſores.*

58 *Oppoſitio contra tex. noſtrum formata reijcitur, & nu. 60.*

59 *Filius eſt deterioris conditionis, quam agnatus.*

61 *Succeſſores in dignitatibus Comitatus, vel Marchia, non poſſunt reuocare infeudationes factas à pradeceſſoribus, quando non tendit in magnam dignitatis laſionem, & quare.*

62 *Comes poteſt infeudare rem particularē*

Comi-

Comitatus abſq; Imperatoris aſſenſu.

63 Comes videns primum inueſtitum de re particulari ſui Comitatus non habere ſucceſſores, & alium de eodem feudo inueſtiuit conditionaliter, ſi feudũ non vacauerit in eius vita, an hæres ſucceſſor in comitatu teneatur adimplere.

64 Obiectio contra Auctorem ſit, & reſoluitur, nu. 65. & 66.

67 Inueſtitura de feudo viuentis ſub conditione, ſi vacauerit, an poſſit fieri, latè diſcutitur, num. 71. cum ſeq.

68 Feudum eſt beneficium.

69 Contractum facere ſuper hæreditate viuentis, eo non conſentiente, non licet.

70 Beneficia vacatura inferioribus à Sũmo Pontifice non licet concedere, propter votum captandæ mortis, & nu. 77.

72 Obertus in tex. noſtro eſt ſequutus conſuetudinem Mediolanenſium, & Cremonenſium, dicentium valere inueſtiturã de feudo viuentis, ſine conſenſu illius.

73 Inueſtitura, de qua hic agitur, ſecundum Bald. non eſt de futura ſucceſſione, ſed de caducitate ſucceſſionis.

74 Venditio ſerui, qui eſt in fuga, permittitur, & quando.

75 Inueſtitura de feudo viuentis ſub conditione, ſi vacauerit, ex opinione Iſerniæ, ſoli Principi licet.

76 Inueſtitura de feudo viuentis ſub conditione, ſi vacauerit, non tangit ius alterius,

78 Conſuetudo feudalis, licet quoad quedã ſit odioſa, tamen eſt fauorabilis, & redditur ratio.

79 Prelatus ſucceſſor, an teneatur ex contractu predeceſſoris, latè diſcutitur, & diſtinguitur, nu. 81.

80 Geſta predeceſſoris tranſeunt ad ſucceſſorem in dignitate actiuè, & paſſiuè.

82 Prelatus adminiſtrans res Eccleſiæ, non poteſt diſponere de his, quæ non incidunt tempore ſuæ adminiſtrationis, ſed poſt mortem, tempore ſucceſſoris.

83 Decuriones non poſſunt conſtituere actorem ad lites, quæ non ſunt motæ tempore eorum, ſed mouendæ.

84 Collatio officij facta per quinque, vel ſex platearum Nobilium huius ciuitatis, vacaturi tempore aliorum aliorum officialium, non tenet.

85 Officij vacaturi tempore aliorum electorum ciuitatis, collatio non valet.

86 Proreges non poſſunt conferre officia nõ vacantia eorum tempore.

87 Aſſenſus præſtitus tutoris alienationib. ſi non perficiuntur tempore illorum Proregum, ſed poſtea, non tenet.

88 Prælatus ſucceſſor, an teneatur habere ratam inueſtituram, ſi inueſtitus habuit poſſeſſionem in vita Prælati inueſtientis, conſentiente illo, qui feudum detinet, nu. 90. 91. & 95.

89 Feudum tenens ex hoc conſenſu, an amittat dominium, & ius ſuum, nu. 93. 97. 99 & 100.

92 Prælatis quare prohibetur conceſſio feudorum vacaturorum.

94 Res ſi venditur, vel donatur ſub conditione, ſi poſtea purè tradatur, an ex illa traditione dominium transferatur.

96 Idem vtile dominium, & eadem naturalis poſſeſſio, nõ poſſunt eſſe penes duos eodem tempore inſolidum.

101 Inueſtitura de feudo uiuentis ſub conditione, ſi vacauerit, nullum præiudicium affert, nec Eccleſiæ, nec Prælatis.

102 Inueſtituræ conditionales poſſunt fieri tàm à prælatis, quàm à laicis.

103 Vbi eſt caſus deciſus ex conſuetudine feudorum, non eſt recurrendum ad argumenta iuris ciuilis.

104 Feudatarij non ſemper conſentiunt.

105 Fraus ceſſat, quando ſit id, quod à lege permittitur.

REPE-

REPETITIO

Cap. 1. Qui ſucceſſ. feud. dar. tene.

Feuda per mortem feudatarij, quandoq; finiuntur penitus, quandoque non finiuntur, ſed in ſucceſſores feudatarij transferuntur, quandoque finiuntur, & eodem tempore in alios nõ ſucceſſores transferuntur, & quandoque nec finiuntur, nec transferuntur.

1 Finiuntur feuda omnino per mortem, quando feudatarius nõ habet ſucceſſores vocatos à lege feudali, vel ex forma inueſtituræ ad feudorum ſucceſſionem, & tunc ad dominum directum feuda ipſa reuertuntur, & vtile dominium translatum ex inueſtitura ex omni parte perfecta in feudatarium [§.rei autem, de inueſt.de re alien. fact.] reconſolidatur dominio directo, quod remanſit penes dominum inueſtitorem [Iſer.in cap. 1. §.ſi vaſſallus, colum. 3. verſic.ex præmiſſis videtur, ſi de feu. defunct. milit.]

2 Quinimmò poſſeſſio naturalis, quæ fuit translata in feudatarium, conſolidatur cum poſſeſſione ciuili, quam retinebat dominus, ſecundum [Bald. in l. 1. quæſt.46.ff.de rer. diuiſio. & in cap. quæ in eccleſiarum, nu.31. de conſtit.Iaſ.in l. clam poſſidere.§.qui ad nũdinas. ff.de acquir. poſſeſſ.]

3 Non finiuntur feuda omnino, ſed in ſucceſſores feudatarij trãſferuntur, quando ſuperſunt ſucceſſores ex pacto, aut per legem vocati, & tunc in iſtos ſucceſſores transfertur illud vtile dominium ipſo iure, eo modo, prout erat penes defunctum feudatarium, per [tex.in l.cum hæredes. ff. de acquiren. poſſeſſ.] quæ lex habet locum in feudalibus, ſecundùm [Iſer.in cap.ſciendum, in fin.de feud. cognit. in conſtit. Regni foriudicatorum bona, in cap.ſancimus, quo tempore miles [Pet.Iacob. in pract.in tit. de cauſis, in quibus feudum amitta. num.10.]

4 Finiuntur, & eodem tempore transferuntur in alios, quam ſucceſſores, quando directus dominus feudi, ſperans feudi deuolu-

tio-

tionem, quia videt ſuum feudatarium non habere ſucceſſores, & ſic feudum, quoad tranſmiſſionem, eſſet quodammodo in cauſa caduci, diſponit de caducitate ipſius ſucceſſionis, inueſtiendo alium de feudo, in caſu vacationis, & quia poteſt hæc inueſtitura taliter fieri, vt ſtatim ſequuta morte feudatarij ſine ſucceſſore, transferatur illud vtile dominium in alium, vt videbitis; & hic non erit ſucceſſor feudatarij, ſed habebit, vt feudum nouum à domino, ideo dixi, quòd eodem tempore finiuntur, & transferuntur in alium.

5 Non finiuntur, nec in alium transferuntur, quando Eccleſia eſt feudataria: Nam per mortem Prælati, qui vt Prælatus feudatarius eſt, donec viuit, non deſinit Eccleſia habere dominium, nec poſſeſſionem probat [Innocen. in cap. cum ſuper, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. vbi Butr. nu. 9. Ancharan. num. ſeptimo, & octauo. Abb. num. 18. Barto. in l. prima. §. fina. iunct. l. ſequenti, num. 4. ff. de acquiren. poſſeſſio. Herculan. ibi nu. 6. 7. 8. 9. & in l. ſicut, in fin. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. Io. Fab. in §. nullius, num. 3. inſtit. de rer. diuiſio.]

Contingunt iſta per mortem feudatariorum, & ſic eorum, qui feuda recipiunt; ſed ſi contingit mors eorum, qui feuda dant, & qui ſint iſti, numerantur in prima rubric. vbi nos plenius diximus; poſt mortem ipſorum eadem ferè capita conſiderantur; quoniam interdum ſine hærede decedunt, interdum cum certis hæredibus, aut ſucceſſoribus, interdum habent omnem ſucceſſorem hæredem, interdũ nullum habent hæredem, ſed habent poſt ſe ſucceſſores in eorum dignitatibus.

6 Dum ſine hærede decedunt in eorum feudis dominantibus, ſcilicet Marchia, Ducatu, aut Comitatu, Rex, vel Imperator, à quo tenent, ex pacto vocatur ad illius feudi dominantis ſucceſſionem, reſoluto iure primi inueſtiti, propter defectum ſuæ generationis.

7 Dum certos hæredes, aut ſucceſſores habent, ad illos tranſeũt feuda illa dominãtia ex lege feudi.

8 Habent iſti omnem hæredem, quando inueſtitura feudi eſt facta ab iſtis de allodio, & nõ intuitu feudi dominantis.

Nam tunc ſucceſſio in illo directo dominio, non regulatur à feudo dominante, ſed in illo, iure, ſuccedit hæres extraneus. probat [tex. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſc. & fœm. & plenè dixi in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.]

9 Nullum habent hæredem, quando inueſtitura facta eſt à Prælato alicuius Eccleſiæ, de re Eccleſiæ,

Qq Et

10 Et quoniam ſucceſſor non omnis, nec omnem inueſtituram ratam habere tenetur, non omnis ſucceſſor, dico; quia vno modo tenetur vel non Rex, aut Imperator feudo dominanti deuoluto ad ea, quæ interim feudatarius feudi dominãtis dominus, & poſſeſſor adminiſtrauit.

11 Alio modo tenetur ſucceſſor vocatus ad feudum dominans à lege, vel ex pacto, & aliter hæres quilibet etiam extraneus, qui ad ius directi dominij vocatur, & aliter tenetur filius ſucceſſor, & aliter agnatus ſucceſſor; & ſub alia demum forma tenetur ſucceſſor Prælatus.

12 Omnem inueſtituram dico, quia ſucceſſores aliter tenentur ad obſeruatiam inueſtituræ omnino perfectæ aliter ad obſeruantiam inueſtituræ imperfectæ, ideſt non completæ, vel vt loquar ſecundum hæc iura feudalia inueſtituræ abuſiuæ, & in hoc etiam eſt diſcrimen; Nam alio modo ligatur ſucceſſor ex inueſtitura abuſiua pura de feudo viuentis, aliter quando eſt conditionalis collata in caſum caducitatis.

Voluerunt Obertus, & Gerardus, & alij auctores iſtius libri feudalis, omnia hæc determinare pro viribus tamen.

13 Facta eſt propterea hæc rubr. particularis [qui ſucceſſo. feud. dar. tene.] & fecerunt illam feudiſtæ Gloſſatores poſt compilationem iſtius libri feudorum; Nam prius hic nulla erat rubric. particularis, ſed tex. ſub hac rubr. poſitus erat. §. primæ rubric. de his, qui feud. dar. poſſ. & non mutabatur rubr. vſque ad titul. quib. mod. feud. amitt. vt colligitur ex allegatione rubricarum, quam faciunt antiqui Summiſtæ feudorum, & præcipue [Odoffred. & Ardizo. & declarat hic Aluar. & in rubr. de feud. guar.]

14 Textus iſte quinque principaliter dicit, quatuor explicitè, & vnum implicitè.

Illud, quod implicitè dicit, eſt; quod poſſit fieri inueſtitura de feudo viuentis, ſub conditione, ſi vacauerit.

Explicitè primo, dicit, quòd Prælatus ſucceſſor non tenetur habere ratam inueſtituram de feudo viuentis.

Secundò, quòd teneatur, quãdo inueſtitus habuit poſſeſſionẽ in vita Prælati inueſtientis.

Tertio, quòd teneatur Prælatus ſucceſſor, ſi poſſeſſor feudi deceſſit, Prælato inueſtitore adhuc viuente.

Quartum, & vltimum, quod hæres laici, ſine iſtis diſtinctionibus teneatur: Nos omnia hæc ſecundùm communes, aut veras ſententias explicabimus, & ordine præpoſtero tractabimus de vltimo dicto, quomodo hęres laici inueſtitoris teneatur.

Et

Et ſic de intellectu vltimæ partis iſtius tex. in quo tãta difficultas verſatur, quod verè tenuit me plures, & plures dies in ancipiti, & non ſine maxima cauſa, vt videbitis. Et qm̃ melius verũ intellectum iſtius vltimæ partis percipietis per oppoſitionem.

15 Ideo ſic procedam. Vos videtis, quòd hic dicitur, quod hæredes laicorum tenentur dare feudum, de quo anteceſſores eorũ, feudatario adhuc viuente, alium inueſtiuerunt in caſu vacationis, licet non fuerit conditio purificata in vita eorum, ſed poſt mortem tempore ſucceſſorum.

16 Loquitur hic tex. vt videtis, de illis laicis, qui nominantur in prima rubr. vt ſunt Duces, Marchiones, Comites, & de alijs, qui ab iſtis feuda accipiunt, qui poſſunt dare feuda, & dicit, quod tenentur adimplere, & ſic transferre dominium.

17 Contra hoc oppono de [tex. in cap. 1. verſ. ſi autem, qualiter olim feud. pote. alien.] vbi dicitur, quod & ſi licitum ſit feudatario per feudum inueſtire, tamen per mortem inueſtientis ſine hærede maſculo reſoluitur, hoc idem probatur in [cap. primo. §. & ſi clientulus. de alienat. feud.]

18 Vbi etiam reſoluitur alienatio, quæ fit conſuetudine approbante, & ſic cum aſſenſu legis, quando alienans decedit ſine filijs, & quod reſoluatur, & in beneficium agnatorum, priuſ-

19 quam ad beneficium domini, quando feudum eſt antiquum, probat [tex. in cap. primo. §. hoc quoque, de ſucceſſio. feud. & tex. in §. porrò, qualiter olim poter. feud. alien.] vbi agnatus præfertur domino: & maxima cum

20 ratione, quia feuda antiqua non poſſunt alienari in præiudicium agnatorum [cap. 1. de alienatio. feud. patern.] & inter agnatos eſt filius, qui eſt proximus agnatus. [l. filius. ff. de ſuis, & legit.]

21 Si ergo inueſtitura reſoluitur mortuo infeudante, vel ad beneficium domini, aut agnatorum, & hoc quando eſt purè, & eſt translatum dominium vtile in inueſtitum, quomodo hic dicitur, quod hæredes tenẽtur adimplere? Iſta ſunt ex diametro incompatibilia.

22 Pro ſolutione iſtius arduę oppoſitionis aduertatis, & hunc diſcurſum nemo facit, niſi egò, quod hic tex. dum dicit, quod hæredes laicorum tenentur, poteſt intelligi duobus modis principaliter.

Primò, quando eſt data in feudum res allodialis, vt teneatur hæres, qui ſuccedit in illo directo dominio reſeruato, cum ei deuoluitur, habere ratam inueſtituram conditionalem in caſu vacationis à defuncto factam.

Secundò, principaliter, quando

do eſt facta infeudatio feudi, vt ſucceſſor infeudâtis ſimiliter teneatur habere ratam, & tunc etiam duobus modis principaliter intelligi poteſt.

23 Primò, in infeudatione feudi non hæreditarij.

Secundò, in infeudatione feudi hæreditarij.

In primo caſu, quando ſumus in infeudatione feudi non hæreditarij, poteſt etiam tribus modis intelligi.

24 Primò, vt verbum, hæredes, in tex. poſitum, intelligatur de filijs tantùm, vt ipſi, qui ſunt hæredes neceſſarij, quia aliter non poſſunt ſuccedere in feudo, per [cap. 1. an agnatus] teneantur habere ratum.

Secundò, vt illud verbum, hæredes, comprehendat etiã agnatos, quaſi hoc ſit inductum à lege feudali, vt agnatis ex natura feudorum, poſſit alter agnatus præiudicare. Et hoc poteſt intelligi tam quando eſt facta infeudatio integri feudi, quàm quando eſt facta infeudatio rerũ particularium alicuius Comitatus, Baroniæ, ſiue feudi.

25 Tertiò, vt requiratur ad hoc, vt ſucceſſor teneatur ad obſeruantiam, vt ſit etiam hæres vniuerſalis in allodio infeudantis, aliàs non teneatur ex vi illius verbi, hæredes.

26 In ſecundo caſu, quando ſumus in infeudatione feudi hæreditarij, ſi de hoc loquitur hic tex. non ſunt tot capita faciẽda, quia hæres feudi hæreditarij ſine dubio tenetur. Primus intellectus continet in ſe dictũ veriſſimum.

27 Nam ſine dubio hæres illius, qui infeudauit allodium, tenetur habere ratam inueſtituram factam per defunctum, & ſecũdùm hunc intellectũ, oppoſitio, vt videtis, ceſſat; Nã cõtraria loquuntur in infeudatione feudi.

28 Sed ex hoc intellectu nimium arctatur diſpoſitio iſtius text. vt procedat tantùm, quando eſt allodium infeudatum, & ſi eſt verum, quod prima rubr. loquitur de infeudatione feudi, & allodij, vt plenè ibi probaui, quomodo hic tex. qui continuatur cũ illo, & loquitur de eiſdem perſonis, & de eiſdem infeudationibus, reſtringendus eſt ad infeudationẽ allodij?

29 In ſecundo intellectu principali, dum primo loco agitur de reſtringendo verbum, hæredes, ad filios, hic intellectus habet multa inconuenientia; nam ſi filius faceret inuentarium, patre

30 mortuo, non teneretur habere ratum, ſecundùm [Iſern. in cap. 1. num. 7. an agnatus, & in cap. 1. nu. 7. de ſucceſſ. feud.]

31 Item ſi alius eſſet inſtitutus hæres à patre, aut filius eſſet præteritus, vel renunciaſſet in vita paternæ hæreditati, & propterea filius non poſſet eſſe hæres, nequa-

quaquam teneretur, ſecundùm [Iacob. de Beluiſi. Bald. Aluarot. Præpoſit. & Afflict. in cap. 1. an agnat.]

Vnde de facili poſſet eſſe eluſoria diſpoſitio huius tex. dum hæredem obligat, vltra quod reſtringere tex. iſtum ad filium tan

32 tùm, durum eſt; maximè quia tex. non vult conſtituere differentiam in qualitate ſucceſſoris, ſi ſit filius, vel alius, ſed inter Prælatos, & laicos.

33 In eodem ſecundo intellectu dum agitur, quòd verbum hæredes, comprehendat etiam agnatos, ſecundùm hunc intellectum eſſet etiam præſupponendum, quod facta infeudatione feudi per agnatum, illa ſubſtineretur perpetuò in præiudicium agnatorum, contra iura per me ſuperius allegata, quod infeudatio per mortem reſoluitur, quando ſine liberis, in beneficium agnatorum.

34 In eodem etiã intellectu, circa tertium modum intelligendi, ſecundùm illum intellectum, eſſet ſupplendum, quod ſucceſſor feudi eſſet etiam hæres, & hoc eſt diuinare; ideo videtur, quod ſtare non poſſit.

35 In ſecundo caſu principali, dum volumus intelligere hunc tex. in feudo hęreditario, propter verbum, hæredes, in tex. poſitum reſultaret propterea, quod omnia iura feudalia, in quibus fit mentio de hærede, loquerentur de feudo hæreditario.

36 Et iſta iura ſunt multa; nam de hoc verbo fit mentio in [cap. 1. §. cum verò Conradus, de his, qui feud. dar. poſſ. in §. fin. ſi de inueſt. feud. controu. fue. in §. rurſus, & §. itẽ ſi fuerint, quib. mod. feud. amitt. in §. hoc quoque, de ſucceſſio. feud. in cap. 1. qui ſucceſſo. tene. lo ſecondo, in tit. de alienatio. feud. in tit. de feu. mar. in cap. 1. apud quem, vel quos controu. feud. in c. ſi quis miles, cõſt. Loth. in c. 1. de benef. fratr. in c. 1. quib. mod. feu. cõſtit. pot. in c. 1. qualit. olim poter. feud. alie. in c. 1. de ſucceſſ. frat. in c. 1. de fratrib. de nou. benef. inueſt. in cap. 1. de inueſt. quam Titius accep. à Sempro. in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. in cap. 1. de eo, qui ſibi, vel hæredib. ſuis, in cap. 1. de duob. fratrib. in §. fi. in quib. caſib. feud. amitt. in cap. 1. quæ fuer. prim. cauſ. benef. amitten. in §. moribus, ſi de feud. defunct. milit. in §. duo; in §. feudum ea lege, & in §. fin. eod. tit. in §. 1. de pac. tenend. in §. his conſequenter hic finitur lex, in §. profecto, de lege Conrad. in cap. 1. de capit. Conrad. in cap. 1. de feu. non habent. propr. feud. natur. in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. & in §. item hæredes, de not. feudo.] hoc omnino falſum dignoſcitur, ex lectura omnium ferè iſtorum iurium; nam apertiſſime colligi-

tur,quod dum ſit mentio de hærede,intelligitur de filio, & præcipuè in [§. & ſi clientulus, vbi hoc ſemel pro ſemper exponitur, & declaratur, & clariſſimè etiam in [dict.cap. ſi quis miles, conſtit.Lothar.]

37 Ibi,ſi hæredem, & fratrem reliquerit, vltra quod ius feudorũ nullo modo cognouit feudum hæreditarium, prout nos intelligimus ex inuentione Iſern. & ſi verum eſſet, quòd loqueretur in feudo hæreditario, eſſet ſic præ-

38 ſuppone̅dum, quod Comes habens Comitatum hęreditarium, fecerit inueſtituram de feudo va caturo,& quòd ſucceſſor Comitis ita demum teneretur, ſi Comitatus eſſet hęreditarius,& non aliter.

Hoc reſtringit omnino Comites, vt non poſſint aliter infeudare res Comitatus,in præiudicium ſucceſſorum, niſi Comitatus eſſet hæreditarius.

39 Hoc eſſet reſtringere primam rubricam,dum præſupponit Comites poſſe infeudare rem Comitatus,vt procedat,quando Comitatus eſt hæreditarius, vel qđ illa datio in feudum ſubſtineretur tantum durante vita Comitis,& poſtea poſſit per ſucceſſorem reuocari; quia in hoc libro feudorum non conſtituitur differentia inter inueſtituram purã, & cõditionalem,quę fiat ab iſtis, & eo modo, prout permittitur, vna,permittitur alia.

40 Ita quòd ſi tenemus intellectum,quod obſeruantia tranſeat ad ſucceſſorem, quando feudum eſt hæreditarium tantum,pèrneceſſe habemus tenere, quod pura inueſtitura habeat eundem effectum.

Poſſent tamen omnes iſti intellectus probari,& ſubſtineri.

Primus intellectus poteſt fundari in [cap. 1.de cler.qui inueſt.

41 ſec.] intelligendo illum;quando loquitur de infeudatione,quam faciunt clerici de rebus ſuis, vt loquatur de infeudatione rerum allodialium; quo caſu inueſtitor non habet hæredes vocatos à lege feudali in illo directo dominio, ſed hæredes iuris ciuilis, & proinde tex.ibi non vtitur verbo

42 hæres,ſed verbo,ſucceſſores, vt comprehendat omnem hærede̅ ex natura iſtius verbi, ſucceſſor.

43 Intellectus,quod verbum,hęredes, in tex.poſitum, intelligatur de filijs, probatur in [cap. 1. an agnatus,vbi filius tenetur eſſe hæres patris.

Item quia in hoc libro feudorum,dum ſit mentio de hærede, intelligitur de filio [d.§.ſi clientulus,de alienatio. feu. & videtur in ſpecie probari in §.item ſi hęredes,de not.feudo.] vbi dicitur, quòd hæredes tenentur habere ratam inueſtituram, quam pater fecit; & ſic loquens ille text. in præpoſita ſpecie iſtius tex. dùm

vtitur

vtitur verbo, hæredes, intelligit de liberis, & hac ratioue fortè
44 [Specu.in tit.de feud.quæſt. 38. in illo artic. an infeudatio feudi reſoluatur per mortem, fuit in opinione, quod non reſoluatur ad beneficium filiorum, ſed agnatorum.

45 Intellectus, quod verbum, hęredes, comprehẽdat agnatos, poteſt probari, quia ſupra in [cap. 1.de his, qui feud.dar.poſſ.] facta eſt mentio, ne dum de filijs ſucceſſoribus, ſed etiam de agnatis ſucceſſoribus.

Vnde dum ſequitur, quòd hęredes tenentur adimplere illam inueſtituram feudi, quam defunctus fecit, intelligendum eſt de omnibus ſucceſſoribus, tam deſcendentibus, quàm tranſuerſalibus...

46 Nec eſt inconueniens, quod in hoc vnus agnatus feudatarius alijs præiudicet, poſtquã, & delinquendo etiam præiudicat, vt in [cap.1.§.denique, quæ ſit prima cauſ.benef.amitt.]

Immò multò fortius videtur poſſe præiudicari, quia facit actũ promiſſum ibi prohibitum, & ſi permittitur infeudatio feudi, debet eſſe perpetua, maximè quia infeudationes, quas voluit finiri per mortem, lex feudalis expreſ-
47 ſit, vt de feudo ſoldatæ dicitur in [c.1.de feud.mar.] quod non tranſit ad hæredes, nec ex parte dantis, nec ex parte recipientis.

48 Intellectus, quòd hic tex. intelligatur, quando ſucceſſor eſt etiam hæres, poſſet ſubſtineri, quia licet infeudatio, vt ſpecies alienationis, contenta ſub hoc verbo, vt probat [tex.in l. fin. de reb.alien. non alienan.] ſit prohibita ſine conſenſu agnatorum
49 [cap.1.de alien.feud.pater.] tamen quando ille qui vocatur ad feudum eſt hæres agnati, tenetur habere ratam alienationẽ, & non poteſt vendicare, & propterea ſit intelligendus hic textus, quando ſucceſſor ex lege feudi, eſt etiam hæres.

50 Secundus intellectus principalis in infeudatione feudi, quod hic tex. loquatur in feudo hæreditario, fuit [Iſern.hic in finalib. verbis, & Camerar.in repet. cap. Imperialem, fol.96. colum.3.lit. N.] qui falsò dicit ipſum nouiſſe ponderare tex.iſtum loquẽtem de feudo hæreditario, Iſern. nihil allegat, & dixit hoc ſentiẽs difficultatem, quòd infeudatio feudi non nocebat ſucceſſoribus ex lege feudi, ex iuribus, quæ ego allegaui, opponendo contra tex. & manifeſtè hoc tenuit [Iſern.in d.§. Item ſi hæredes,] Vide text. illum dicentem, quòd filij tenentur habere ratam infeudationem feudi factam per patrem; eſt intelligendus, quando infeudatio eſt facta cum conſenſu agnatorum. Vnde implicitè hoc non probat ſuum intellectum.

Nam

Nam ſi eſt verum, quòd infeudatio feudi non nocet ſucceſſoribus, ſed reſoluitur per mortem, per iura allegata, & hic tex. dicit, quod non reſoluitur, ſed hæredes tenentur habere ratã: ꝑ cõcordia iurium, quæ inquirẽda eſt, debet dici, quòd hic text. loquatur in feudo hæreditario.

Quid ergo dicendum in hac noua anguſtia? & verè noua, ſi vidiſtis, quia alij omnes non ſentientes, aut ſoluere neſcientes difficultatem iſtius tex. ſurda aure pertranſeunt: ſolus Iſern. hic guſtauit difficultatem, ſed noluit diſputare, aut inquirere veram veritatem. Hæc noſtra materia feudalis eſt difficillima, quia hic nouus contractus feudi, à cõ-
51 ſuetudine introductus, debet habere, vt habet, ſua naturalia tanquam cæteri contractus, & lex feudalis eſt valde breuis, & pauperrima in expreſſione omnium naturalium, dedit pro regula, vt recurramus ad argumenta iuris ciuilis, in [cap. 1. de feud. cognitio.] potiusquam per argumenta eiuſdem legis feudalis; & dum ad ius ciuile recurrimus, & volumus regulare naturalia iſtius contra-
52 ctus ab alijs, non habemus contractum, cui penitus hunc comparare valeamus, nam non cum contractu venditionis, non cum contractu permutationis, non cum mandato, non cum locatione, non cum contractu emphyteotico, non cum cenſuali, non cum libellario, & denique non inuenimus contractum non ſimilẽ, ſi ad ſeruitutes reſpicimus reales, aut perſonales, nec poteſt fieri comparatiò, ſi ad vſumfructum, vel vſum, nequaquam, ſi ad opera, & iura libertorum ſimiliter nõ eſt omnimoda ſimi-
53 litudo; participat hic contractus de omnibus, participat de ſeruitutibus, de vſufructu, de operibus, & iuribus libertorũ: & deniq; eſt velut quædam noua lingua formata ex varijs linguis.

Nimirum igitur ſi in ſolutione quæſtionis propoſitæ, debuit multum conſiderare, & ego volui hæc diſcurrere.

54 Concluſio igitur ſit, quòd hic text. in verbo, hæredes, intelligitur de hæredibus allodij. Item de filijs, quando infeudatum eſt feudum. Item de alijs ſucceſſoribus, etiam quando no eſt infeudatum integrum feudum, ſed res particularis Ducatus, Comitatus, aut Marchiæ.

Tex. iſte, vt vidiſtis, dependet, & continuatur cum prima rubr. Illa ſine dubio loquitur de infeudatione allodij. Item de infeudatione rerum particularium feudi Comitatus, aut Marchiæ, quam faciunt Comites, & Marchiones. Itẽ de infeudatione integri feudi. Voluit Obertus generaliter quærere, qui ſunt illi, qui poſſunt feudum dare.

Hæc

Hæc quæſtio comprehendebat tam primam feudi conſtitutionem, quando de allodio formatur feudum, quam infeudationem feudi,ſiue fiat de re particulari Comitatus,aut Marchię, ſiue de re integri feudi.

55 Nam quando infeudatur integrum feudum,inueſtiri dicitur per feudum, vt in [cap. 1. §. ſi verò, qualiter olim poter. feud. alien.]

Sic etiam voluit in ſolutione generalis quæſiti reſpondere,cōplectēdo omnes, qui poſſunt infeudare, & omnem modum infeudandi,ſiue per primam feudi cōſtitutionem, ſiue per infeudationem rerum particulariū Comitatus, ſiue per infeudationem totius,& integri feudi.

Hic Obertus tractando de ſucceſſoribus, qui tenentur ad obſeruantiam inueſtituræ factæ per prædeceſſores, voluit omnes comprehendere, & ideo dixit, quod hæredes laicorum tenen-
56 tur, hæredes dico allodij,quando allodium eſt infeudatum,hęredes dico, ideſt ſucceſſores in Comitatu, vel Marchia, quando infeudata eſt res particularis Comitatus, aut Marchiæ, hæredes dico,ideſt filios, quando infeudatum eſt integrum feudum an-
57 tiquum:eſt lex feudalis, vt dixi, pauperrima,vt ita dicam, vocabulorum, & breuis, & breuiſſima,ſub illo verbo,hæredes, voluit comprehendere omnes, qui poterant eſſe ſucceſſores illorum laicorum, quos in prima rubric. nominauerat; & propterea dicit hæredes laicorum, & vnico verbo ſe expedit Obertus,ſat ſit voluiſſe dare caſum,in quo ſucceſſor Comitatus tenetur, in quo hæres allodij tenetur, in quo filius tenetur.

58 Et hoc modo intelligēdo tex. oppoſitio formata ceſſat, & omnis abſurditas vitatur. Ceſſat oppoſitio,quia iura illa loquuntur, quando infeudatum eſt integrū feudum. Item ad beneficium agnatorum,& ſic hic tex.cum illis iuribus concordatur.

Nam, dum hic dicitur, quod filij tenētur habere ratam infeudationem feudi factam per patrem, & in illis iuribus dicitur, quod infeudatio feudi reſoluitur per mortem, eſt ad beneficium agnatorum.

59 Nec mirum, quia deterioris cōditionis eſt filius, quam agnatus,dicto cap.1.Dum hic dicitur, quòd hæres in allodio tenetur ad obſeruantiam inueſtituræ ſecundæ, quam pater fecit, conditionalis,nulla eſt contradictio, quia ibi in infeudatione feudi, dum hic dicitur ſecundum iſtum in-
60 tellectum, quod ſucceſſor Comitatus non poteſt reuocare inueſtituram rei particularis Comitatus, nulla eſt contradictio, quia ibi in integro feudo infeudato,

Digitized by Google

dato, hic in re particulari, & ſucceſſores in iſtis dignitatibus Comitatus, aut Marchiæ non poſſunt reuocare infeudationes factas per prædeceſſores, quia actus infeudationis eſt legitimus, maximè quando non tendit in magnam læſionem dignitatis.

61

62 Et ſatis hoc videtur expreſſum in lege feudali, quia ſi dicitur, quod Comes poteſt infeudare rem particularem Comitatus, & in hoc nullus requiritur aſſenſus Imperatoris, à quo Comitatus tenetur, quia lex Lotharij, & Federici, vtraque incipiens, Imperialem, vel Imperialis, non loquitur de Comitibus, & Ducibus, qui tenent feudum ab Imperatore, ſed de alijs, vt ibi legitur, & conſuetudo antiquata hoc ſuſtinuit, & ſuſtinet, quando non in magnam læſionem dignitatis, vt dixi. Ideo neceſſe eſt intelligere primam rubric. vt ſine dubio comprehendat infeudationem rerum particularium, quam faciunt Comites, aut Marchiones.

63 Dum poſtea in lege feudali dicitur, quod ſi hic Comes videns illum, qui primo inueſtiuit de re particulari ſui Comitatus, non habere ſucceſſores, ſi alium de eodem feudo inueſtiuit conditionaliter, & feudum non vacauerit in eius vita, quod tenetur hæres adimplere, perneceſſe intelligendum eſt de ſucceſſore in Comitatum, & ſic hic caſus particularis, quando eſt facta infeudatio rerum particularium eſt iam prouiſus, vt tranſeat in ſucceſſorem, & multo magis, vt non reſoluatur per mortem, & ſic vt non habeat communem fortunam cum infeudationibus integri feudi, quam faciunt alij feudatarij. Et ſi quis veſtrum diceret, nonne dixiſti, quod prima rubrica comprehendit etiam illos, qui infeudant integrum feudum, & quod Obertus hic in verbo, hæredes, voluit omnem hæredem includere, tam filium, quam hæredem allodij, quam ſucceſſorem in Comitatu, quomodo reſpectu agnatorum ſuccedentium in integro feudo, dicis, quod non tenentur ad obſeruantiam, & verbum, hæredes, reſtringis ad filios, & reſpectu ſucceſſorum in Comitatu, dicis, quòd tam filij, quàm agnati tenentur poſtquam hoc ſcilicet teneri, reſultat ex illo verbo, & vnica determinatione hæredes laicorum tenentur?

64

65 Reſpondeo, quod non eſt inconueniens, nam illud, quod hic determinatur, eſt, quod tenentur hæredes, qui autem hæredes, vel ſucceſſores teneantur, diſtinguitur per alia iura, & alias rationes.

Nonne verum eſt, quod filius in infeudatione feudi integri, quia

quia eſt hæres,neceſſariò tenetur; ergo verum eſt, quod hæredes laicorum tenentur, & verificatur in filio,& ſic de hæredibus allodij, & ſucceſſoribus Comitatus.

66 Fingamus quæſo Obertum in §.ſeparato,dixiſſe,quando infeudatur integrum feudum,hæredes laicorum tenentur, non ne perneceſſe,ſtantibus iuribus, dicentibus,quod infeudatio reſoluitur per mortem in beneficiũ agnatorũ,non ne perneceſſe eſſet exponendum verbum, hæredibus, pro filijs? pro cõcordia certè ſic, & ideo teneatis,vt dixi, & ſic vitatur etiam abſurditas,vt lex feudalis voluerit concedere iſtis dominis,ſic in dignitate poſitis, facultatẽ infeudandi de nouo res particulares,& ex alio latere,noluerit eorum infeudationes reſolui per mortem, & ſucceſſores non tenere ad obſeruantiam illarum inueſtiturarum conditionalium, quas conſuetudo introduxit, vt ſic allicerentur milites ad ſeruiendum,tempore belli, quod totum reſultabat in beneficium Imperij.

67 Contra primum dictum implicitè in hoc tex. oppo. Aut in feudis ꝓcedimus ad inſtar allodialiũ, aut ad inſtar beneficiorũ,
68 poſtquam feudũ beneficiũ eſt. [§. huius autem generis, quibus mod.feud.amitt.] ſi ad inſtar rerum allodialium facere contra-
69 ctum ſuper hæreditate hominis viuentis, eo non conſentiente, non licet [l.fin.C.de pact.] Si ad inſtar beneficiorum beneficia vacatura non licet inferioribus à
70 Summo Pontifice concedere, propter votum captandæ mortis: Quomodo hic implicitè permittitur conceſſio feudi vacaturi?

71 Pro ſolutione,aduertatis,quod in hoc articulo controuerſia fuit inter Placentinos, & Mediolanenſes,ac Cremonenſes. Illi dicebant non poſſe ſuſtineri inueſtituram iſtam conditionalem, niſi cum cõſenſu feudatarij,procedentes ex regulis iuris ciuilis, & canonici,loquentes in allodialibus,& beneficialibus. Iſti affirmabant valere,ſine conſenſu illius,inducentes, ex ſpeciali conſuetudine, hoc præcipuum in feudis, vt in [cap.2.de feud.dat. inuic.l.com.]

72 Vt videtis hic,Ober. ſequutus eſt conſuetudinem Mediolanẽſium, & Cremonenſium [Bald. in d.cap.2.] ſentiens iſtas oppoſitiones, diſputando articulum circa veritatem alterius opinio-
73 nis, conſiderat, quod inueſtitura,de qua agitur,non eſt de futura ſucceſſione, ſed de caducitate ſucceſſionis, quia tunc incipit, quando inueſtitus ſine ſucceſſore decedit.

Item,quod hic contractus inueſtituræ celebratur ſuper re concedentis, quia concedens, quan-

quando inueſtiuit, transferendo tantum vtile dominium, non ſe obligauit ad non concedendum alteri illud vtile dominium, ſi ipſe decederet ſine hæredibus, & hoc modo in effectu tollit hanc oppoſitionem. Idem [Bald. in cap. moribus, ſi de feud. defunct. milit.] ſentiens eandem oppoſit.
74 dicit, quod non eſt pactum de futura ſucceſsione, ſed eſt tale quale eſt in [l. in fuga, in fi. C. ad leg. Flau. de plag.] Vbi venditio ſerui, qui eſt in fuga, aliàs prohibita, permittitur, ſi confertur in tempus, quo fuerit ab emptore deprehenſus, & ſic ſub conditione [Iſern. in cap. moribus, ſi de
75 feud. defunct. milit.] adeo ſentit iſtam oppoſ. quod videtur fateri non licere huiuſmodi inueſtituram facere, niſi ſoli Principi, ſed verè hoc non affirmat, quia ſe remittit ad dicta per eum hic, vbi iam ſentit iſtam oppoſ.

76 Et ſimiliter ſoluit, quod per hanc inueſtituram non tangitur ius alterius, & quod alia ratio militat in beneficialibus, quia præbendæ vacaturæ frequentius pe-
77 tebãtur, & ideo ad illam importunam frequentiã proceſſit prohibitio.

78 Immò conſiderat, quod licet conſuetudo feudalis in hoc dicatur odioſa quoad quædam, nihilominus eſt etiam fauorabilis, quia per tales inueſtituras, alliciuntur militãtes militare ad expeditionem pro Republica: Succeſſiuè tranſeamus ad primum dictum explicitum in hoc textu.

79 Ibi ſucceſſores eorum non coguntur, quo Prælatus ſucceſſor, ſecundum hunc tex. non tenetur ex contractu prædeceſſoris. Opp. de [tex. in c. 1. de ſolut.] vbi dicitur, quod ſicut filius tenetur ſoluere debita patris, ita Prælatus debita ſui prędeceſſoris, & nimi-
80 rum, quia geſta prædeceſſoris tranſeunt ad ſucceſſorem in dignitate, actiuè, & paſſiuè, vt notãt in [c. 1. de prob. Imol. & Butr. nu. 5. Anch. nu. 3. Dec. nu. 2.]

81 Pro ſolutione, eſt diſtinguendum; aut Epiſcopus agit actum legitimum, & quem lex non improbat, aut facit actum improbatũ a lege. In primo caſu procedit [tex. in d. c. 1. de ſol.] & alia iura ſimilia; nos ſumus in ſecun-
82 do caſu, nam Prælatus, qui adminiſtrator eſt Eccleſiæ ſuæ, nõ poteſt diſponere de his, quæ non incidunt tempore ſuæ adminiſtrationis, ſed poſt mortem, tempore ſucceſſoris.

Et in adminiſtratoribus Ciuitatis, vt nõ poſſit hoc facere, ſcilicet diſponere de his, quæ non incidunt tempore eorũ, eſt [tex. in l. illud. §. ſed ſi ita. ff. quid cuiuſq; vnit. nomine] qui dicit, qđ
83 decuriones non poſſunt conſtituere actorem ad lites, quæ non ſunt motæ tempore ſuo, ſed ſunt mouendæ, & per illum tex. ego

aliàs

aliàs in hac Ciuitate, quæ, vt ſci-
84 tis, eſt diuiſa in ſex partes, quas plateas nominamus, quinque nobiles, & vnam popularem, & quælibet platea habet ſuos officiales, aut ſex, aut quinque; & propterea ſex, vel quinque, illarũ nobilium platearum nuncupantur, ad quorũ onus ſpectat prouidere officia ſuarũ platearum. Conſului ergo, quod cum contuliſſent quoddam officiũ, quod tunc non vacabat, ſed erat vacaturum, & vacauit poſtea tempore ſucceſſorum officialium, vt non teneret iſta collatio, & ſucceſſores non eſſent obligati, & ita eſſet, etiã dicendũ in officijs,
85 quæ cõferuntur à decurionibus Ciuitatis, quos electos dicimus,
86 & ita etiam cum Illuſtriſſimis Viceregibus iſtius Regni, quando conferunt officia non vacantia tempore eorũ. Ex hoc etiam
87 poſſet inferri ad aſſenſum, qui præſtatur futuris alienationibus, quando alienatio non perficitur tempore illorũ Viceregum, ſed poſtea.

Vlterius circa ſecundum dictum explicitè iſtius tex. Ibi, Niſi
88 ille, qui inueſtituram acceperit, hic ergo dicitur, quòd Prælatus ſucceſſor cogitur inueſtituram prædictam confirmare, quando inueſtitus fuit miſſus in poſſeſſionẽ, conſentiente illo, qui feudum detinet, hoc dictum poteſt, vel non includere alium, ſcilicet
89 quod ex hoc conſenſu tenens feudum, amittat dominium, & ius ſuum: ſi hoc includitur, ſatis durum videtur, quod ſimpliciter cõſenſus feudatarij ſuper captura poſſeſſionis vigore inueſtituræ collatæ in tempus mortis, & ſic ex titulo conditionali ſit cauſa ſufficiens, vt ipſe amittat dominium, & ideo adeo durum eſſet. Iſern. hic formans iſtam quęſtionẽ, diſputando illam ad partes, concludit tãdem, quod conſentiens non amittat ius ſuum ex pluribus, vt videre poteſtis.

Si hoc non includit, & vera eſt opinio Iſern. quod conſentiens non amittit ius ſuuum. Oppo. contra deciſ. iſtius tex. quod hoc modo aperta eſt via fraudi-
90 bus, contra [tex. in l. in fundo. ff. de rei vend.] & diſpoſitio præcedens iſtius tex. quod non obligat ſucceſſorem in prælatura, vana ſtatim redditur, & eluſoria, quod eſſe non debet: aperitur via fraudi, quia feudatarius vidẽs, quod ex conſenſu nullum fit ei præiudicium, de facili conſentiet, & hoc modo Prælatus diſponet de feudis vacaturis poſt eius mortem, & tẽpore alterius Prælati quod periniquum eſt, vt ſu-
91 pra probaui, redditur eluſoria præcedens diſpoſitio, quia quid prodeſt non obligare ſucceſſorẽ, & poſtea ſtatim obligare ex conſenſu tenentis feudum, quid cõmune habet conſenſus feuda-

rij ſuper captura poſſeſſionis, cũ
92 intereſſe Eccleſiæ, & prælati ſuc ceſſoris non prohibetur, prælatis conceſſio feudorum vacaturorũ propter intereſſe feudatariorum quorum ius non tangitur, ſed propter intereſſe Eccleſiæ, & Prę lati ſucceſſoris, & quia obſtant iuris principia, vt Prælati non adminiſtrent, niſi ea, quæ veniũt adminiſtranda, & diſponenda tempore eorum: nam alias Prælaturæ eſſent hereditariæ, quod abſurdum eſt, & prohibitum.

Videamus breuiter, quid eſt magis tolerabile, vel quod tenens ex ſimplici conſenſu amictat ius ſuum, vel quod ex eius
93 conſenſu, ſiue facto Prælati ſucceſſoris ei præiudicetur, & ſic alteri per alterum iniqua conditio inferatur, quã regulam iuris Iſer. vt dixi tenet ꝓ feudatario, quod non amictat dominium ex conſenſu per multas rationes. Ego arguo contra cõcluſionem Iſer. & alijs medijs, quam ipſe facit volo probare, quod conſenſus præiudicat huic feudatario.

Vera eſt iuris concluſio, quod quando præcedit titulus conditionalis; puta donatur, aut vendi-
94 tur res ſub conditione, & poſtea ſequitur traditio illius rei, & non fit expreſsè traditio ſub cõditione, qui in illum, quod titulũ habet licet conditionalem trãsfertur dominiũ, ex illa traditione; quia ex intellectu iuris præſumitur traditio purè facta, probat, hoc in ſpecie [tex. in l. dotis fructus §. fi. iuncta l. ſed niſi, qui eſt ſequens ff. de iure dot. & ita per illum tex. nuncupatim voluit glo. fin. in l. ſub conditione ff. de ſolution. vbi Bar.] ſi hoc eſt verum, ſequitur, quod licet fuerit facta inueſtitura conditionalis;
95 nihilominus, quia poſtea fuit facta traditio pura, eſt in inueſtitũ translatum dominium, & poſſeſſio ſtatim, ſi inueſtitus habet dominium, & poſſeſſionem, ergo non remanet penes feudatariũ
96 conſentientem, quia idem vtile dominium, & eadem poſſeſſio naturalis non poteſt, eſſe penes duos eodem tempore inſolidũ. Debuit hic feudatarius ſcire iuris effectum ſcilicet, quod traditio pura, licet procederet cõtractus conditionalis transferebat dominium, ſibi imputandum iuris ignorantia, non prodeſt, & minus malum eſt, vt ipſe ex ſuo facto damnum ſẽtiat, quàm Pręlatus ſucceſſor ex alieno: et ſi factũ vnius debet alteri obeſſe, tollerabilibus eſt, vt potius ſibi, q̃ alteri noceat. Et ita intelligendo, iniquitas iſtius tex. ceſſat; nã
97 ſi conſentiẽs amiſit dominium in vita, ſtatim fingitur reuerſum ad Eccleſiam, & conſequẽter ad Prælatum concedentem, & ſic Prælatus diſpoſuit de his, quę vacabant tempore ſuo. Satis vt videtis obſtare videtur, hoc quã

Iſer.

Iſern. ſed notate vos, quomodo ego ex alijs per Iſer.nõ cõſideratis,teneo Iſer.opin.quod conſen-
98 ſus præiudicat,& quomodo tollitur aſperitas diſpoſitionis iſtius tex. hic teſtus ponit regulam in Prælato cum duabus limitationibus diuerſis: regula eſt, quod ſucceſſor Prælatus non cogitur adimplere inueſtituram conditionalem.

Prima limitatio,vt non procedat,quando inueſtitus,eſt miſſus in poſſeſſionem, cum conſenſu tenentis feudum.

Secunda, quando tenens deceſſit in vita prælati inueſtientis, & ſic ãte mortẽ inueſtitoris feudum vacauit non tempore ſuc-
99 ceſſoris. Si ex conſenſu tenentis eſſet translatum dominiũ in inueſtitum,quia ille amiſiſſet ius ſuum;prima limitatio non eſſet diuerſa,& ſecunda,quia feudum eſſet in vita Prælati deuolutum: poſtquam ergo ponuntur duę limitationes diuerſæ, neceſſe eſt
100 per vim dicere, quod ex conſenſu nõ amiſit dominium feudatarius,ſed retinuit, & illud dominium non fuit deuolutũ, nec ex conſenſu, nec per mortem in vita Prælati inueſtientis, ſed poſt mortẽ tempore ſucceſſoris.durities diſpoſitionis põt tolli, cõſiderando, quod ſi ſuſtinemus cõ-
101 ceſſionem iſtam in effectu,nõ fit præiudiciũ,nec Eccleſiæ, nec Prælatis Eccleſię,non,quia poſtquam contra Eccleſiam preſcripta eſt conſuetudo infeudandi, & Prælati non coguntur retinere feuda,quæ deuoluuntur in demanium, ſed poſſunt concedere, quid intereſt Eccleſiæ,quod cõceſſio fiat ab vno Prælato magis, quam ab alio? Pręlatis nequaquã quia ſucceſſor faciet cum alijs ſuis ſucceſſoribus, quod prædeceſſor fecit cum ipſo, in concedẽdo feuda vacatura.Immo magis agitur hic,de augẽda poteſtate Prælatorũ in genere,quam de diminuenda; Inualuit conſuetudo in feudis, vt poſſint fieri iſtæ inueſtituræ conditionales, tam à Prælatis in rebus Eccleſiæ,quã à laicis. Inualuit,& hoc modo,vt rata habenda eſſet à ſucceſſorib. quando cum conſenſu feudatarij,inueſtitus habuit poſſeſſionẽ.

Conſuetudo eſt,& potuit fundari in his, quæ dixi. Habemus caſum deciſum ex conſuetudine feudorum,non eſt recurrendum ad argumenta Iuris Ciuilis cap. primo de feudi cogn.

Nec diſpoſitio pręcedens eſt eluſoria,quia non ſemper cõſentient feudatarij;ceſſat conſideratio fraudis,quando fit, id quod à lege permiſſum,& quoad in feudationes rerum Eccleſiæ, ſeruãdæ ſunt Pontificiæ ſanctiones,vt etiam alias dictum eſt.

IN REPETITIONE

§. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. milit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum formatur, reſoluitur, & transfertur, pluribus modis, & ſignanter ex præſcriptione.*

2 *Feudum formatur ex præſcriptione de re alterius, & de re propria in Regno Neapolis, & extra Regnum.*

3 *Præſumptio tituli dupliciter conſideratur in feudo, & in allodio.*

4 *Præſcriptio in iure feudorum, quomodo eſt permiſſa, prohibita, & quæ de præſcriptione dicit illud ius.*

5 *Præſcriptio feudorum in Regno, quomodo procedat, & quæ iura ſunt circa illam tam contra Regem, quàm inter priuatos.*

6 *Præſcriptio contra feudatarium, an noceat Regi.*

7 *Intellectus cap. fin. de feud. dat. inuicem legis commiſſoriæ, ſecundum Iacob. de Beluiſ.*

8 *Afflict. in c. fin. de feud. dat. inuic. leg. commiſſo. reprehenditur.*

9 *Præſcriptio, de qua in §. ſi quis per triginta, vt procedat, quæ requirantur.*

10 *Poſſidere in dubio præſumitur quis de ſuo.*

11 *Intellectus §. præterea, de capit. Conrad. & cap. Imperialem, verſ. nullius temporis, de probib. feud. alien. per Federicum.*

12 *Poſſeſſio rei, vt feudalis per annum, ſciente domino ſufficit, quando eſt quæſtio de inueſtitura, ſecus ſi dominus vendicat.*

13 *Feudatarius habet poſſeſſionem naturalem tantum, dominus ciuilem.*

14 *Præſcriptio non procedit cum ſola naturali poſſeſſione.*

15 *Poſſeßio ciuilis eſt duplex.*

16 *Poſſeßio ciuilis exiſtens penes alium, an impediat præſcriptionem longi temporis tantum, vel etiam longiſſimi.*

17 *Intellectus §. ſi quis per triginta, ſi de feudo defunct. milit. an procedat ille tex. contra Regem, & eius fiſcum.*

18 *Inueſtitura in Regno, an præſumatur ex poſſeſſione triginta annorum, & præſtatione ſeruitij in Regno contra Regem.*

19 *Intellectus conſtit. Regni quadrigenalem ſecundum Iſer.*

20 *Inueſtitura, vt præſumatur ex præſtatione ſeruitij, & poſſeßione triginta annorũ, eſt neceſſe, vt ſeruitium præſtetur Regi, ſecundum Camera.*

21 *Lex non debet eſſe impoſita verbis, nec debet eſſe eluſoria, & potius toleratur correctio.*

22 *Directè ſi aliquid probibetur, nec indirectè fieri poteſt,*

23 *Præſcriptio, de qua in cap. ſi quis per triginta, ſi de feu. defunct. milit. non procedit contra Eccleſiam.*

24 *Emphytheuſis, vt præſumatur, requiritur ſpatium quadraginta annorum.*

25 *Præſumptio tituli, duplici modo conſideratur.*

Intel-

Digitized by Google

26 *Intellectus cap. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. milit. ſecundum Auctorem.*
27 *Seruitium ſufficit ſemel fuiſſe præſtitum cum lapſu triginta annorum contra Regem.*
28 *Præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum, de iure communi feudorum, procedit contra dominum reuocare volentem feudi alienationem, & ſic in feudi diſſolutione, multo magis in feudo formando.*
29 *Iſern. impugnatur in articulo, an præſumatur inueſtitura in Regno ſpatio triginta annorum contra Regem.*
30 *Intellectus conſtitutionis Regni quadrigenalem, ſecundum auctorem.*
31 *Ius Longobardum obſeruatur in Regno.*
32 *Inueſtitura præſumpta in Regno non procedebat cum poſſeſſione triginta annorum, ante conſtit. Regni quadrigenalem, ergo nec poſt.*
33 *Prorogatio ſit cum omnibus qualitatibus ſuis.*
34 *Scientia domini, an requiratur in præſcriptione rei, vt feudalis.*
35 *Scientia officialium, ſecundum communem opinionem ſufficit in præſcriptione contra Regem.*
36 *Probatio admittitur contra præſumptionem tituli.*
37 *Feudum non præſcribitur, niſi ſpatio centum annorum contra Regem.*
38 *Inueſtitura hominum demanij Regis, nõ præſumitur ex poſſeſſione triginta annorum, vt in feudo.*
39 *Incorporatio, quomodo fiat in Eccleſia, ad finem, vt non poſſit iterum concedi.*
40 *Incorporatio in fiſcum.*
41 *Liber rerum fiſcalium, vbi omnia, quæ fiſco acquirebantur, deſcribebantur.*
42 *Quaterniones Curiæ olim conficiebantur in Regno, vbi res fiſci erant deſcriptæ.*
43 *Liber patrimonij Regis, hodie fit in Regia Camera, in Regno Neapolis.*
44 *Deſcriptio rerum in libro fiſci rerum fiſcalium, erat neceſſaria, ad finem incorporandi.*
45 *Incorporatio eſt neceſſaria in Regno, ad finem, vt dicantur bona quæſita, & procedat præſcriptio centum annorum.*
46 *Feudum an formetur ex præſcriptione triginta annorum contra Regem, in bonis delatis, de quibus fiſcus cepit poſſeſſionem, ſed eis omiſſa deſcriptio in libro aliarum rerum fiſcalium.*
47 *Deſcriptio, an ſit neceſſaria pro forma in libro rerum fiſcalium, ad finem incorporandi.*
48 *Incorporatio nominum debitorum fiſco delatorum, quomodo fiat.*
49 *Feudum quomodo formetur ex præſcriptione contra fiſcum in bonis quærendis.*
50 *Dominium vtile feudi, quomodo reconſolidetur directo, cum deuoluitur.*
51 *Incorporatio in fiſcum, an ſit neceſſaria, quando deuoluitur feudum.*
52 *Feuda ſi fiſco deuoluuntur, an procedat præſcriptio triginta annorum, ſicut in quærendis.*
53 *Præſcriptio viginti annorum contra fiſcum in quærendis, an procedat in feudis, quæ deuoluuntur.*
54 *Intellectus l. in omnibus. ff. de diuerſis, & temporalibus præſcriptio.*
55 *Inueſtitura feudi habet tacitum pactum ſi erit fidelis.*
56 *Fiſcus non excluditur à vendicatione feudorum deuolutorum, niſi ex præſcriptione centum annorum.*
57 *Præſcriptio non currit, niſi poſt purificatam conditionem.*
58 *Præſcriptio feudi formandi ſub Barone, quomodo perficiatur.*
59 *Baro non poteſt infeudare burgenſatica.*
60 *Præſcriptio feudi formandi ſub Barone de re feudali, quomodo perficiatur.*
61 *Præſcriptio feudi formandi ſub Barone quoad excadentialia, quomodo perficiatur.*
62 *Demanialia non efficiuntur excadentialia Baroniæ, niſi ſpatio centum annor.*

63 *Aſſenſus generalis debet impetrari ad cautelam.*

64 *Præſcriptio feudi formandi ſub Barone, reſpectu sterilium, vt reducantur ad culturam, vel quoad ea, in quibus habent licentiam concedendi.*

65 *Præſcriptio finita contra Barones, an noceat Regi, feudo deuoluto, tam in feudo formando, quam in feudo formato.*

66 *Subinfeudatio excadentialium an reſoluatur, deuoluta Baronia, & quid in ſubinfeudatione præſcripta.*

67 *Reſoluto iure datoris cum aſſenſu Regis, non resoluitur ius acceptoris.*

68 *Baro, subinfeudando excadentialia, eſt velut adminiſtrator Baroniæ.*

69 *Feudum non formatur ex præscriptione in Regno contra priuatum, spatio triginta annorum.*

70 *Feudum extra Regnum, non formatur ex præscriptione cum priuato, qui non habet poteſtatem infeudandi spatio triginta annorum.*

71 *Lex recipit reſtrictionem de habilitate.*

72 *Feudum ſicut formatur ex præscriptione de re alterius, ita formatur ex præscriptione de re propria.*

73 *Infeudatio præscripta minus legitimè, poteſt per Regem confirmari.*

74 *Aſſensus poteſt subsequi.*

75 *Præscriptio rei, vt feudalis, ſi non procedit, an saltem noceat, & contra quē præscribitur.*

76 *Præscribitur quatenus poſſidetur, & nō vltra.*

77 *Feudum formatur ex præscriptione triginta annorum regulariter, & hęc regula ampliatur, & limitatur ſecundū ius Regni, & secundum ius commune feudorum.*

78 *Baro, quando tractat de præscribendo contra vaſſallos seruitia, ad quę de iure non tenentur, vel annuam prēſtationem in pecunia, vel in frumēto, quę præscriptio ſit neceſſaria.*

REPE-

REPETITIO

§. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. conten.

1 FEudum formatur, reſoluitur, & trãſfertur, & plures ſunt modi formandi, reſoluẽdi, & transferendi feudum; inter alios eſt præſcriptio; ex præſcriptione namque feudum formari poteſt, & ſic formatum transferri de perſona ad perſonam, ac etiam reſolui, & penitus extingui.

2 Loquitur hic text. quomodo ex prçſcriptione feudum formatur, & in eſſe deducitur; In quo eſt aduertendum, quod interdũ formatur de re alterius, interdũ de re propria; de re alterius, quãdo quis rem alienam tenuit triginta annis, vt feudum, præſtando ſeruitium; de re propria, quãdo quis pro re propria, alium recognouit in dominum, 30. annis exhibendo ſeruitia tanquam de feudo.

Item eſt aduertendum, quod interdũ agitur de formando feudum extra Regnum, & ſecundum ius commune feudorum; interdum in Regno, & ſecundum ius Regni; ſecundum ius commune feudorum, aut de re illius, qui poteſt infeudare de nouo; aut de re illius, qui non poteſt de nouo infeudare. Si de re illius, qui poteſt, aut de re Eccleſiæ, aut de re Imperatoris, In Regno, & ſm̃ ius Regni; aut de re fiſci, & Regis, aut de re Baronis; de re fiſci, aut de re incorporata. de re Baronis, aut de re excadentiali, aut de re nõ excadentiali, & de ſingulis eſt inſpiciendum.

Materia eſt practicabilis, & ab alijs non ſic excogitata, nec explicata: & quæſtio magis principalis in hac materia eſt; an, & quomodo diſpoſitio iſtius textus procedat contra Regem in hoc Regno, ita quod ſi quis rem aliquam, vt feudum per triginta annos tenuerit, ſeruitium Regi exhibendo, ſit tutus contra Regem, & eius fiſcum.

Hanc quęſtionem intendo latius examinare, quia multæ aliæ ex præmiſſis obiter decidentur.

Sed prius pro iunioribus adnotanda ſunt aliqua generaliter in materia præſcriptionis, quæ ſunt communia cũ præſcriptione feudorum, & inſtruunt viam ad infra dicenda.

Et

Et primò eſt ſciendum, quòd habemus duos terminos, ſcilicet præſcriptionem, & præſumptio-
3 nem tituli. Item præſumptio tituli,qui allegatur, duplici modo conſiderari poteſt, altero ſcilicet ex diutina præſtatione ſecũdum terminos [l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.] cum ſua materia; Altero verò,quando agitur de re impræſcriptibili ex diſpoſitione legis, per poſſeſſionem temporis,cuius initij memoria hominum non exiſtit ſecundùm terminos [l.hoc iure.§.ductus aquæ ff.de aqu.quotid. & æſtiu. & cap. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignif.]

In feudis etiam ſecundũ feudales conſuetudines, habemus vtrumque terminũ,ſcilicet præſcriptionem feudi ex poſſeſſione triginta annorum, cum præſtatione ſeruitij,de qua hic; & præſumptionem tituli, ſcilicet inueſtituræ, ex poſſeſſione feudi per annum,ſciente domino, & non contradicente, cum iuramento, de qua in [cap.1.§.fi.ſi de inueſt. inter domin.& vaſſall.lis oriatur, & in c.1. iunct. gloſ. de conſuet. rect.feud.]

4 Secundò,notandum eſt,quod in libro feudorum quatuor principaliter cõcernentia feudorum præſcriptionem reperiũtur prouiſa.

Et primò, habemus legem permittentem præſcriptionem, vt eſt iſta.

Secundò, habemus legem prohibentem præſcriptionem, de qua in [cap.1.§. præterea, de capit.Conrad. ibi, nulla obſtante præſcriptione,& in cap.Imperialem,de prohib. feud.alien.per Feder.ibi, nullius temporis præſcriptione interueniente.]

Habemus tertiò, legem diſponentem circa præſcriptionem contra feudatarium, an noceat domino directo, feudo deuoluto,de qua in [cap,1.§.quid ergo, de inueſt.de re alien.fact.]

Quartò, lex feudalis loquitur de annali pręſcriptione,introducta ad excludendum agnatum à feudi reuocatione, de qua in [§. Titius,ſi de feud.defunct.milit.] vel ad excludendum dominum à iure prælationis, in caſu licitæ alienationis,de qua in [§.porrò, qualiter olim poter.feu.alien.]

5 Sic in Regno habemus iura permittentia pręſcriptionem generaliter contra Regem,tam in feudo,quàm in allodio. Et primò habemus legem Longobardam [in rubr.de præſcriptio. l. 8. incipien.de poſſeſſione] per quã conſtat,quod prius ille, qui de publico poſſidebat, ſpatio quadraginta annorũ, erat tutus;poſtea prorogatur ad ſexaginta, & datur forma,vt cõuentus à fiſco, qui poſſedit ſexaginta annis, iurando, quod ipſe pater, aut auus habuerint à Rege cõceſſionem,

ſit

ſit ſecurus. Hæc alias quadrigenalis, & poſtea ſexagenaria præſcriptio per Federicum prorogata fuit ad centum annos, vt in l. Regni quadrigenalem.

Habemus etiam legem in Regno, quæ introduxit præſcriptionem feudorũ inter feudatarios, quando tractatur de pręſcribendo feudum integrum, aut quotã feudi, in qua eſt certum ſeruitiũ deſignatum, ſi fuerit poſſeſſum feudum per triginta annos, aduerſario præſente, de quo habetur in conſtit. conſuetudinem.

Et ſic ſimiliter habemus in Regno, prout de iure communi feudorum, legem prohibentem præſcriptionem hominum, qui ſunt de demanio Regis, de quo in l. Regni cum vniuerſis; Item quando quis vult præſcribere rem aliquam ad feudum pertinens, vt liberam à ſeruitio, vt habetur in [§. cæterum, in d. conſt. conſuetudinem.]

An autem iſtæ leges Regni, aut leges feudorũ tollentes præſcriptionem, vt ſupra, includant præſcriptionem cẽtenariam, vel præſcriptionem temporis, cuius initij memoria non exiſtit, & quam præſcriptionem excludãt, vel includant, infra videbimus latius, quia eſt quæſtio ſeparata, & vtilis.

In Regno autem nõ habemus legem ſpecificam, quæ loquatur
6 de præſcriptione feudi, contra feudatarium, an noceat Regi, ſed bene tangitur iſtã quæſtio per [gloſ. & Iſern. in cap. Regni ſi dubitatio, & per Iſern. in conſtit. Regni conſuetudinem, & conſt. quadrigenalem, & alios] & nos veritatem infra explicabimus, quia non poteſt obiter in præludijs explicari, & ſic etiam videbimus, an annales præſcriptiones introductæ per feudales conſuetudines, ſint abrogatæ ex vi verborum conſtit. Regn. duram, & & diram.

Iſtis ſic breuiter præmiſſis, antequam veniamus ad explicationem propoſitę quæſtionis pro intelligentia tex. tranſeamus ad aliquas oppoſitiones.

7 Et primo, oppono de [tex. in cap. fin. de feud. dat. inuicem legis commiſſoriæ, alias in cap. 1. de vſu Mediolanenſium] vbi non ſufficit, quod quis rem, vt feudũ poſſederit triginta annis, exhibẽdo ſeruitium, ſed eſt neceſſe, vt iuret inueſtituram præceſsiſſe, & hic dicitur, quod ſufficit poſſeſsio triginta annorum, cũ præſtatione ſeruitij: ſoluit [Iacob. de Beluiſ. in d. cap. fin.] quod ideo ibi requiritur iuramentum, quia præceſsit titulus pignoris [Affl. autem ibi num. 9.] dicit, quod nõ eſt ratio diuerſitatis; & propterea intelligit iſtum tex. ſecundum illum, vt requiratur de neceſsitate iuramentum, quod pręceſſerit inueſtitura. Vnde in quar

to notabili dicit, quod plura requiruntur copulatiuè; allegatio tituli, quod tamen intelligit in Regno tantum, quia extra Regnum ſine dubio non eſt neceſſaria tituli allegatio; probare, quod fecit fidelitatem de feudo, poſſeſsio triginta annorum; præſtatio ſeruitij,& iuramentum; & ita quod ſit neceſſariũ iuramentum, eſt de mente [Ardizo. in ſumm. 3. part. de ſucceſsio. feud. colum. penul.]

8 Sed vos contrarium teneatis, quia,cõmuniter, inter requiſita non ponitur iuramentum. Sed tria tantũ requiruntur,vt tex. iſte habeat locum.

9 Primo, quòd rem poſſederit triginta annis continuis,abſque interruptione.

10 Secundò,quòd poſſederit tanquam feudũ, quia in dubio quis præſumitur poſsidere pro ſuo, vt probat [tex. in l. filiusfamilias. §. diui,el 1. verſi. idem principes. ff. de legat. 1. per quem ita notat Alex. in conſi. 136. colum. 3. lib. 1.] & ſic quòd iſta poſſeſsio triginta annorum fuerit formis, ideſt habita ſemper tanquam feudalis.

Tertiò,quòd præſtiterit ſeruitia domino, vel ſoluerit vti pro feudo,ita [Bald. & Aluarot. ibi, Alexan. in conſi. 169. viſo themate,in 2. volum. & conſi. 113. colum. fin. vol. 4. Dec. in conſil. 144. colum. 3.]& in ſpecie,quod non ſit neceſſarium iuramentũ, quando adeſt poſſeſsio triginta annorum, tenet [Iſern. in cap. 1. num. 1. de conſuet. rect. feud.]

11 Oppono ſecundò de [tex. in cap. 1. §. præterea, de capit. Conrad.] vbi nulla obſtat præſcriptio contra dominum, & ſic in [cap. Imperialem, verſ. nullius temporis, de prohib. feud. alienatio. per Feder.] Solutio: In dictis iuribus agitur de feudo diſſoluendo, hic agitur de feudo formando.

Item illa iura intelliguntur de præſcriptione longi temporis, ſecundum communem.

Item ibi poſt alienationem emptor non tenuit, vt feudum à domino per triginta annos, vt hic.

12 Oppono tertiò, de [tex. in cap. 1. §. fi. ſi de inueſt. inter dominũ, & vaſſall. lis oriat.] vbi non requiritur tempus triginta annorũ, ſed ſi in poſſeſsione feudi reperitur, ſufficit tempus vnius anni, ſciente domino, & non contradicente cum iuramento. [Iſern. cap. 1. verſ. ſi vero, de contro. inueſt.] tenet, quod iſte tex. procedit, quando dominus vendicat, tunc non repellitur, niſi ex poſſeſsione triginta annorum.

In dictis autem iuribus non vendicabat, ſed erat quæſtio, an erat inueſtitus, nec ne, & ſic ſoluit [Afflict. in d. cap. fin. de feud. dat. in uicem legis commiſſo. & in d. §. fin. ſi de inueſt. nu. 9.]

Oppo-

Oppono quartò, poſsidens rē
13 vt feudalem, habet naturalem
poſſeſsionem tantum, & dominus habet ciuilem [gloſ. ordin. in l.ſi vt certo.§.ſi duobus. ff.cōmodat.] ergo contra eum non
14 præſcribitur,quia præſcriptio nō procedit cum ſola naturali, ſed ciuili, ſecundum [Bart.poſt glo. in l. 1.C.de furt.Dyn. in cap. ſine poſſeſſione,de regu.iur. in 6. nu. 35.gloſ.fin.in cap. cauſam, quæ de præſcriptio.Roman. in l. 1.§. per ſeruum.ff.de acquir. poſſeſſ.]
15 Solutio: Duplex eſt poſſeſſio ciuilis; vno modo poſſeſſio inuiſibilis,quę conſiſtit in animo;alio, prout eſt ſpecies obiecta poſſeſſionis naturalis.

Præſcriptio non procedit ſine ciuili,ſed non intelligitur de illa ciuili, quæ eſt ſpecies obiecta naturali, vt illa, quam habet dominus in feudo, vel in emphyteuſi,ſed de ciuili inuiſibili, quæ conſiſtit in animo, quam habet ille, qui gerit ſe pro feudatario inſimul cum naturali, alias non poſſet feudum formatum transferri ex præſcriptione de perſona
16 ad perſonam: vltra quod ciuilis poſſeſſio exiſtens penes alium, impedit præſcriptionem longi temporis,nō autem præſcriptionem longiſſimi temporis, ſcilicet triginta annorum, quæ cum ſola naturali tantum procedit,vt benè declarat [Iaſ,in l. 1.col.fin. in princ.C.de ſeru.fugit.]

17 Deſcendo nunc ad quæſtionē propoſitam, vtrum tex.iſte procedat in Regno contra Regem, & eius fiſcum.Iſern.hic in prima colum.concludit duo.

Primum,quod ſi conuentus à fiſco fundatur in præſcriptione triginta annorum, fiſcus non excluditur,quia contra fiſcum non obſtat minor præſcriptio, quam
18 centenaria in Regno, vt in conſtit.Regni quadrigenalem, ſecūdum quod, ſi conuentus allegat fuiſſe de feudo inueſtitū, & probat poſſeſſionem triginta annorum,cum pręſtatione ſeruitij,fiſcus excluditur,quia præſumetur inueſtitura;hoc idem in vtroque concludit Iſern.in d.conſtit.qua-
19 drigenalem,dicens, quod per illam legem eſt ſublata præſcriptio,quando conuentus præſcriptioni innititur,nō autem eſt ſublata pręſumpta inueſtitura,quando conuentus illam allegat, & hoc modo probat, & quod præſumatur inueſtitura ex pręſtatione ſeruitij,& poſſeſſione triginta annorū, ſi allegatur, tenet idem [Iſern. in cap. Imperialem: §.illud,num.68.de prohib.feu. alienatio. per Federic. & in cap. 1.§. quid ergo,num.8. de inueſt. de re alien.fact.Iſer.in præſud. feud. quæſt.6.in cap.1.num.34.de capit. Conrad. ſequitur Afflict. in deciſio.324.num. 5. Paris de reintegratio.feud.fol.117. num. 8. Marin.Frecc.lib.2.q.28. num.3.

verſus

verſus finem, & vtrumque dictũ ponit idem [Afflict. in d. conſt. Regn. quadrigenalem, num. 4. poſt Iſern. quos ſequitur Camer. in cap. Imperialem fol, 8. litera C. vſque ad literam K.] qui tenet hanc opinionem, quod in Regno præſumatur inueſtitura

20 prædictis concurrentibus, ſed aduertit, quod eſt neceſſe, vt ſeruitium præſtetur Regi, non autẽ ſufficit præſtari Viceregi, ꝑ quo allegat [conſilium Alex. 136. nu. 10. in 1. vol.]

Et hæc eſt ſentẽtia ſcribentiũ in Regno in hoc articulo, ſecundum quam, duo colligite.

Primum, quod ius erit in modo allegandi, nam ſi conuentus allegat præſcriptionem contra fiſcum, ſuccumbet; ſi verò alleget inueſtitùram, obtinebit; & propterea aliqui ex prædictis aduertunt aduocatos illius, qui cõuenitur à fiſco, & poſſedit per triginta annos rem, vt feudum, exhibendo ſeruitium, vt ſint cauti in allegando præſcriptionem.

Secundum, quòd colligitur eſt, quod ſtante hodie abſentia Regis à Regno, non procederet.

Semper hæc concluſio mihi viſa fuit admodum dubitabilis: ideo non contentus tantorum auctoritate, quia, vt dicit Seneca, relatus per [Fulgoſ. in l. penult. C. de conditio. indeb.] non te moueat præceptorum auctoritas, ſed quis te meliori foueat ratione; intendo in medium afferre, quæ contra hanc concluſionem ſatis obſtare videntur.

Et primò, ſi admittimus, quod ex poſſeſſione triginta annorum, & ſeruitij præſtatione præſumatur inueſtitura, quando quis illã allegat, conſtitutio Regni, quadrigenalem, per quam prorogatur pręſcriptio quadrigenalis, aut ſexagenaria, quæ contra fiſcum olim militabant, ad præſcriptionem cẽtum annorum, eſſet eluſoria, quia ſemper quis allegabit inueſtituram, ad cuius iuſtificationem probabit de lapſu temporis triginta annorum, & ſic lex

21 eſſet impoſita verbis, cõtra [tex. in l. 2. in fin. C. commu. delegat.] quod eſſe non debet: quinimmo reijciendus eſt intellectus, per quem diſpoſitio legis fiat eluſoria [l. fin. ff. ne quid in loc. publ.] in tantum, quod etiam in materia pœnali fit extenſio, ne alias diſpoſitio fiet eluſoria, probat [tex. in l. 1. §. pecuniam. ff. de calumniato. & in cap. ſi ciuitas, vbi Geminia. in 2. notab. de ſentent. excommunic. in 6.]

Hinc eſt, quod potius toleratur correctio iuris communis, quàm quod ius nouum fiat eluſorium [Alex. in authẽ. ex teſtamento, nu. 2. C. de collatio.]

22 Secundò, ſi admittimus præmiſſam concluſionem communem, permitteretur per indirectum, ex tituli allegatione, quod dire-

directò prohibetur, & hoc eſſe nõ debet ex regula [l. cum quid vna via de regul. iur. in 6. & lex prohibens non debet alia via circumueniri l.arbitrio §.ſi cuius dolo ff.de dol.mal.]

23 Tertiò, ſicut contra Eccleſiã non procedit tex. in c.ſi quis per triginta, quia contra Eccleſias no procedit pręſcriptio tricennalis, ſed requiritur quadrigenalis; ſecundum [Alexand.in conſ.169. in 2. volum. videtur de mente Bal. in cap. fin. de feud. dat. inuicem legis commiſſoriæ tenet Præpoſit. verſic. ſed pulcrum eſt, ſequitur Balb.in tract. præſcript. 4. par. 4. par. prin. 1. quæſt. num. 4. Aym. in 4. part.de antiquit. tẽp.q.8.f.180.] & ſic ad preſumendum contra-

24 ctum emphiteoticum preceſſiſſe, requiruntur etiam quadraginta anni ſecundum [gloſ.in l.2.in verb. repellere in fin. C. de iur. emphi. & ibi Alberic. num. 10. quod latè comprobat Iaſ. ibi ſuper dicta gloſ.] regulari, ergo videtur lex in tituli præſumptione dum agitur de dominio circa tempus quod requiritur, à tempore requiſito in præſcriptione, vel ratione illius, contra quem inducitur tituli præſumptio. Vnde, quia contra fiſcum non præſcribitur ſpatio triginta annorũ, non eſt per hoc tempus titulus præſumendus, prout in Eccleſia dicitur, tam in feudo, quam in emphiteuſi, ex præmiſſis.

25 Quartò, præſumptio tituli, duplici modo conſiderari poteſt, vt dicebam in præludijs, aut in materia præſcriptibili, ex diutina præſtatione, ſecundum terminos legis, cum de in rem verſo ff. de vſu. aut in materia non præſcriptibili, ex poſſeſſione temporis, cuius initij memoria non exiſtit. Hic tertius terminus, vt præſumatur titulus inueſtituræ, ex poſſeſſione triginta annorum, quando per hoc tempus non poteſt præſcribi, fuit noua inuentio Iſern. in Regno, qui

26 ſi fundatur in hoc capitulo, male agit, quia hic tex. non loquitur per viam præſumptæ inueſtituræ, ſed per viam præſcriptionis, vt videtis; & iam quando lex feudalis voluit procedere per viam præſumptæ inueſtituræ, non per viam præſcriptionis dixit [vt in cap. 1. ſi de inueſtitur. inter Dominum, & Vaſſallum lis oriatur] & ab omnibus, qui tractant quomodo feuda præſcribũtur, allegatur iſte tex. ad probandam feudorum præſcriptionem, & idem Iſern. hoc tenet, vt procedat per viam præſcriptionis, & iam dicit in conſtitut. Regni, violentias, &

27 hic dum tenet, quod ſi ſemel fuit præſtitum ſeruitium, & ex tunc ſunt elapſi triginta anni, ſufficit, non nè apertiſſimè tenet, quod tex. procedit per viam

præſcriptionis, & non per viam præſumptæ inueſtituræ, quia dum agitur de præſumptione tituli, non ſufficit vnicum factum cum curſu decem annorum, nec habemus alium tex. in vſibus feudorum permittentem præſcriptionem, niſi iſtum, & [tex.in cap. fin. de feud. dat. in uic. legis commiſſoriæ.]

Item hic tex. loquitur ſecundum ius commune feudorum, ſecundum, quod licet eſſet prohibita præſcriptio contra Dominum volentem reuocare feudi alienationem, quod eſt fortius, vt in [cap. 1. §. præterea, de capi-
28 tul. Corrad.] nihilominus attenta communi opinione, procedit præſcriptio longiſſimi temporis. triginta, vel quadraginta annorum, quæ non includitur in prohibitione, ſecundum [gloſ. in d. §. præterea in verbo præſcriptione, vbi Aluarott. Io. Andr. ſuper ſpeculo ſub rubr. de feud. qui dicit ita tenere Dyn. in conſ. 44. & quod eſt communis, & Iſern. licèt in §. præterea tenuerit contra gloſ. tamen in cap. Imperialem §. illud, num. 50. in verſic. nec Dominus, & num. 70. in §. illud, de prohibit. feud. alienat. per Federic.] fatetur quod communis opinio eſt cum gloſ. Sed quidquid ſit in caſu dicti §. præterea, quando non agitur de feudo ex præſcriptione diſſoluendo, vt ibi in effectu agitur, ſed de feudo formando, non eſt dubium, quod procedit præſcriptio triginta annorum, ſecundum ius commune feudorum, vt bene declarat Odoffred. in ſumm. feudorum in rubric. vtrum in feudo currat præſcriptio, qui licèt teneat contra gloſ. in §. præterea, dum agitur de feudo diſſoluendo, tenet ſine dubio in feudo formando procedere præſcriptionem triginta annorum. Vndè ſi hic tex. non procedit per viam præſumptæ inueſtituræ, ſed per viam præſcriptionis, & loquitur attento iure communi feudorum, ſecundum quod contra Dominum, dum agebatur de feudo formando, præſcribebatur ſpatio triginta annorum, nec erat neceſſe allegare inueſtituram, ſed inniti præſcriptioni; duę oriuntur conſiderationes contra Iſern.

29 Prima, quod dum dicit, per conſtitut. quadrigenalem fuiſſe ſublatam præſcriptionem, non præſumptam inueſtituram, de qua hic, & propterea procedit in Regno, non bene dicit, poſtquam tex. loquitur de præſcriptione.

Secunda cõſideratio eſt, quod dato quod loqueretur per viam præſumptæ inueſtituræ, non benè applicatur in Regno contra Regem, contra quem non procedit præſcriptio triginta annorum, ſicut ſecundũ ius cõmune feudo-

feudorum contra Dominum.

Quintò, quid opus eſt morari in tot rationibus;occurrit contra Iſern. & communem nouã, 30 & ſatis clara conſideratio. In conſtitut. Regni, quadrigenalem, fit mentio, quod prius ante illam legem contra Fiſcum præſcribebatur ſpatio quadraginta, aut ſexaginta annorum in Regno, & per illam legem fit prorogatio ad centum annos.

Lex Regni, per quam erat inducta iſta præſcriptio quadrigenalis, & poſteà ſexagenaria, eſt prædicta lex Longobarda, de qua in præludijs in [titulo de præſcriptio. l. de poſſeſſione, & 31 gloſ. ibi hoc aduertit] hoc ius Longobardum obſeruabatur in Regno, circa præſcriptionem contra Regem, & eius Fiſcum, tempore Federici, qui fuit Auctor illius legis, vigore conſtitut. Regni, puritatem, & ipſe hoc ibi dicit, quia facit prorogationem.

Videamus ſi per dictam legem Longobardam, erat excluſus hic præſumptus titulus inueſtituræ, ex poſſeſſione triginta annorum, & præſtatione ſeruitij, & quidem ſine dubio non erat tunc ſecurus poſſeſſor feudi triginta annorum per allegationem inueſtituræ, quia ibi in ſpecie ad finem, vt poſſeſſor rei, quæ alias fuit de publico, ſit ſecurus contra Fiſcum vẽdicantem, tria requirebantur: poſſeſſio ſexaginta annorum, allegatio tituli, & iuramentum, quod ipſe pater, aut auus habuerit conceſſionem, & ità oriebatur præſumptio tituli,in tantum, quod gloſ. ibi notat, quod illud tempus non proderat ad actionem pariendam, vel exceptionem inducendam.

32 Si ergò, antè legem quadrigenalem hæc præſumpta inueſtitura, ex poſſeſſione triginta annorum erat excluſa, quia in Regno, priùs eſt obſeruandum ius Longobardum, & poſteà ius commune Romanum, in quo etiam includitur ius commune feudorum; vt probaui in prima quæſtione in principio operis, multò magis remanet excluſa, poſt legem quadrigenalem, per quam non tollitur illa lex Longobarda, ſed tempus tantum ſexaginta annorum prorogatur ad centum; & tanto ma- 33 gis, eſt ità dicendum,quod prorogatio fit cum omnibus qualitatibus ſuis [l.lecta vbi Alexan. in 5. notab. ff. ſi cert. petat.] facit, quia cum ſtatuatur tempus centum annorum reſpectiuè ad tempus ſexaginta, de quo loquebatur lex Longobarda, intelligitur fieri cum eiſdem qualitatibus illius legis, ad quam eſt habi-

habita relatio probat [Bart. in l. 1. §. cum in plures ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur,] an autem hodie requiratur iuramentum, prout prius ſecundum legem Longobardam.

Nunc non decido: de facto tamen videmus, quod poſſeſſores rerum fiſcalium obtinent ſine iuramento ex poſſeſſione centum annorum, & communiter hoc habetur pro præſcriptione; non tamen vidimus adhuc Fiſci patronum contrarium allegantem. Et ita videtis quomodo ſecundum veros terminos, & attentis veris rationibus, quam difficile ſit ſuſtinere opinionem Iſern.& aliorum,& prędicta,ac infra dicenda per me in hoc articulo non aduertunt moderni in repetitione cap. 1. de Vaſſallo decrepitæ ætatis, dũ ibi tractant articulum. Donec autem Camerar. tenendo opinionem,quod cap.ſi quis per triginta, non ſit correctum in Regno, conſiderat, quod ad hoc,vt oriatur pręſumpta inueſtitura,eſt neceſſe, vt ſeruitium per triginta annos ſit præſtitum Regi, non Viceregi, niſi habuerit ſpeciale mandatum, nouas inueſtituras faciendi fundatur. hæc; ſua conſideratio in [conſ. Alexand. 136. in 1. volum. & procedit per terminos tex. in l. item veniunt §. petita ff. de petit. hæreditat. quod ſcientia procuratoris non nocet domino] Eſt aduertendum, quod Alex. non loquitur, quando feudum eſt poſſeſſum triginta annis cum præſtatione ſeruitij, ſed quando tractatur de præſumendo inueſtituram per poſſeſſionem vnius anni, ſciente Domino, ſecundum terminos [tex.cap.1.ſi de inueſtit. inter domin. & vaſſall.] vt hoc caſu non ſufficiat ſcientia gerentis negotia Domini, & inter hęc duo eſt maxima differentia; quia dum tractatur de formando, & acquirendo feudo, ex præſcriptione, ſi ſumus in cor-
34 poralibus, non requiritur ſcientia eius contra quem præſcribitur, quod non eſt, quando tractatur de præſumenda inueſtitura per lapſum anni, quia tunc tex. meminit de ſcientia Domini. Et ſi in terminis iſtius tex. eſſet neceſſaria ſcientia Domini; potuiſſet Camerar. allegare [Salicet. in l. 2. num. 5. C. noua vectigal.] qui in ſpecie, dum tractat articulum, an in caſibus, in quibus requiritur ſcientia Imperatoris, aut Regis, ſufficiat ſcientia officialium, conſiderat, quod debet interuenire ſcientia eius, qui habet poteſtatem concedendi, ſed officiales, & Præſides non habent poteſtatem concedendi; ergo eorum ſcientia non ſufficit.

Sed

35 Sed in hoc articulo an ſuffi-
ciat ſcientia officialium Regis,
cōmunis opinio eſt cum[Bart.in
l.ſi publicanus §.in omnibus n.1
ff.de publican.] qui voluit,quod
ſufficit ſcientia officialium in
præſcriptione vectigalis forman
di.Nam iſtam opinionem tenēt
[Imol.ibi & in l.1.§.denique nu.
17.ff. de aqu.plu. arcen. vbi Ro-
man.nu.5. Aretin. in conſ. 142.
col.fin. & 154. Cuman. in conſ.
162.nu.4. & Balb. in tract. præ-
ſcript. 2. part. 5. par. princ. 3. q.
nu.8.] refert multos tenētes opi-
nio. Bart. & de ſcientia Vicarij
Regis, quod ſufficiat, loquitur
[Paul.de Caſtr.in cōſ.203.col.2
vol.1.incipien. viſo quodam ſal-
uo conducto, & Bal in conſ.240
incipien.ſi pater,lib. 5. & opinio.
Bart. tenet,defendendo illam ab
impugnationibus,Aym. de anti-
quit.tēp.4.part. c.abſolutis 7.q.]
Potuiſſet etiam Camerar. ad ex-
cludendam iſtam præſumptam
inueſtituram in Regno, etiam
Rege præſente,cōſiderare; quod
hic in quinternionibus Regię Ca
meræ notantur omnes inueſti-
turæ, & quod facta fide negatiua
ad inſtantiam fiſci, quod non re-
peritur inueſtitura, quæ allega-
tur, eſſet facta probatio in con-
trarium,quæ iam admittitur cō-
36 tra iſtam præſumptionem tituli,
quæ oritur ex tempore,vt in præ
ſumptione tituli ex curſu decem
annorum ſecundum terminos[l.
cum de in rem verſo ff. de vſur.
dicunt Cyn. in l. ſi certis annis
q. 10. C. de pact. & ibi Alberic.
nu.6. Anton. de But.in c. perue-
37 nit de cēſib.nu.19.] Feudum er
go in Regno contra Regem, &
eius fiſcum, attenta opinione
Iſer.dum proceditur per viam
præſcriptionis,non formatur,niſi
ex poſſeſſione feudi per centum
annos; ſed procedendo per viam
præſumptæ inueſtituræ cum al-
legatione tituli, eſt tutus poſſeſ-
ſor rei vt feudalis per triginta
annos; Hoc tamen ſecundum
eum Iſer. limitatur non proce-
dere,dum agitur de præſcriptio-
38 ne hominum de demanio Re-
gis, quia tunc non præſumetur
conceſſio ex poſſeſsione triginta
annorum, ſed præſumetur ex tē-
pore, cuius initij memoria in
contrarium non exiſtat, quia per
conſtitut. Regni, cum vniuerſis
prohibita eſt præſcriptio [ita de-
clarat Iſer. in d. c. Imperialem
verſ.nec dominus nu.50.] Atten
dendo autem aliā opinionē ſu-
pra probatam per tot rationes,
nunquam eſt tutus poſſeſſor ad-
uerſus fiſcum, niſi adſit tempus
centum annorum,& ſic non pro
deſſet allegare inueſtituram, &
probare præſumptiuè ex poſſeſ-
ſione triginta annorum. Et iſta
donec agitur de rebus fiſco quę-
ſitis,& incorporatis.

Quid autem in rebus nondū
fiſco incorporatis, an reſpectū il-

larum rerum poſſit formari feudum ex poſſeſſione minoris temporis rei vt feudalis. Prius aliquid noſſe oportet quomodo fiat incorporatio, quod eſt vtiliſſimum in Regno; in quo eſt ad-
39 uertendum,quod aut agimus de incorporatione in Eccleſiã poſt rem deuolutam,ad finem vt bona conſueta concedi,efficiantur de mẽſa, & non poſſint ſine ſolemnitate iterum concedi,& hęc non eſt propriè materia noſtra, de hoc plene diximus in c. 1. ſupra de his qui feud.dar.poſſ. Aut
40 agimus de incorporatione in fiſcum & tunc ſciendum eſt quod antiquitus per ius commune pro cautela fiſci & notitia rerum fi-
41 ſcalium officiales ad id deputati conficiebant librum,in quo erãt deſcriptæ omnes res fiſci & deſcribebantur omnia, quæ fiſco, ex quacunque cauſa acquireban tur, de hoc libro meminit gloſ. in l.ſi quando c. de bon. vacant. lib.10. In regno etiam antiquitus ea, quæ fiſco deuoluebantur, notabantur in quaternionibus Curiæ; & iſti erant libri rerum
42 fiſcalium, vt colligitur ex capitulo Regni ad vindictam malefactorum. Nunc autem in Regia Camera fit liber diſtinctus, qui
43 vocatur liber patrimonij Regis, in quo totum patrimonium Regis deſcriptum eſt, & deſcribi debent omnia,quę Regi ex quacunque cauſa acquiruntur,ex delicto ſcilicet aut linea finita, aut aliter. Dum Doctores tractant de incorporatione rerum in fi-
44 ſcum, de iure communi requirunt deſcriptionem in libro aliarum rerum fiſcalium, ità dicit [Bar.in l.ſi vacantia nu.10. C.de bon.vacantibus,& in d.l.ſi quando nu.2.Bald. etiam in d.l. ſi vacantia,& Io.de Plat. ibi in 8.notab.]

45 Hæc incorporatio in fiſcum, quæ aliàs neceſſaria erat de iure communi, poſt bona delata, eſt neceſſaria etiã hodie in Regno, non obſtante c.Regni bona proditorum,per quod ipſo iure quęritur dominium ſine adeptione poſſeſſionis, probat hoc Bart. in conſ.81.incipiẽt.Martinus nu.7. qui dicit quod in bonis etiam fiſco delatis, ipſo iure ante incorporationem currit minor præſcriptio contra fiſcum, & ita in indiuiduo in Regno tenet [Affl. in c.1.nu.7. de Vaſſall. decrepit. ætat. & vos vltra Bart. & Afflict. videatis Pet. de bellapert. in l. fin. col. fin. C.de Sacroſ.Eccleſ.] qui in bonis, quæ fiſco quæruntur ipſo iure dicit quod præſcribitur contra fiſcum ſpatio viginti annorum, quia donec agimus de plena acquiſitione per incorporationem, ſeu apprehẽſionem poſſeſſionis à fiſco, & repoſitionem ſub procuratore patrimonij, poſſunt dici nondum quæſita, & non obſcure probatur in d.c.Re-

d.cap.Regni,quia dicit, quod licet quæratur dominium ſine poſſeſsione Fiſco in crimine læſæ maieſtatis;tamen obſtat Fiſco præſcriptio viginti annorum,quæ non procedit in bonis quæſitis, in quibus requiritur centenaria, ergo ad finem, vt centenaria habeat locum,eſt neceſſaria incorporatio capturæ poſſesſionis.

46 Cognito ergo parumper modo incorporationis, nunc melius aperiamus quæſtionem propoſitam;& ideo firmiter quæro, ſi delatis in Regno fiſco bonis ex delicto,aut aliter,& nomine fiſci de ordine Regiæ Cameræ, ad quam ſpectat cura Regij patrimonij,eſt capta poſſeſſio, ſed ex negligentia, aut aliter, omiſſa eſt deſcriptio in libro patrimonij Regis inter alia bona, vtrum, ſi poſſidentur ab aliquo vt feudalia, ſpatio triginta annorum, cum præſtatione ſeruitij, hoc ſufficiat ad tuendum poſſeſſorem contra fiſcum.Si tenemus, quod ad perficiendam incorporationem bonorum in fiſcũ,requiritur deſcriptio, prout tenere videntur [Barto. Bald. & Ioan. de Plate. vbi ſupra] & hoc etiam in Regno procedere, vbi etiam videtur neceſſaria incorporatio (vt diximus)eſſet per hoc tempus res Fiſci, nondum ante incorporationem quæſita, hoc modo præſcripta quoad vtile dominium aduerſus Fiſcũ; quia conſtitutio Quadrigenalem,quæ requirit tempus centum annorum,loquitur in quæſitis, non in quærendis, in quibus remanent communes præſcriptiones contra Fiſcum.

47 Sed ego teneo, quod non eſt neceſſaria deſcriptio pro forma, nec de iure communi,nec in Regno,ad finem,vt poſſint dici bona delata Fiſco quæſita,ſed quod ſufficiat captura poſſeſſionis nomine Fiſci,& ex tunc bona dicãtur quæſita,in tantum, quod reſpectu iſtorum bonorum, circa præſcriptionem ſit tractandum de bonis quæſitis, & non quærẽdis;quoniam licet ex [l.ſi vacantia,& ex l. ſi quando, C. de bon. vocant.] colligeretur ordo deſcriptionis poſt adeptam poſſeſſionem in libro bonorum fiſcalium,hoc eſt inductum ad maiorem cautelam fiſci, vt ſciatur patrimonium fiſcale, nec poſſit ita de facili occupari,non autem vt res ante deſcriptionem, poſt tamen adeptam poſſeſſionem nomine Fiſci, non dicatur Fiſco, & Regi quæſita.Principes legem in hoc condendo reſpexerunt ad duo, ſcilicet ad intereſſe ſubditorum, & ad eorum maiorem cautelam, dum voluerunt emanari banna, & audiri prætendentes ex iure in bonis delatis, antequam adipiſcatur poſſeſſio, vt in d.l.ſi vacantia, voluerunt prouidere ſubditis, nè poſt adeptam poſ-

poſſeſſionem cogerentur cum Fiſco litigare,& ſic ſumptibus,& laboribus grauarētur, quod hodie malè ſeruatur, quia ſtatim apprehenditur poſſeſſio, & ius prætendentes poſtea audiuntur.

Dum verò voluit fieri inuentarium, & capi poſſeſſionem, præcedente Principis mandato, & deſcriptionem, ſi hoc illa iura dicunt,hoc non fuit introductũ, vt Fiſco in præſcriptione præiudicaretur circa tempus.

Incorporatio ergo in Fiſcum fit per capturam poſſeſſionis,nomine Fiſci, & iſta eſt occupatio bonorum, de qua loquitur [tex. in d.l.ſi vacantia] & non obſcurè hoc voluit [Luc. de Penn. in rubr.C.de bon.vacant.] dum dicit,quod poſt deuolutionem iuris eſt neceſſarium factum, quo Fiſcus poſſeſſionem realiter aſſequatur, ideo in rubric. dicitur de bon. vacantibus, & de incorporatione,& vnus modus eſt ſecundum eum per impreſſionem titulorum, ſeu ſignorum imperialium; procedit hoc in rebus corporalibus, in quibus cadit actus capturæ poſſeſsionis, quia
48 in nominibus debitorum [tex. in l. fiſcus, la ſeconda. ff. de iur. fiſc.] voluit,vt nomina debitorũ Fiſco delata haberent priuilegiũ Fiſci in tacita hypotheca, & reputarentur nomina debitorum fiſcalia, quando ſunt relata inter nomina debitorum Fiſci, & ſic videtur, quod requiratur deſcriptio in libro Fiſci per illum textum, vnde etiam colligitur, quod illo tempore fiebat liber, vt ſupra dixi, & [Angel. in d. l.ſi vacantia, num. 7.] ſimpliciter dicit, quod fit deſcriptio inter nomina fiſcalia, & iſto modo fit incorporatio, non faciens differentiam inter incorporationem rerum incorporalium,& nomen debitorum,nec ponderauit [tex. in d.l.fiſcus] qui eſt ſingularis ad hoc.

Ego autem dico, quod ſine deſcriptione, & ſine captura poſſesſionis, quæ non cadit in nominibus, poteſt fieri incorporatio,ſi aliunde cõſtat, quod Fiſcus poſt nomen delatum, & ſic quæſitum voluerit perfectè acquirere,& reputauerit illud tanquam nomen fiſcale, puta ſi de ordine iudicis Fiſci in Regno,inſtante Fiſco,eſſet mandatum debitori,vt Fiſco ſolueret, vel eſſet commiſſa exactio iſtius nominis per Regiam Cameram, Regio generali Theſaurario, ſeu alijs exactoribus pecuniarũ Fiſcalium, maximè quia iſtæ ordinationes in Regia Camera regiſtrantur; Et ita concludo, quod poſt adeptam poſſeſsionem bonorum delatorum, non poteſt tractari de præſcribendo illa, vt feudalia per triginta annos, ſed eſt obſeruandum id, quod ſupra dixi,reſpectu aliorum bonorum fiſca-

fiſcalium perfectè quæſitorum.

49 Si quis autem bona Fiſco delata antequam ſit capta poſſeſſio per Fiſcum, inciperet poſſidere, vt feudalia, & continuare poſſeſſionem ſpatio triginta annorum, tenerem quod præſcriberet aduerſus Fiſcum, quia tùnc tractaretur cum Fiſco circa præſcriptionem, ſicut in bonis quærendis, & non quæſitis, quia ſi attendimus id, quod Doctores dicunt circa incorporationem in Eccleſiã, quorum omnia dicta, & opiniones plenè cumulaui in d.cap.1.de his qui feud.dar.poſſ. Nullus dicit quod ſit incorporatio ante captam poſſeſſionem: ſed dubium eſt, ſi aliud vltra capturam poſſeſſionis, requiritur, in quo variæ ſunt opiniones. Si attẽdimus, quod dicitur in Fiſco, nequaquam aliquis audet dicere quod ſit facta incorporatio ante adeptam poſſeſſionem. Limitatur hęc cõcluſio quod nõ procedat in crimine leſæ Maieſtatis, in filijs, & deſcendentibus rebellium; quoniam iſti, ſi tenerent per hoc tempus bona ſuorum aſcendentium deuoluta Fiſco, vt feudalia, per triginta annos, licèt Fiſcus nondum adeptus fuerit poſſeſſionem, non præſcriberẽt aduerſus Fiſcum, nec ex iſto tem pore, formaretur hoc feudum ex præſcriptione per cap. Regni, bona proditorum, vbi fit differentia inter filios, & deſcendentes rebellium, & alios in præſcribendo contra Fiſcum ante adeptionem poſſeſſionis.

Quid autem ſi Fiſco, deferuntur bona feudalia, vel emphiteotica in quibus Rex, & eius Fiſcus habet directum dominium, &
50 proinde vtile dominium eſset reconſolidatum directo ſecundum [Iſer. in cap.1.§. ſi vaſsallus col.3.verſ.ex præmiſsis ſi de feu. defunct.milit.& in cap.1. col.1. circa medium verſ. idem attẽde de contr. inter vaſsall. & alium, & alibi per ipſum, & alios;] an etiam iſta præſcribantur, ex poſſeſſione triginta annorum, antequam Fiſcus adeptus fuerit poſſeſſionem, vel potiùs propter vim conſolidationis, non ſit ne-
51 ceſsaria approbatio poſseſsionis. Iſtam quæſtionem pleniſſimè tractat gloſ. in conſtit. Regni, ſi dubitatio, & concludit, quod ad finem, vt dicantur res perfectè Fiſco quæſitæ, & incorporatæ, & proindè currat præſcriptio contra Fiſcum, ſicut in quęſitis, requiritur apprehenſio poſſeſſionis, aliàs præſcribitur, ſicut in quærendis, quæ gloſ. probat etiam, quod ſupra dicebã, quod ſufficit captura poſseſsionis ad finem incorporandi, & non requiritur deſcriptio. Opinionem iſtius gloſ. nemo ex Doctoribus Regni impugnare audet. Ego verò, aliàs inquirendo veritatem
52 in articulo, inueni [Io.Fab. in §.

res

res Fiſci Inſtit. de vſucapio.] quē nemo ex Fiſcalibus viderat dicentem, quod in his, quæ Fiſco deferuntur, ſi ſunt feudalia, vel emphiteotica Fiſci; non procedit prçſcriptio viginti annorum, & quod iura antiqua, quæ induxerunt præſcriptionem iſtam in quærendis contra Fiſcum, non præuiderunt hunc caſum, cum feudalia eſſent incognita; ſed non obſtante hac deciſione; conſulendo ſequutus ſum gloſ. quia verè [tex.in cap.fi 1. de præſcript. in 6.in quo ſe fundat Io.Fab.]loquitur in rebus feudalibus, aut alijs,quæ tenentur ab Eccleſia Romana, vel alijs Eccleſijs.

53 Nunc autem nouiter in hoc articulo occurrit noua, & admirabilis conſideratio ad probandum, quod in feudalibus Fiſco deuolutis,ex linea finita,aut quia feudatarius non ſeruauit contenta in iuramento fidelitatis, vt eſt quando committit crimen leſæ Maieſtatis, nō excluditur Fiſcus, ex præſcriptione viginti annorū.

54 Quoniam [tex. in l.in omnibus ff.de diuerſ. & temporalib. præſcript.] vbi dicitur, quòd contra Fiſcum procedit præſcriptio viginti annorum, intelligitur in quærendis,non procedit, niſi reſpectu bonorum delatorum Fiſco, ex varijs cauſis, & in his bonis, quæ deferuntur Fiſco iure ſingulari, vt ſunt bona vacantia male quæſita,& quando propter delictum, & in iſtis bonis tantum,in quibus Fiſcus venit iure ſingulari, vt Fiſcus, non in his in quibus venit, vt quilibet, vt puta ſi Rex,vel Fiſcus, eſſet inſtitutus hæres, aut eſſet ei relictum legatum, aut facta donatio, nam actio, quæ hoc caſu Fiſco competit, non tollitur viginti annis, ſed durat annis quadraginta, & in illis habet locum [tex.in l.omnes C. de præſcriptione trigint. vel quadraginta annorum.Ita tenet gloſ. bene ponderata in d. l. in omnibus; ſed melius, & apertiſſimè Petrus de bella pertica in l.fin. C. de Sacroſanct.Eccleſ. colum. fin. quem ibi ſequitur Cyn.num.1.] Si ergò præſcriptio viginti annorum contra Fiſcum, reſtringitur ad bona delata in Fiſcum, vt Fiſcum,iure ſingulari tantum; feudum cum deuoluitur Fiſco, non deuoluitur Fiſco iure ſingulari, ſed tanquam cuilibet, quia vel fiat deuolutio per lineam finitam, vel ex delicto contra Dominum,aut aliter,ſemper venit ex pacto, aut expreſſo, aut tacito comprehenſo in inueſtitura, & venit ad Fiſcum tanquam ad quemlibet, quia non minùs feudum deuoluitur, & finitur reſpectu Regis, qui habet Fiſcum, quam reſpectu alterius, qui non haberet Fiſcum, & cum Domino aperitur, ex infidelitate feudatarij, dicitur purificata conditio reſolutiua, ſub qua feudum

55 dum fuit conceſſum. Nam ab initio pactum tacitum cenſetur appoſitum in traditione feudi, ſi inueſtitus,& deſcendentes erunt fideles, vt benè poſt alios explicat [Curt.in tract.feud. in 5.par. princ.in princ.] dum tractat articulum ſi delictum vnius agnati præiudicet alijs in feudo anti-
56 quo. Et propterea ex hoc, quod non cōſideràuit nec Gloſſator in d. conſtit. ſi dubitatio, nec Io. Fab. in d. §. res Fiſci, qui inuicē ſibi contradicunt, & vnus non vidit aliū. Teneo opinionē, quod à vendicatione feudorum deuolutorum ſecundum leges feudales, aut Regni, non excludatur Fiſcus, poſt viginti annos, licèt nondum adeptus fuerit poſſeſſionem, ſed requiratur tempus, quod requiritur ſecundum conſtit. Regni quadrigenalem, quia tractatur de præſcribendo contra Fiſcum actionem, ex proprio contractu quæſitā, ſub conditione tamē, & tempus præſcriptionis non currit, niſi poſt purifica-
57 tam conditionem, vt [in l.cum notiſſimè §. illud C. de præſcriptio. trigint. vel quadragin. annorum] non autem de præſcribendis his, quę deferuntur Fiſco, vt Fiſco iure ſingulari, vt dixi.

Succeſſiuè poſtquam tractamus de viribus iſtius capituli in Regno, & vidimus quomodo procedat contra Fiſcum, tam in quæſitis quam in quærendis; Videamus quomodo poſſit procedere contra Comites, & Barones, & alios feudatarios. Loquor
58 non quando feudo iam formato ſub Rege vnus feudatarius tractat de præſcribendo contra alium; ſed quando quis vult præſcribere in feudum rem aliquam ſub Comite, vel Barone. In quo aduertatis, quòd aut tractatur de præſcribendo in feudum rem aliquam allodialem Baronis, quæ non ſit de feudo; & hæc quæſtio pendet principaliter ab illa, an Barones in Regno hodie poſſint in feudare burgēſatica, & ſic mutare naturam rerum; quam quæſtionē latè examinaui in [d. cap. 1. de his, qui
59 feu dar. poſſ.] & firmaui, quod æquior ſit opinio negatiua, quod non poſſit fieri infeudatio burgenſaticorum.

Ideo hic teneo, quod nō pręſcribatur triginta annis, vt in hoc tex. quia ex hac poſſeſſione rei, vt feudalis, vterque præſcribit, tā ille, qui poſſidet, vt vaſſallus, quā ille, qui poſſidet, vt dominus, nec poteſt ſeparari præſcriptio vnius à præſcriptione alterius, quia ſunt correlatiua: ita quòd cum ponimus vaſſallum, ponimus dominum, & quia hoc caſu, præſcriptio tendit in præiudiciū Regis, & Fiſci, quia acquirit ſibi vaſſallum, ratione feudi, & exercitium iuriſdictionis, quam non habet, nec poteſt habere ſine Re-

gis

dũ ſub Barone nomine Baronię, & ſic non immediatè ſub Rege, nec mediatè, niſi quatenus eſt Dominus directus Baroniæ, ſub qua eſt hoc feudũ excadentiale, & ideò teneo, ꝙ procedat hoc caſu præſcriptio triginta annorum, & hoc ſit, ſicut ſi Baro impetraſſet licentiam generalem à Rege infeudandi cuilibet territoria ſuæ Baroniæ, quod datur pro cautela, ſcilicet vt impetretur aſ-
63 ſenſus generalis ſecundũ [Iſer.in c.Imperiale nu 4. de prohib.feu. alienatio. per Feder.] Regis tunc non intereſt, poſtquã præbuit licentiã infeudandi, & ſolum tractatur de præiudicio Baronis ſegregato à pręiudicio Regis Et ſic ſimul vtrumq; decido, vt tã contra Barones habẽtes licentiã infeudãdi, ex cõſuetudine præſcripta cẽtũ annorũ cõtra Regẽ, quã
64 habentes licentiã, & aſſenſũ generalẽ concedendi præſcribatur ſpatio 30.annorũ, & ꝓcedat hic tex. Et idẽ dicendũ eſt qñ agitur de pręſcribendis ſterilibus Baroniæ, ſi fuerint poſſeſſa, vt feudalia ſub modica portione fructuum; poſtquã in illis habent Barones licentiã concedendi a Rege, vt in regiſtro Imperatoris Federici, de quo per [Iſer.in c.1.in fine, an ille, qui interfe. fra. Domini ſui cũ alijs] Vnde in iſtis tribus caſibus, cõtra Barones eſſent tuti poſſeſſores triginta annorum.
65 Sed maior dubitatio eſt, an iſta pręſcriptio, deuoluta Baronia noceat Regi. Iſta quęſtio videtur poſſe decidi prima fronte, ex eo, quod dicit gloſ.& Iſer.in conſtit. Regni ſi dubitatio, & apertius Iſer.in conſtit. Regni cõſuetudinẽ verſ.intelligitur, & in conſtit. Regni quadrigenalẽ, quod licèt vnus feudatarius præſcribat contra aliũ feudũ integrum habens ſeruitiũ deſignatũ ſm̃ terminos dictæ conſt. Regni, cõſuetudinẽ, nõ tamen nocebit Fiſco agenti, poſt deuolutionẽ feudi, ex perſona eius, cõtra quẽ eſt præſcriptũ: bene verũ nocebit illo viuente, quia ſi Fiſcus ageret ratione nudæ proprietatis viuente feudatario, contra quẽ eſt præſcriptum, repelleretur, ſed eſt q̃ſtio diuerſa in effectu, quia ibi feudatarius cõtra quẽ eſt præſcriptũ nõ habebat licentiã alienãdi, prout in caſibus de quibus agitur. Itẽ ibi tractatur de præſcribẽdo feudo formato, hic de præſcribẽdo feudo de nouo formando poſt deuolutionẽ, qñ ſumus ĩ excadẽtialibus, vel citrà deuolutionẽ ĩ rebus ſterilibus, vbi ꝓcedit licentia legis, aut ĩ alijs, vbi ꝓcedit licẽtia hoĩs.
66 Hæc q̃ſtio propriè pẽdet ab illa, vtrũ ſi fiat infeudatio, an rẽſoluto iure infeudantis, reſoluatur infeudatio, & ſic ius infeudati, q̃ quęſt. examinaui in c.1.§. ſed & res p quos fiat inueſt. ſed nõ explicaui hoc, & nunc addo ad ibi dicta, ꝙ ſine dubio non reſoluitur

Et q̃ dixi dũ quis tractat de formãdo feudũ mediãte pſcriptione ex re alterius tenendo illã à Domino, vt feudalẽ, eadẽ dicta eſſe dicãtur dũ agitur de formãdo feudũ mediãte pſcriptione, ex re ꝓpria illius, qui recognoſcit illã ab alio, & ita tractat ſimul de trãsferẽdo, ex pręſcriptione in illũ directũ dominium, & de mutando naturam rei propriæ, ex conuerſione de allodio in feudũ.

73 Limitantur, tamẽ notabiliter præmiſſa, vt non procedant, ſi cõpleta præſcriptione, Rex in Regno, ad quẽ ſpectat, aut alius extra Regnũ in cuius iuriſdictione res eſt, ſi ad ipsũ ſpectat mutare naturã rei de burgenſatica in feudalẽ, cõſentiret, & ratificaret iſtã legalẽ alienationẽ, quę ex pręſcriptione cauſatur, quia ſicut ſi per expreſsã cõuentionem eſſet hoc actũ, potuiſſet cõfirmari, & ratificari per aſſensũ ſubſequentẽ, vt dicitur ĩ feudi alienatione, ſuper

74 qua poteſt aſſenſus ſubſequi; ita etiã cũ ſit actũ per præſcriptionẽ, quæ eſt legalis alienatio.

75 Sed hic incidit pulchra q̃ſtio, an teneat ſaltẽ præſcriptio in pręiudiciũ illius, cõtra quẽ eſt pſcriptũ. In hac quęſtione breuiter eſt aduertẽdũ, ꝙ aut tractatur, ꝙ res remaneat allodialis penes pręſcribẽtẽ, & ſic de retinẽdo directo dominio rei, vt emphyteoticæ, q̃n quis rẽ propriã recognouit ab alio, vt feudalẽ, & tũc eſt dicẽdũ, ꝙ præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione [c. ſine poſſeſſione de reg. iur. ĩ 6.] & eatenus pręſcribi-

76 tur quatenus poſſidetur [Bar. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto ff. de itin. actuq; priuat.] Vnde ſi poſſedit rẽ, vt feudalẽ, nõ põt præſcribere, vt burgenſaticã; & ſic dum quis recognouit rẽ aliq̃ ab alio, vt feudalẽ, nõ põt acquirere dominiũ directũ rei, vt emphyteoticæ, quia in vtroq; caſu egreditur mẽſurã poſſeſſionis; Aut tractatur de retinẽdo rẽ, vt feudalẽ in præiudiciũ ipſius, & tũc, quia inſeparabilis eſt cauſa illius priuati, cõtra quẽ tractatur de præſcribẽdo, à cauſa Regis. Ideo dicẽdũ eſt, vt nec ipſi noceat, quia q̃n quædã ſũt inſeparabilia, vtile vitiatur per inutile, & vna & eadẽ res nõ debet directo iure cẽſeri.

77 Faciatis ergo, cõcludẽdo materiã iſtius c. 1. regulã, ꝙ feudũ formatur mediãte pſcriptione rei, vt feudalis per triginta annos, vt hic in tex. quã regulã ampliate, primo, vt procedat in Regno, reſpectu bonorũ nõdũ Fiſco quæſitorũ, mediante incorporatione per capturã poſſeſsionis. Secũdò, ampliatur procedere, ẽt quoad Barones Regni, in tribus caſibus. Primo, in rebus excadẽtialibus. Secũdo, in ſterilibus, vt reducãtur ad culturã. Tertio, quando Barones habẽt licentiam generalem à Rege in feudandi.

Limitatur hæc regula primo, vt non procedat in Regno, quo-

multa tranſeunt in Cōſilio eōdē articulo, non plenè ab omnibus diſcuſſo; quod fecit me abſtinere à colligendo deciſiones factas in Cōſilio in cauſis determinatis tempore meo, etiam quia ego meam potius quam Conſilij opinionem ſcripſiſſem in articulis emergentibus, in deciſionibus cauſarum, cum pluribus inciden tibus articulis iuris, in deciſione vnius cauſæ à communiter accidētibus, videlicet maior pars Dominorū de Conſilio inclinent in fauorem vnius, ex partibus, & faciat ſententiam, tamen iſti non ſunt in articulis iuris concordes, & vnus, ex vna cauſa, alter, ex alia mouetur: igitur in articulo, ſi requirebatur poſſeſſio immemorialis, non inueni, quod Doctores promiſcuè tractent, tam de Baronibus, & alijs dominis temporalibus, quam de prælatis exigentibus à Vaſſallis, & ſubditis ſuis, & ad quæ de iure non tenentur, & promiſcuè tam de ſeruitijs, quam de collectis annuis præſtationibus, & alijs ſi ad finē, vt perfectè ius quæratur Baronibus, aut prælatis mediantè præſcriptione requiratur poſſeſſio, cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, vel alia minor poſſeſſio, in quo [Innocen. in cap. ſi diligen. nu. 5. de præſcript.] loquens in prælatis ſi vtantur aliquo iure extraordinario, ſcilicet collectis, requirit præſcriptionē, cuius non extat memoria, quia præſumitur ſubditos potius ex timore ſeruilia grauamina præſtitiſſe, quam ex debito. ſequitur [Hoſt. ibi colum. fin. in princ. iterum Inn. in cap. de quar. eod. tit. de præſcrip.] dicit, quod ſeruitia extraordinaria, quæ ab alijs recipiunt, non præſcribuntur, niſi tanto tempore, cuius non extat memoria: ſequitur [Hoſt. ibi colum. 11. in princ. Abb. in cap. ſi dilig. nu. 20. tenet idem, quod Inn. Ioannes And. in cap. qui latenter de reg. iur.] dicit quod ſi Domini, vel prælati allegant ſeruitia percepiſſe à tempore, cuius non extat memoria, eſt attendēdum, an gratis, & quietè, & pacificè hoc perceperint, & habuerint, & tunc videtur pro illis ſententiandum: an verò clam, violenter, & illicitè, & tūnc ſententietur contra illos. In dubio autē videtur iudicandum ſecundum cum pro ſubditis, quaſi præſumātur inuiti hoc præſtitiſſe: quia, & ſi pignora capiantur, vel redimātur, vel ſubditi probabiliter timeant, & vexationem ſuam redimant, per talem præſtationem ius non acquiritur, allegat poſtea pro domino in arg. [text. in c. 1. de don.] & ſic Ioannes And. hic videtur aſſentire, quod domini non acquirunt contra ſubditos ius, etiam ſi à tempore, cuius nō extat memoria, perceperint, etiā ſtantibus prohibitionibus, & in

dubio niſi pacificè,& quietè perceperint Abb. ibi loquitur inter Prælatum, & ſubditum, & dicit, quod quando allegatur per Prælatum conſuetudo in ſeruitio recepto de quo non eſt memoria, quod aut probatur ſeruitium ſponte præſtitum, & valet conſuetudo, aut probatur, quod per vim, & tunc non valet, in dubio verò eſt præſumendum pro ſubditis, & Andr. Barb. ibi dicit, quod ille tex. eſt expreſſe contra Ciuitates, & Dominos tam Eccleſiaſticos, quam temporales, qui conſueuerunt occupare loca tallias, & exactiones, & annua ſeruitia extorquere, pro quo allegat iura concordantia, & refert ad litteram verba Io. Andreæ [Guid.Pap.in cõſ.1.n.14.& 15.] loquens in Barone, & collecta; tenet nõ ſufficere poſſeſſionem triginta, aut quadraginta annorum, ſed requirit tempus immemoriale, facit ad præmiſſa hic quod dicit [Io.Andr. in ca.1. de præſcript. in 6.] quo Baro præſumitur in debita ſeruitia à Vaſſallis per metum extorſiſſe ſequitur [Bal.in tit. de pac.coſt.in ver. pact.Guliel. Ben. in cap. Raynutius in verbo con. nu.64. de teſt. Alex.in ad.ad. Bar. in l.1.§. quæ honor.ff.quarum rer. actio non datur, inde dicebat Bal. in cap.1. in princ. qualiter iurarě debeat] Vaſſallus Domino fidelitatem, quod noua iuramenta contra antiquam conſuetudinem præſumuntur à Vaſſallis extorta, ſequitur hoc dictum [Bal. Aret.in conſ.24.colum.in fin.Iaſ.in l.qui iur.in princ.ff. qui ſatiſd. cogant, & idem Aret.in conſ.14.col.11. ver.metus] dicit quod ſicut præſtatio ſeruitiorum in debitorum præſumitur à Dominis per metum extorta, idem facta; & iuramenta in ſolita ab eo qui habet poteſtatem cogendi, eiuſdem opinionis eſt [Bar. in conſ. 49. num.11.vol.3. Rip. in reſp. 98. lib.1. & reſp.99. num. 4. dicens quod eſt vera, & communis Doctorum ſententia Mar. Ant. H. conſ.106.nu.12. vol.1. & Guid. Pap. in conſ. 65. num. 4.] dicit quod Baro exigens pedagia, aut vectigalia à Vaſſallis, aut aliud ius, maximè quando exequitur contra illos, præſumitur extorſio, & violentia, vel clandeſtinitas; quo caſu conſuetudo, vel præſcriptio etiam longiſſima non ſufficeret, quia eſſet irrationabilis, & inductiua peccati.

ADDI-

ADDITIO AD REPETITIONEM

§. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. conten.

EDITA PER FVLVIVM LANARIVM Auctoris Nepotem.

CVM NONNVLLIS NOVIS QVAESTIONIBVS, & deciſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio cap. ſi quis per triginta ſi de feudo defuncti militis, an procedat contra Fiſcum in Regno, & num. 9. Camerarij opinio recenſetur.*

2 *Diſcrimen quodnam ſit, an quis innitatur poſſeßioni legitimo tempore præſcriptæ, vel donationi, ſiue inueſtitura per legitimum tempus à lege præſumpta, latè diſcutitur.*

3 *Contractus, qui ſui natura exigunt aliquam annuam præſtationem, vel ſeruitium, præſumuntur præceſſiſſe ex poſſeſſione triginta annorum, qui verò de ſui natura annuum ſeruitium, vel præſtationem non exigunt, ex ſolo temporis curſu non præſumuntur, & num. 7.*

4 *Textus in cap. ſi quis per triginta, aſſerit inueſtituram præſumi, non tantum ex poſſeßione tricennali, ſed ex præſtatione ſeruitij.*

5 *Solutio diuturna alicuius annuæ præſtationis probat contractum allegatum præceſſiſſe.*

6 *Feudum rectum ob ſeruitia Domino per longiſſimum tempus à Vaſſallo præſtita, præſumitur ipſo facto conſtitutum.*

8 *Inueſtitura præſumpta, ex tribus cauſatur, & quæ illa ſint.*

10 *Inueſtitura præſumpta, an hodie poſſit practicari.*

11 *Fides negatiua contra præſumptionem tituli, quæ naſcitur ex longæuo tempore admittitur.*

12 *Camerarij opinio ab Auctore declaratur, & nu. 13. 14.*

15 *Inueſtituram, & conceſſionem eſſe factam vbi allegatur, & interuenit poſſeſſio triginta annorum, cum præſtatione ſeruitij huiuſmodi actus ſunt loco inueſtituræ, & conceſſionis.*

16 *Scientia Regis, vbi requiritur, ſufficit ſcientia officialium ipſius, qui curam habent ſui patrimonij.*

17 *Cap. ſi quis per 30. an requirat ſcientiam, & præſentiam Domini.*

18 *Diſcrimen recenſetur inter cap. ſi quis per 30. cap. 1. de conſuetudi recti feudi, & cap. 1. §. fin. de controuerſ. inueſtitura.*

19 *Probatio per inſpectionem libri, contra præſcriptionem immemorabilem non admittitur.*

20 *Probatio negatiua per inſpectionem quinternionum in inueſtitura præſumpta in cap. ſi quis per 30. non admittitur.*

21 *Poſſidens per 30. annos bona fiſco delata, vel aperta per lineam finitam, ſeu delictum ante incorporationem vti feudalia, emphyteotica, vel cenſualia, præſtando ſeruitium feudale, vel ſoluendo cenſum, an ſit ſecurus, ſi conueniatur à Fiſco, latè diſcutitur. nu. 24. & limitatur num. 25.*

22 *Incorporatio tunc dicitur facta Fiſco, vbi capta eſt poſſeſſio rei, nomine Fiſci, & deſcripta eſt in libro patrimonij, quod vltimum non omnes admittunt, quando adeſt corporalis poſſeſſio.*

23 *Corporalis poſſeſſio vbi non requiritur, puta in nominibus debitorum, ſufficit mandatum, vt ſoluant Fiſco.*

26 *Bona conceſſa à Fiſco in feudum, vel emphyteuſim, ſi fuerint aperta Fiſco per lineam finitam, vel aliter, & ſic illud dominium vtile fuerit conſolidatum cum directo, an ratione iſtius conſolidationis in eis requiratur centenaria, vel ſufficiant minores præſcriptiones contra Fiſcum.*

27 *Præſcriptio centum annorum, & præſcriptio inueſtituræ non prodeſt illi, qui ad maiorem cautelam præter poſſeſſionem triginta annorum cum præſtatione ſeruitij, vel centenariam produxerit ſcripturam tituli nulli.*

28 *Aduocati cauti in Regno allegant titulum, & illum probant per poſſeſſionem, ſed non producunt.*

29 *Diſpoſitio cap. ſi quis per triginta, an habeat locum contra Comites, & Barones in Regno, & Auctoris affertur diſtinctio, num. 31. 33 34. 35. 37. 40.*

30 *Comites, Barones, vel alij feudatarij in Regno, non poſſunt de nouo erigere feudum, nec de bonis demanialibus ſui feudi, nec de bonis ſuis allodialibus, & nu. 32. 36.*

38 *Communio, ſi ſit contracta inter duo caſtra, vel Ciuitates ſuper aqua, herbis, paſcuis, & lignis, & in tali communione vixerunt per 30. 40. vel 80. annos, an ex hac longiſſima poſſeſſione ſit ius quæſitum ſuper illa communione, à qua non poſſit recedi contradicente altera parte.*

39 *Ducens aquam à flumine, quod eſt de demanio feudi pro conſtructione molendini, vel alijs per 30. 40. 60. vel 80. annos non iuuatur poſſeſſione tam longiſſimi temporis.*

41 *Baro, ſi bona excadentialia feudi, vel emphyteotica, ſiue reddititia feudo deuoluta ob lineam finitam, vel aliam iuſtam cauſam velit illa retinere in demanio, & vnire ſuæ Baroniæ, an poſſit in præiudicium conſanguineorũ eius, cui fuit facta prima conceſſio, qui petant eis illa reconcedi, latè diſtinguitur. & nu. 42.*

43 *Inueſtituræ præſumptæ, an perpetuò firmæ maneant, vel reſoluantur, quoties Baronia, vel comitatus aperiatur Regi, per lineam finitam, ſiue felloniam, & diſtinguitur nu. 44.*

45 *Feudatarius tenens feudum à Rege, ſi illud alienat abſque aſſenſu, vel ſi eſt impetratus aſſenſus; ſed ex conditionibus non adimpletis eſt reſolutus, & reuocans dictam alienationem per conſtitutionem, Diuæ Memoriæ, per 30. annos tacuerit, & poſtea petat feudum, an poſſeſſor poſſit ſe tueri præſcriptione triginta annorum nu. 46. 47. & 48.*

49 *Feudum ſi quis præſcribit contra priuatum per ſpatium triginta annorum, iuxta conſtitutionem Regni, incip. conſuetudinem, an talis præſcriptio noceat fiſco, vel agnatis, & Auctoris diſtinctio refertur nu. 50. & 51.*

52 *Fiſcus, Baro, vel Comes, vti præſcribat contra Vaſſallos nu. 53. 54. 55. vbi in*

duo

duo capita diuidit quæſtionem Auctor reſpectu Baronum, & nu.57.58.59. 60.61.62.63.64.

56 *Barones in Regno,ex priuilegio, vel ex vetuſta conſuetudine habent collectas S.Mariæ.*

65 *Confeſſio vaſſallorum,vel alicuius vniuerſitatis in inſtrumento ſe eſſe obligatos Baroni ad aliqua ſeruitia perſonalia iuxta antiquum ſolitũ,eis non nocet, nec per dicta verba probatur antiquum ſolitum.*

66 *Barones contra Vaſſallos ſi debent probare poſſeſſionem in præſcribendis ſeruitijs,& alijs iuribus centum annorũ, vel temporis, cuius initij non eſt memoria à quo tempore incipiat talis poſſeſſio, & currat præſcriptio: & latè diſſeritur,nu.67 68.*

69 *Vaſſalli ſi in iudicio ſe grauant de ſeruitijs, & iuribus nõ debitis contra eorum Barones,anlite pendente ſint ſeruandi immunes, vel Dominus ſit conſeruandus in ſua poſſeſſione exigendi dicta ſeruitia, nu.70.71.72.73.74. 75.76 77.*

78 *Vniuerſitas,vel Vaſſalli ſi agãt,actione confeſſoria, dicentes eis competere ius, vel ſeruitutem paſcendi, aquandi,& lignandi ratione communionis, cum Regio aſſenſu, quem allegant,ſed non exhibent, vel ſi Baro agat negatoria illis non competere tale ius, lite hac pendente, an Vniuerſitas ſit manutenenda in dicta poſſeſſione, vel potius debeat interponi decretum, quod ſe abſtineat ab vſu dictæ ſeruitutis,& hac quæſtio latè diſcutitur,nu.79.80. 82.83.84 85.*

81 *Poſſeſſio iuuata titulo vero non ſolum operatur,vt quis,lite pendente, cõſeruetur in eius poſſeſſione, ſed etiam ſi eſt iuuata titulo à lege præſcripto.*

86 *Diſpoſitio S.C.Tridentini circa præſcriptionem iuris patronatus affertur.*

Circa materiam huius Capituli, in qua agitur de præſcriptione in feudis,in qua DD. non minus doctè, quã latiſſimè ſcripſerunt, vt eſt videre in doctiſſimo [Præſide S.C. Camillo de Curte in ſuo diuerſorio iuris feudalis, fol.mihi 69.à num. 15. vſque ad finem illius capituli,& Bambac. in hoc cap. cum alijs citatis per Illuſt.Marchionem, & Regẽtem Tapiam dec.Italiæ 2.nu.3. artic. num. 359.] Ego putaui aliqua pauca ſcribere, à Doctoribus nõ tacta,vel non appuratè,& diſtinctè dicta.

1 Et pro introductione, pono quæſtionem ſatis à Regnicolis ventilatam,an diſpoſitio præſentis cap. ſi quis per 30. habeat locum in Regno contra Fiſcum, vbi eſt conſtitutio, quæ incipit, quadrigenalem diſponentem, nullam præſcriptionem contra Fiſcum in publicis competere, niſi ſolam præſcriptionem centum annorum.

2 Et antequam ad eius reſolutionem deſcendam, pro fundamento eorum, quæ inferius dicturus ſum, prænoto longè differre,quod quis innitatur poſſeſſioni, legitimi temporis ſpatio præſcriptæ, vel quòd innitatur donationi,ſeu inueſtituræ per legiti-

quæ omnia requirunt annualem reſponſionem; hinc [Bald. in c. 1. de vſu Mediolanenſium, ſub num. 1. in fin.] dicit hæc verba.

6 Propter ſeruitia, quæ recepit Dominus a vaſſallo longiſsimo tempore, præſumitur ipſo facto, rectũ feudum conſtitutum, quaſi velit dicere Baldus, quod illa præſtatio ſeruitiorum, continuatis temporibus facta, ſit loco inueſtituræ, & conceſſionis.

7 Itaq; patet, quod illi contractus allegati, præſumãtur ex tricennali poſſeſſione, qui de ſui natura exigunt annuam præſtationem ſeruitij, vel cenſus, cum præſtatione dicti ſeruitij, vel cenſus, adeo, quod hæc duo ſimul concurrentia, operãtur præſumptionem, contractum feudalem, vel emphyteoticum præceſſiſſe; ita [Cam. in d. cap. Imperialem fol. 8. lit. C, & D, vbi allegat Afflict. in deciſ. 324] vbi num. 5. dicit, ꝙ

8 præſumpta inueſtitura, ex tribus cauſatur, nempè ex poſſeſſione triginta annorum, ex præſtatione ſeruitij, & ex allegatione inueſtituræ factæ à Rege, per dictum [cap. ſi quis per 30. vide de Põte conſ. 97. Bambac. in d. c. nu. 12.]

Ex quibus reſoluta eſt quæſtio propoſita, nempe, vt capitulum ſi quis per 30. per quod præſumitur inueſtituram, ſeù conceſſionem feudi præceſſiſſe, ex poſſeſſione 30. annorum, cum præſtatione ſeruitij, allegata quoque conceſſione à Rege facta, procedat contra Fiſcum in Regno, non obſtante dicta conſtitutione, quadragenalem, quæ tantum loquitur, vbi quis innititur præſcriptioni cauſatæ, ex ſolo curſu temporis, non autem loquitur, nec locum ſibi vendicat, vbi quis innititur conceſſioni præſumptæ, ex poſſeſſione tricẽnali, cum præſtatione ſeruitij, vt ſupra fundatum eſt, ex Andrea, Afflict. Camer. & quam pluribus alijs, & in hac opinione reſidet [Bambac. in d. c. q. 10. per totũ, Hartem. Piſt. in tract. quæſt. q. 46 quaſi per totam] vbi infinitos allegat.

9 Camerarius tamen in allegato [cap. Imperialẽ, fol. 8. in 2. colum. verſ. illud tamen te latere nolo] docet cap. iſtud, ſi quis per 30. ex alio non procedere contra Regem, & eius Fiſcũ in Regno, quandoquidem iſti actus, nempe poſſeſſio tricennalis, præſtatio ſeruitij, & allegatio conceſſionis à Rege facta, quæ omnia cumulatiuè inducunt præſumptam inueſtituram, vt in tex. noſtro, debent fieri cum eo, qui de nouo poteſt facere inueſtituram veram: at quoniam Sereniſsimi Domini noſtri Reges ſunt abſentes à Regno, longiſsimo interuallo, & ſolummodo adſunt Illuſtriſsimi Domini Proreges, & Regia Camera, quæ habet curam Regij Patrimonij, qui cum

non

non poſſint facere nouas inueſtituras,ſed ſolummodo inueſtituras confirmatorias, & concedere aſſensũ alienationibus feudorum, ſeruata forma Regiæ pragmaticæ,vulgò dictȩ, nouem capitum, conſequens eſt, vt talis
10 prȩſumpta inueſtitura nullo modo poſſit practicari in Regno, à quo longe abſunt Reges,ne plus operetur fictio, quàm veritas, ſi enim Proreges veras inueſtituras nouas non poſſunt facere; ergo ex actibus cum eis factis non poteſt operari inueſtitura præſumpta.allegat [Alex. in conſi. 136. per tex.in l item veniunt, §.petitam,el ſecondo. ff.de pet. hæred. & in clem.cauſam,de electione, vide quæ latiſſimè,& cumulatiſſimè pro hac opinione adducit Bambac.vbi ſupra, à nu. 71. vſq; ad nu.74.qui allegat Ann. ſingu. 194.qui teſtatur per Regiam Camerã deciſum, vt contra Fiſcum tricennalis non obſtet, ratione regalis abſentiȩ,& alibi per nonnullas rationes Ann.in cap.1. de vaſſ.decrep.ætat.nu.451. de qua opinione facit mẽtionem Conſiliarius de Ann.filius conſi.127. per totum] vbi latiſſimè more ſolito cumulat omnia.

Addit etiam Dominus Auctor hic, quod hæc præſumpta inueſtitura in Regno eſt impracticabilis, quia omnes inueſtituræ, & priuilegia conceſſionum feudorum notantur,& regiſtran-
11 tur in quinternionibus Regiæ Cameræ, vnde facta fide negatiua ad inſtantiam Fiſci,quod non reperitur inueſtitura,quæ allegatur, notata in quaternionibus Regiæ Cameræ, eſt facta probatio in contrarium,vt [de Franch. deciſ. . . .] quæ probatio admittitur contra iſtam præſumptionem tituli,quæ oritur ex tẽpore longæuo, allegat [Cinum in l. ſi certis annis, in 10. quæſt. C.de pact.& ibi Alberic.num.6. qui dicunt aduerſus prȩſumptionem tituli, cauſatã ex curſu 10. annorum, ſecundum terminos l. cum de in rem verſo.ff.de vſur.] admitti probationem, ex fide negatiua,qualiter non eſt notata in libro publico, vbi ex ſtilo, vel ſtatuto omnes contractus notantur,ita Dominus Auctor hic nu. 35. verſ. potuiſſet etiam, Camerarius: vide etiam adducta per [de Pont.lect.3.in fin.]

12 Ego tamen cauſa relinquendi anſam iunioribus, quia non grãdis,non eſt grandium cibus, animaduerto,quod [Alexand. in d. conſ.136.] cuius auctoritate mouetur Camerarius, loquitur de poſſeſſione vnius anni, cum prȩſtatione ſeruitij,vt loquuntur iura [in cap.1.de conſuet.rect.feudi,& in cap.1.§.ſi.de controuerſ. inueſtit.] vt hoc caſu iſti actus, nempè poſſesſio vnius anni,cum præſtatione ſeruitij debeant fieri,cum ipſo Domino præſente, & ſcien-

& ſciente, non autem cum ſuo procuratore, ad hoc, vt præſumatur inueſtitura, & fiat præiudicium ipſi Domino in iudicio poſſeſſorio.

13 Et propterea Camerarius, loco citato dixit, cap. ſi quis per triginta, & prædicta duo alia iura non eſſe correcta per l. imperialem, quæ ſubſtulit omnem præſcriptionem, quia prædicta tria capitula non ſe fundant in ſolo curſu temporis, ſed etiam in præſtatione ſeruitij; deinde quando aduertit, vt hi actus fiãt cum illo, qui poteſt facere verè nouam inueſtituram, & non cum ſuo Vicario, vel procuratore, qui non poſſunt facere nouas inueſtituras, non repetit, quod ſit correctum in Regno, cap. ſi quis per triginta, ſed ſolum de alijs duobus iuribus, nempè de [cap. 1. de conſuet. rect. feud. & de cap. 1. §. fin. de controuerſia inueſtituræ; dicit, vt eſt videre eum in d. cap. Imperialem, fol. 8. col. 2. verſic. illud tamen te Latere nolo.]

14 Et eſt ſumma ratio diuerſitatis, quia poſſeſſio tricennalis currit contra ignorantem, & contra abſentem [l. ſicut. C. de præſcr. 30. annorum, c. 1. §. porro, qualiter olim, vnde cap. ſi quis per 30.] vbi agitur de poſſeſſione 30. annorum, non facit mentionem de domino ſciente, vel præſente, prout fit in dictis [cap. 1. de conſuet. rect. feud. & cap. 1. §. fin. de controu. inueſt.]

15 Præterea iura feudalia voluerunt, quod quando allegatur inueſtituram, & conceſsionem eſſe factam, & interuenit poſſeſsio 30. annorum, cum præſtatione ſeruitij, vt hi actus ſint loco inueſtituræ, & cõceſsionis, quemadmodum iura ciuilia voluerũt, vt poſſeſsio temporis immemorabilis ſit loco priuilegij, & conſtituti; ita [Bald. in cap. 1. de vſu Mediolanenſium, num. 2.] vnde cum hi actus ſint loco inueſtituræ, nihil aliud quæri debet, quia omnia præſumuntur ſolemniter eſſe geſta, vt in proprijs terminis præſumptæ inueſtituræ, dicit [Paris de Puteo in tract. de feudor. reintegratione, cap. an ſi pro re, quàm à te vendico, num. 3. fol. mihi 84. à ter.]

16 Præterea, non poterit Procurator Fiſci allegare Regem eſſe abſentem, quoniam ſemper Fiſcus eſt præſens, ut notabiliter dicit [gloſ. in d. conſtit. quadrigenalem, maximè, quod in caſibus vbi requiritur ſcientia Domini Regis, ſufficit ſciẽtia officialium ipſius Regis, qui curam ſui Patrimonij gerunt, vt [Bart. in l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de publican. & eſt communis opinio, vt aduertit Aymon. Crau. de antiq. temporis 4. par. cap. abſolutis in 7. quæſt. & dicit Dominus Auctor hic nu. 35.]

Vv Et

Digitized by Google

17 Et quod in terminis d. cap. ſi quis per triginta, non requiratur ſcientia, & præſentia Domini, videtur de mente doctiſſimi [Camill. de Curte, in ſuo diuerſorio iuris feudalis cap. declarata igitur materia, num. 129. fol. mihi 34.] vbi dicit hæc verba. Iura feudalia, in quibus agitur de materia præſcriptionis, qua erigitur, & in eſſe deducitur de nouo feudum, ſunt tria, nempe cap. ſi quis per triginta de feu-
18 do defuncti militis, cap. 1. de conſuetudine recti feudi, & c. 1. §. fin. de controuerſia inueſtituræ, & ſubdit, inter quæ iura adeſt hæc differentia; nam per hæc duo vltima iura eſt diſpoſitum ad hoc, vt vaſſallus manuteneatur in poſſeſſione, tria requiri; primo, quod anno poſſideat; ſecundò, quod poſſederit Domino ſciente, & ſeruitium ab eo vti à vaſſallo recipiente; tertiò, quod vaſſallus iuret ſe inueſtitum, in cap. vero, ſi quis per triginta, eſt diſpoſitum, vt non tantum vaſſallus manuteneatur in poſſeſſione, ſed etiam, vt acquirat ius in feudo, & ſic, vt obtineat etiam in petitorio, ſi tamen tria probabit, nempe poſſeſſionem triginta annorum; ſecūdò, quod rem, vt feudum poſſederit præſtando inde ſeruitium; tertiò, quod alleget inueſtituram à Rege factam, & ſic non repetit de ſcientia, & præſentia Domini, nam iſti tres actus ſunt loco inueſtituræ, & omnia præſumuntur ſolemniter acta, vt Pariſ. loco ſupra citato; Non obſtat conſideratio, quod in Regno, omnes inueſtituræ, & conceſſiones feudorum notantur, & regiſtrantur in quinternionibus Regiæ Cameræ; vnde per inſpectionem quinternionum, probatur, quod inueſtitura, quæ allegatur, non eſt facta, ſi ibi non reperitur notata; nam reſpondetur, quod hoc non militat in caſu dicti capituli, ſi quis per triginta; nam iura feudalia volunt, vt illi actus ibi notati, ſint loco inueſtituræ, & conceſſionis,
19 quemadmodum non admittitur probatio, per inſpectionem libri, contra præſcriptionem immemorabilem; quia loco conſtituti, & priuilegij habetur [d. l. 3. §. ductus aquæ] eodem modo non admittitur dicta probatio
20 negatiua contra illos actus, quibus cauſatur inueſtitura, dum ſunt loco, & inſtar inueſtituræ, vt [Bald. in d. cap. 1. de vſu Mediolanenſium num. 2. Afflict. d. deciſ. 324. num. 5.] lex enim feudalis ſuper hoc figit pedes, dum ait, licet non habeat inueſtituram, tamen ſecurus erit, vt expreſsè dicit littera, cap. ſi quis per triginta; nam vt diximus, dictis actibus concurrentibus, omnia præſumuntur ſollemniter acta, vt [Pariſ. in dict.

dict. cap. an ſi pro re, quam à te vendico, num. 3. fol. 83. à terg.]

21 Subſequenter ponitur alia vtilis; & quotidiana quæſtio: pone quod bona ſunt delata Fiſco, per lineam finitam, vel delictum, iuxta terminos l. 1. ff. de iure Fiſci, & aliquis poſſedit aliquam rem ex dictis bonis Fiſco delatis, ſeu apertis, antequam incorporentur, per triginta annos, vti feudalem, vel vti emphyteoticam, ſeu cenſualem, præſtando inde ſeruitium feudale, vel cenſum, an ſi conueniatur à procuratore Fiſci; ſecurus erit prædicta præſcriptione triginta annorum, iuxta terminos noſtri cap. ſi quis per triginta.

Et hæc quæſtio eſt diuerſiſſima à prima, quia prima quæſtio loquitur de rebus Fiſco quæſitis, ideſt incorporatis, & in formam patrimonij ſub Procuratore Cæſaris redactis, vt [l. apud Iulianum §. fin. ff. de leg. 2.] circa quam incorporationem, quando dicatur facta, 22 ſcias vnum verbum, quod aliqui tenuerunt, vt tum dicatur facta incorporatio, quando capta eſt poſſeſſio illius rei, nomine Fiſci, & poſtmodum deſcripta eſt in libro patrimonij Regis, adeo, quod de neceſſitate dicunt requiri huiuſmodi deſcriptioné in libro, vt [l. 3. C. de bonis vacantibus lib. 10.] aliqui verò dicunt, & melius quod ſufficit ſi capta ſit corporalis poſſeſſio nomine Fiſci, licet poſtmodum non deſcribatur in libro patrimonij, & in rebus incorporali-
23 bus, vt in nominibus debitorum, vbi non cadit vera captura corporalis poſſeſſionis, ſufficit, quod ſit factum mandatum debitori, vt ſoluat Fiſco, vel eius exequutio ſit commiſſa officiali pecuniarum Fiſci, nam per hoc, illud nomen erit incorporatum Fiſco, licet non ſit deſcriptum in libro patrimonij, vt bene fundat hic Dominus Auctor, num. 40. vſque ad numerum 45.

24 His ſic breuiter narratis, ad quæſtionem propoſitam dico, quod poſſeſſor, curſu temporis triginta annorum, erit ſecurus contra Fiſcum, ſiue innitatur ſoli præſcriptioni, ſiue innitatur præſumptæ inueſtituræ; quoniã tam iura communia, quæ volunt, vt contra Fiſcum, competat ſola præſcriptio quadraginta annorum, vel ſexaginta, quam conſtitutiones Regni, quæ ſtatuerunt, vt ſola centenaria competat contra Fiſcũ, loquuntur in bonis Fiſco quæſitis, ideſt in bonis Fiſco incorporatis; in alijs vero bonis Fiſco delatis, ex varijs figuris cauſarum, & expreſſis [d. l. 1. ff.

l. 1. ff. de iure Fiſci, nondum incorporatis, currunt contra Fiſcum minores præſcriptiones, vt l. in omnibus ff. de diuerſis, & temporalibus præſcript. & ibi notatur; quæ minores præſcriptiones manent in ſua firmitate, nihilque in eis, per conſtitutiones Regni immutatum eſt, ita [gloſ. & Andr. de Iſern. in ſçpe dicta conſtit. quadragenalem, & Dominus Au-
25 thor hic, num. 49.] vbi limitat prædictam concluſionem in filijs, & alijs deſcendentibus rebellium, per cap. Regni, quod incipit, bona proditorum, vbi Rex Regni vult, quod ſi filij, vel alij deſcendentes rebellium tenuerint bona ſuorum anteceſſorum deuoluta Fiſco, ob rebellionem, per triginta annos, vti feudalia, vel quouis alio modo, licet Fiſcus, nunquam adeptus fuerit corporalem poſſeſſionem, non præſcribunt contra Fiſcum, quamuis ſi alij extranei tenuiſſent dicto tempore, præſcripſiſſent contra Fiſcum; ſequitur [Camillus de Curte d. cap. Declarata igitur materia, num. 149. fol. mihi 76.] ſecus in bonis hæreticorum; nam ſi eorum filij, vel alij deſcendentes Catholici illa tenent bona fide, per quadraginta annos ſunt tuti, etiam contra Romanam Eccleſiam [cap. fin. de præſcriptionibus in 6.]

26 Tertiò, alia congruè applicatur quæſtio: pone quod à Fiſco tenentur bona in feudum, vel in emphyteuſim, quæ poſtmodum aperiuntur Fiſco per lineam finitam, vel rebellionem, aliamuè iuſtam cauſam, & proinde illud vtile dominiũ, quod habebat feudatarius, vel emphyteota, ipſo iure eſt conſolidatum cum dominio directo, quod Dominus Rex habebat in eis, vt docet [Iſern. in cap. 1. §. ſi vaſſallus, colum. 3. verſ. ex præmiſſis, ſi de feudo defuncti militis] an propter vim dictæ conſolidationis, dicta bona cenſeantur quæſita, & Fiſco incorporata, & conſequenter in eis contra Fiſcum competat ſola centenaria, vel dicantur bona delata, & ſic quærenda, cum Regia Curia non cepit corporalem poſſeſſionem earum, nomine Fiſci, & conſequenter competant contra Fiſcum, in eis minores præſcriptiones, iuxta terminos d. l. in omnibus ff. de diuerſis, & temporalibus præſcript. hanc notabilem quæſtionem diſputat ad partes [gloſ. Marini de Caramanico in conſtitut. ſi dubitatio] & finaliter concludit dicta bona, cenſeri bona quęrenda, non quæſita, eo quia

non

Digitized by Google

non eſt capta corporalis poſſeſſio eorum nomine Fiſci, quę facti eſt, & proindè in eis competere præſcriptiones communes viginti, vel triginta annorum, iuxtà terminos in omnibus; non autem competere præſcriptiones in priuilegium Fiſci inductas, ſcilicet centenariam, per conſt. Regni, & 40. vel 50. annorum per iura cõmunia, & ita quoque concludit hic Dominus Author, num. 50. quicquid contrarium videatur innuere [Io. Faber in §. res Fiſci inſt. de vſu cap.]

27 Ad vnum tamen eſt ſummopere aduertendum in hac præſcriptione, quod ſiue quis innitatur præſumptæ inueſtituræ, eã probando per poſſeſſionem 30. annorum, cum præſtatione ſeruitij, ſiue innitatur ſoli præſcriptioni, probando poſſeſſionem centum annorum, vel immemorabilem contra Fiſcum, quod ſi ad maiorem cautelam, & ad coadiuuandam ſuam poſſeſſionem produxerit ſcripturam, vbi eſt titulus ſuæ conceſſionis, qui titulus omnino eſt nullus, adeo q neque præſtitit cauſam præſcribendi, tunc cum appareat de initio iniuſtæ poſſeſſionis, præſcriptio cẽtum annorum, & præſumptio inueſtituræ, ei non proſunt; quoniam vbi conſtat de vero, ibi titulus ex tempore non præſumitur; ad primordiũ enim tituli, poſterior formatur euẽtus l. 1. C. de lucratiua deſcript. lib. 10. ita Afflict. in d. cap. ſi quis per 30. ſequitur Camill. de Curt. in d. cap. declarata igitur materia num. 129. fol. mihi 75. Antonius de Butrio in c. peruenis de cenſ. Paris conſ. 27. nu. 119. & in conſ. 114. nu. 10. & conſ. 101. nu. 14. lib. 1. Hartaman. Piſtorius vbi ſup. q. 46. nu. 25.] vndè periti Regni dant cautelam, quod cau-
28 ti Aduocati allegent titulum, ſed illum nõ producant, ſed probant per poſſesſionem, iuxta terminos [l. ſi certis annis C. de Pact. Camer. in c. Imperialem nu. 8. litt. C, & Bambacar. in d. c. ſi quis per 30. nu. 6. & q. 2. nu. 23. Camill. de Medicis conſ. 104 ſub n. 25.] Succesſiuè, cõgruè reſtat videre, poſtquam agitur, an diſp. cap. ſi quis per 30. procedat in Regno, vt ſupra viſum eſt, quo modo obtineat ſibi locum contra Fiſcum, tam in rebus quæſi-
29 tis, quàm in rebus quærendis, an ſimiliter competat in eodem Regno contra Comites, & Barones; vndè formo ſic quęſtionem, pone quod aliquis per 30. annos posſideat rem alicuius Comitis, vel Baronis vti feudum, & ſeruitium ei præſtitit per curſum ſupradicti temporis, ſi deindè impetitur à Comite, vel Barone, vendicando illam rem vti ſuam, & vti membrum ſuæ Baroniæ, an hic poſſeſſor, qui non poteſt

oſtendere inueſtituram, & conceſſionem, poſſit ſe tueri diſpoſitione huius cap. ſi quis per 30. ſcilicet allegare conceſſionem, & illam probare per poſſeſſioné 30.annorum, cum præſtatione ſeruitij de qua per eundem Camill.de Medicis d.conſ.104.nu. 23.& 24.vbi ex And. videtur affirmatiuám partem tenere, ſed vt pãdatur difficultas huius quæſtionis, prænotandum eſt, quod
30 Comites,& Barones, & alij feudatarij in Regno,non poſſunt de nouo erigere feudum, nec de bonis demanialibus ſui feudi, nec de bonis ſuis allodialibus, ita [And. in cap.1.num.50.verſ. In Regno Siciliæ, de allodijs, & in cap.1.num.10.& 11. de controuerſia apud pares terminanda per conſt.Regni,quæ incipit cõſtit.Diuæ memoriæ,in fine.]

Licet iure communi feudorũ, omnes perſonæ enumeratæ in cap. 1. de his, qui feudum dare poſſunt, poſſint feudum de nouo erigere, tàm de rebus demanialibus ſui feudi, quàm de ſuis bonis allodialibus, vt And.locis citatis,aliæ verò perſonæ burgenſes nullo modo poſſunt erigere feudum de ſuis bonis allodialibus, etiam iure communi feudorum, niſi cum aſſenſu Regis, qui nouas conſtituit dignitates, prout vult, nam feudum inducit paradogium [c. ſi quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes,ita Andr.in d.cap.1. num.50. de allodijs.]

Si igitur Comites, & Barones in Regno non poſſunt facere nouas inueſtituras, & conceſsiones feudorum,nec de eorum allodio nec de rebus demanialibus eorũ Comitatus,& Baroniæ, ſecundũ veritatem, ergo neque ſecũdum præſumptionem d. cap. ſi quis per 30. ne maioris efficaciæ ſit præſumptio, quàm ipſa veritas; augetur difficultas; nam eodem in Regno, quãuis integrum feudũ, vel quarta pars eius, de quo certum,& prætaſſatum eſt ſeruitium,poſſit præſcribi per ſpatiũ 30.annorum, iuxta [conſt. conſuetudinum; tamen res particularis ipſius feudi, nullius temporis poſſeſsione poteſt præſcribi, ſiue poſſideatur vti libera, ſiue vti feudalis [d. conſt. conſuetudinem, §. cæterum] & ita fuiſſe iudicatum in Regia Camera refert [Camill.de Curt.in d. capit. declarata igitur materia, num. 144.fol.mihi 76. à ter. quamuis Lucas de Penna inſignis Doctor teneat contrarium, cuius opinio non fuit recepta, vt dicit idem Dominus de Curte loc. citato, num.105.]

Vnde patet, quod hic poſſeſſor,qui poſſedit per 30. annos rẽ particularem feudi alicuius Comitis, vel Baronis, vti feudũ ſub eodem Comite,vel Barone,præſtando ei ſeruitium, nullo modo erit

erit ſecurus, ſiue innitatur ſolæ præſcriptioni, non quia res particularis feudi nullius temporis poſſeſſione præſcribitur, ſiue innitatur præſumptæ inueſtituræ, neque quia cum Barones, & Comites non poſſint facere nouas inueſtituras feudorum, ſecundũ veritatem, conſequens eſt, vt nõ poſſit habere locum præſumpta, nè plus poſſit fictio, quàm ipſa veritas. Et nouiſſimè iudicatum comperitur per S.R.C. in cauſa Domini Ioſeph Galeota Principis Montisſaracij, mei clientuli, cum Nob. Morgione, de territorio feudali conceſſo Dominico Moretta per eius obitũ conceſſum eidem Morgione, potuiſſe, per ſucceſſorem in feudo, reintegrari ob inualiditatem tituli ſ. conceſſionis, & vniri cum feudo, & ſic non obſtante prætenſione conceſſionarij de ſpolio prætenſo, vt latius erit videre apud [Thorum in compẽdio deciſ. verb. vaſſallus exiſtens in poſſeſſione, par. 2.]

31 Ego tamen in hac difficili, & periculoſa quæſtione diſtinguo tres caſus; aut ſumus in rebus allodialibus, aut loquimur in rebus demanialibus feudi, aut de rebus excadentialibus, ideſt ſolitis concedi ipſius feudi, vt ſunt feuda plana, & de tabula, quæ à Barone tenentur, & ſunt ſolita concedi per Baronem.

Primo caſu, vbi quis poſſederit rem allodialem alicuius Comitis, vel Baronis, vti feudum ſub eodem Comite, & Barone præſtando ei ſeruitium, vt hoc caſu procedat diſpoſitio capituli ſi quis per 30. in Regno, ſcilicet, vt allegando conceſſionem, & illam probando per poſſeſſionẽ 30. annorum, cum præſtatione ſeruitij, ſit tutus, & præſumatur inueſtitura, ita eſt deciſio [And. de Iſern. in cap. 1. num. 50. de allodijs] vbi in verſ. quid ergo, ſi non legitimè factum eſt, dicit, quod ſi Baro in Regno de ſuo allodio conceſſit feudum, quod hoc caſu erit illegitimè factum, quia Barones in Regno non poſſunt de nouo facere inueſtituras feudales, deinde ſubdit hæc verba, verum ſi hic infeudatus tenuit per 30. annos, prꝫſtando ſeruitium, tunc erit præſcripta conditio feudalis, quia tanto tempore acquiritur vaſſallagium d. c. ſi quis per 30.

32 Non obſtat, quod Barones in Regno non poſſunt de nouo cõſtituere feudum; nam reſpondetur, quod hoc verum eſt, niſi accedat aſſenſus Regis, quia tunc poſſet de nouo conſtituere feudum, vt dicit [And. d. cap. 1. de allodijs, num. 30.] in caſu vero noſtro, licet nõ adſit aſsẽſus hominis, tamen adeſt aſſenſus cap. ſi quis per 30. & ſic adeſt aſsẽſus legis, vt in ſimili dicitur in refutatione feudi facta in proxime ſuc-

ſucceſſurum, quia ibi licet non adſit aſſenſus hominis, tamen adeſt aſſenſus legis [vt in cap. 1. de alienatione feudi paterni] & ideo valida eſt.

33 Nec ſimiliter obſtat ratio Domini Authoris hic.nu.59.dicentis in caſu propoſito requiri prę ſcriptionem centenariã, eo quia Dominus Baro per hoc acquireret vaſſallum, & ſic exercitium iuriſdictionis in eum, quam habere non poteſt niſi à Rege, à quo fluunt omnes iuriſdictiones, per conceſſiones, & ad ipsũ refluũt per appellationes,& querelas,vt [Bald. in d.cap. 1. de allodijs] & ſic dum agitur de præiudicio Regis, conſequenter requiritur præſcriptio centenaria per conſtitutiones Regni.

Nam reſpondetur, quia in eodem Regno eſt prouiſum per conſtit. Regni,quæ incipit, quia frequenter,quod ſi quis dat feudum alteri, ratione huius feudi, ad nihil aliud tenetur feudatarius,niſi præſtare ſeruitium reddirus in pecunia, vel in alia ſpecie;perſona vero ſemper libera manet ſub Regia iuriſdictione, & nullis ſeruitijs perpetuis, vel conditionibus obligatã; & ideo ceſſat cõſideratio prę iudicij Regis,quia talis præſumpta inueſtitura declarabitur, & intelligetur iuxta terminos d.conſt. quia frequenter;cũ cõſtitutiones ſint ius commune in Regno,vt Iſern. in quampluribus locis.

34 Secundo caſu, quando quis poſſederit rem demanialem Baroniæ, vel Comitatus,diſtinguo; aut hęc res demanialis feudi erat ſterilis, & parum vtilis, quo caſu Barones in Regno, ex fauore regiſtri Imperatoris Federici, poſſunt eas concedere ſub reditu in fructibus,vt in [rubr.de vaſſallo, qui contrà cõſt.Lotarij Regis,& in conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ, de Frãch.deciſ.561.] & hoc caſu erit tutus poſſeſſor allegando conceſſionem, & illã probandi per poſſeſſionẽ 30.annorũ cum præſtatione redditus; quia ſi poteſt Baro facere veram conceſſionem talium rerum fauore regiſtri Imperatoris Federici, ergo per dictos actus cauſatur præſumpta inueſtitura, ex diſpoſitione d.cap.ſi quis per 30. & idem eſt dicendum, ſi Baro in priuilegio ſuæ Baroniæ, vel Comitatus haberet in ſpecie facultatem, & licentiam infeudandi res demaniales ſuæ Baroniæ, vel ſi poſt impetraſſet generalem aſſenſum alienandi, & concedẽdi in feudum res demaniales,vel ſi talem licentiam,& facultatem concedendi in feudum res demaniales ſui feudi præſcripſiſſet ſpatio centum annorum contra Fiſcum, ita vt in ſua Baronia eſſet conſuetudo immemorabilis, quod Barones poſſunt concedere, & infeudare res demaniales

Baro-

Baroniæ, in omnibus.n. prædictis caſibus procedit diſpoſitio cap. ſi quis per 30. ea ratione, quia ſi Baro in caſibus præfatis poteſt facere veram, & nouam inueſtituram, ergo ex prædictis actibus cauſatur præſumpta inueſtitura, vi, & diſpoſitione d. cap. ſi quis per 30. ita Dominus Author hic num. 62. cum ſeq.

35 Si vero iſta res demanialis feudi, quæ poſſidetur per aliquem, vti feudum ab initio non erat ſterilis, ſed erat vtilis, quo caſu ceſſat fauor regiſtri Imperatoris, nec Baro habebat facultatem infeudandi ex priuilegio ſpeciali, vel prçſcriptione centenaria; & hoc opus hic labor, quia obſtat omnes prædictæ difficultates, nempe, quia Barones in Regno de nouo non poſſunt concedere in feudum [d. conſt. cõſtitut. Diuæ memoriæ in fine, Iſernia in cap. primo num. 9. & 10. de controuerſia feudi apud Pares terminãda], & quia res particularis feudi nullo tẽpore præſcribitur [d. conſt. cõſuetudinem §. cæterum, Afflict. deciſ. 254. nu. 4.] ceſſat .n. præſcriptio feudi etiam quando non habetur cum poſſeſſione ſeruitij, & aliorum, & tunc, nec etiã inter priuatos deſeruiret trigenaria prçſcriptio ita ex [And. d. c. 1. §. ſi quis per 30. & Frecc. probat Stayban. conſ. 66. n. 10.] Attamen ſaluo meliori Iudicio, cui meam opinionem ſemper ſubmitto, puto, adhuc dicendum, obtinere diſpoſitionem cap. ſi quis per 30., quę concluſio firma manebit, ſi remouebimus contraria; & primo, non obſtat, quod res particularis feudi nullo tempore poteſt præſcribi, nam reſpondetur, quod capitulum ſi quis per 30. non ſe fundat in prçſcriptione, ſed in præſumpta inueſtitura, & ſic ei non contradicit conſt. conſuetudinem in fine, quæ loquitur de præſcriptionibus rerum particularium, ad feudum, vel quotam eius partem pertinentium.

36 Nec ſecundo obſtat, quod Barones in Regno non poſſunt de nouo facere conceſſiones in feudum de rebus demanialibus eorum Baroniæ, quia hoc verum, quando volunt infeudare de nouo, ſine Aſſenſu Regis, ſed cum aſſenſu poſſunt: d. conſt. diuæ memorię. ibi, niſi cum ſpecialis noſtrę celſitudinis licentia; in caſu vero noſtro licet deficiat aſsẽſus hominis, attamen adeſt aſſenſus legis, & ſic capituli ſi quis per 30.

37 Et quamuis [Paris de Puteo de feudorum reintegratione, cap. an ſi quis per 30. num. 5. verſ. tamen iſto tẽpore fol. mihi 114.] videatur innuere contrarium, tamen ibi loquitur, vbi quis vult inniti præſcriptioni, vel conſuetudini ſpatio 30. annorũ inductæ; quęſtio vero noſtra eſt, vbi innititur conceſſioni, & inueſtituræ: nec ob-

obſtat ratio ſua dum ait, feudatarius Baro non poteſt hoc facere expreſsè concedendo in feudum, ergo nec tacitè recipiendo ſeruitium per 30. annos authen. multo magis; nam reſpondetur, quod hoc caſu, taciti, & expreſſi nõ eſt eadem ratio, nam expreſſum .ſ. quando vult concedere expreſsè, non habet aſſenſum, nec hominis, nec legis, immò habet legem contrariam, dum conſtitutio, dicit, vt Barones eorum demania non tangant concedendo in feudum, ſed tacitum in caſu noſtro, habet aſſenſum præſumptum ex præſtatione ſeruitij, longiſsimo tempore præſtiti, quo caſu omnia præſumuntur ſolẽniter acta, vt idem [Pariſ. dicit in d. tract in cap. an ſi pro re, quam à te vendico nu. 3. fol. mihi 84. à tergo] & patet palpabili ratione; feudadatarius non poteſt expreſsè alienare feudum, ergo neq; tacitè, patiendo contra ſe præſcribi, quod falſum eſt, quia nõ eſt eadem ratio taciti, & expreſſi; quia quando expreſsè alienat, caret aſſenſu, quando patitur contra ſe præſcribi, hęc tacita alienatio habet aſſenſum legis d. conſt. conſuetudinem.

Incidenter tamen vnum eſt ſũmopere notandum, quia dictũ eſt, rem particularem de demanio feudi non poſſe pręſcribi, niſi ſpatio tẽporis, cuius initij memoria non exiſtit [d. conſt. conſuet. in fine Afflict. deciſ. 254. n.

38 4.] pone quòd inter duo Caſtra, vel inter duas Ciuitates eſt contracta communio ſuper aqua, herbis, paſcuis, & lignis, & in tali communione vixerunt 30. vel 40. vel 80. annis, an ex tam longiſsima poſſeſsione ſit acquiſitũ ius ſuper tali communione, ita vt non poſsit ab ea recedi, inuita, & contradicente altera parte; hanc quæſtionem ponit Afflict. in allegata deciſ. 254. vbi dicit; quod hæc communio eſt ſpecies alienationis, quæ in feudalibus eſt prohibita ſine aſſenſu Regis; vt dicit c. Regni, qui incipit põdus æquum; quæ communio nõ eſt quota feudi, ſed res particularis feudi, cum de dicta communione non ſit taxatum certum ſeruitium; & proinde in eius pręſcriptione requiritur poſſeſsio centum annorum, vel tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat, & proinde refert Sacrum Conſilium Neapolitanum iudicaſſe, ex tali communione, in qua vixerũt 80. annis, nullum ius fuiſſe cauſatum, & ex his, & alijs, me patrocinante pro Illuſtri Duce Vetri, Fabritio de Sanguine, vtili Domino Caſtri Glorioſi, inhabitati, quod, tempore, quo erat habitatum, viuebat in communi cum Terra Vineolæ; & poſtea effecto dishabitato, per c. prædictum pondus æquum, petierat diuidi communionem prædictã: & re-

& referente doctiſſimo Præſide Iulio Minad.in Regia Camera, fuit ordinatum eſſe diuidendam, vt in Banca de Flore.

Idē eſt dicendũ,ſi aliquis duxit aquam à Flumine, quod eſt de demanio feudi,Baroniæ, vel Co-
39 mitatus pro conſtructione Molendini, vel pro aliqua alia occaſione, quod quamuis hanc aquam duxit per 30. vel 40. vel 60.vel 80.annos,tamen nõ iuuatur poſſeſſione, tam longiſſimi temporis, quia hic ductus aquæ eſt ſeruitus, quæ in feudalibus non poteſt imponi abſq; aſſenſu, & cum talis ductus aquæ ſit,non quota pars feudi, ſed res particularis feudi,de qua non eſt certum ſeruitium prætaxatũ, in eius præſcriptione exigitur ſpatium centum annorum, vel tẽporis cuius initij memoria non exiſtat; nam talis vetuſtas habet vim Regij aſſenſus,priuilegij,& conſtituti, c. ſuper quibuſdã §. præterea extra de verb.ſign. ita [Capic.inſua inueſtitura,fol.mihi 110.verſ. 9.]

40 Redeũdo igitur vnde digreſſi ſumus; aut, & tertio hæc res non erat demanialis feudi,ſed erat excadentialis, puta erat feudũ planum, & de tabula, quæ tenebatur ſub baronia, vel erat res emphyteotica, vel aliter reddititia feudo baroniæ, quæ res fuerunt apertæ baroniæ per lineam finitam tenentis, vel ob aliam culpã ſeu iuſtam cauſam, & aliquis tenuit dicta bona abſq;expreſſa cõceſsione p 30. annos, cũ pſtatione ſoliti ſeruitij,vel redditus, an hoc caſu poſſeſſor talis poſſit ſe defendi ex prouiſione capituli,ſi quis per 30.contra Baronem petentem dicta bona excadentialia vti aperta feudo ſuę baroniæ, & hoc tertio caſu, proculdubio pcedit deciſio capituli prædicti; nam in iſtis rebus ceſſant difficultates, de quibus ſupra, nã iſtæ res non ſunt de demanio feudi, ſed ſunt ſeperatę, & extra ius demanij feudi,vt [And.& DD.in c. primo Epiſcopum,vel Abatem, Paris dicto tract.cap. 5.]Item in iſtis rebus Barones habent licentiam, & facultatem illas concedendi cũ ſolito ſeruitio, ſeu redditu d.conſt.cõſtit. diuæ memoriæ §.excadentias;vnde quemadmodum Barones poſſunt facere veras inueſtituras de his rebus excadentialibus, eodem modo inducitur tacita, & præſumpta inueſtitura ex poſſeſſione tricennali, cum præſtatione ſoliti ſeruitij;ità expreſsè dicit hic Dominus Auctor num.61.cum ſeq. & Paris,dicto tractatu de feudorum reintegratione,cap. quod incipit tenentes bona fol. mihi 117. vbi etiam num.5.dicit,quod hæc ſolutio redditus,ſeu Canonis pbatur per confeſſionem Domini, per inſtrumentum ſolutionum, per trinã ſolutionem [l.quicũq; C.de apocis pub. lib. 10. & per

teſtes

teſtes l.cenſus,& monumenta ff. de probat.& per librum Domini l.crima 8. de exactonbus tributorum lib. 10.

41 Sed hic cadit curioſa, & vtilis quæſtio: pone quod aliqua bona excadentialia feudi Baroniæ, vel Comitatus, puta feuda plana, & de tabula, vel alia bona emphyteotica, & redditi tia feudo, excadunt in feudum Baroniæ per lineam finitam, vel aliquam aliã iuſtam cauſam, Baro, vult illa bona retinere in demanio, & vnire feudo ſuæ Baroniæ adhoc, vt Baronia habeat maiores redditus: è contra cõſanguinei eius, cui fuit facta prima conceſſio, comparent, & petunt, vti benemeriti Domini, bona illa eis reconcedi, per ea quæ dicit [Bart. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotidiana,& eſtiua] & quia illa bona ſunt de ſui natura concedenda, quàm naturam, Baro ſolus non poteſt alterare, vel mutare, quæritur quid iuris? hanc quæſt.tangit [Pariſ. d. tract.in 6. cap. quod incipit iuxta præmiſſa, quæro quem ſequitur Stayb. conſ. 61.num.6.] vbi diſputata quæſt. reſidet in hac diſtinctione: aut ſumus in Rege, cui aliquod feudum quaternatum ſimpliciter, vel ſecundum quid aperitur, cum ad eius collationem, & conceſsionẽ dicta feuda pertineant, vt in conſt.poſt mortem in 3.libro,& hoc caſu, ſi Rex vult iſta bona retinere in ſuo demanio, vel gratis,& mero dono alijs concedere, & hoc caſu conſanguinei, non poſſunt petere à Rege, vt eis illa bona reconcedat, nec Rex ſi hoc negat, facit eis iniuriam, vt expreſsè eſt cautum [in conſtit.vt de ſucceſsionibus §.in omnibus.]

42 Si verò ſumus in inferioribus Baronibus, & Comitibus, dicit, quod conſuetudo Baronum, & magnatum Regni eſt, vt Baro non poſſit illa tenere in demanium,& vnire ſuæ Baroniæ; mouetur propter ſolitam formam Priuilegiorum, in quibus apponitur illa clauſula, quę de demanio in demanium, & quæ de ſeruitio in ſeruitium, ſcilicet, vt bona, quæ ſunt de demanio habeas in demanium, & nulli ea concedas,& bona, quæ ſunt de ſeruitio habeas in ſeruitium, & ſic tenentur, ea alteri concedere, cum res ſua nemini ſeruit, alias ordo feudorum turbaretur, & Baro non poteſt mutare naturam feudorum, & ſubdit, quod ita ſeruatur de conſuetudine in Regno, non obſtante d.conſt.vt de ſucceſsionibus, quia obtinet tantum in feudis quaternatis ſimpliciter, vel ſecundum quid, non autem in feudis planis, & de tabula, quæ diſcretam habent nanaturam, à quaternatis, vt dicit [gloſ. in d.conſt.vt de ſucceſsionibus in verbo ſuper omnibus.]

43 Alia

Alia conſequitur non impertinẽs quæſtio, pone, quod Baronia, vel Comitatus aperitur Regi per lineam finitam, vel felloniã, an huiuſmodi præſumptæ inueſtituræ perpetuo firmæ maneãt, vel reſoluantur ex regula reſoluto iure [datoris reſoluitur ius acceptoris [l. lex vectigali ff. de pignor. ?] huic quæſtioni non poteſt commodè reſponderi, abſq; diſtinctione, vnde dic: aut ſumus in rebus excadentialibus, & hoc caſu perpetuo manebit præſumpta inueſtitura inducta ex tricennali poſſeſsione cum præſtatione ſeruitij, iuxta terminos cap. ſi quis per 30. quia cum ipſe feudatarius poterat de iſtis excadentialibus facere veras inueſtituras, dicta Conſt. Diuæ Memoriæ in fine, eodem modo potuit lex inducere, & præſumere inueſtituras ex tacito conſenſu Domini, præſumpto ex dicta longiſsima poſſeſsione, cum pręſtatioue ſeruitij, & iſtæ inueſtituræ, ſiue verę, ſiue præſumptæ, & propterea perpetuo firme manent, quoniam Baro, quando facit has conceſsiones, ſe gerit, vti legitimus miniſter feudi, & negotium à lege ſibi iniunctum exequitur, [Ita Camer. in cap. Imperialem fol. 7. verſ. aut, & ſecundo lit. P. authoritate Iſer. in conſt. mulier, quæ dotariũ,] vbi dicit idẽ eſſe in rebus demanialibus, ſterilibus, & parũ vtilibus, quia in eis concedendo, Baro ſe gerit, vti miniſter feudi, & vtile feudi negotium à lege ſibi demandatum adimplet.

44 Aut verò ſumus in rebus demanialibus, & hoc caſu, aut Baro habet licentiam, & facultatem concedendi res demaniales ex particulari priuilegio ſibi conceſſo à Rege, vel præſcriptione centenaria, quæ loco priuilegij, & conſtituti habetur [lege 3. §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, & æſtiua,] & hoc caſu ſimiliter inueſtituræ præſumptæ perpetuò manere debent, prout veræ inueſtituræ perpetuò manent, quia quando Rex concedit aſſenſũ, & ſpecialem licentiã, duo facit, primo, vt actus valeat, qui ſine ſuo aſſenſu eſſet nullus, ſecundo vt in perſona recipientis valeat pro sè, & hæredibus ſuis, in caſu deuolutionis ad ipſum Regem, ita [Iſer. in cap. primo, qui ſucceſſores teneantur], vbi dicit hæc verba, quando Dominus Rex aſſentit, videtur aſſentire pro acceptore, & ſuis hæredibus, etiam in caſu, quo alienator moritur ſine liberis, quo caſu, feudum ſi non eſſet alienatum, aperiretur ipſi Regi; ita expreſsè per dictam authoritatem dicit [Camer. fol. 7. lit. T. & Dominus Author. hic n. 66. vſq; ad nu. 69]

Quod ſi Baro non habet hanc licentiam, & facultatem conceden-

cedendi,ex particulari priuilegio ſibi cõceſſo,puto,quod hoc caſu præſumptę inueſtituræ reſoluantur, ex regula reſoluto iure datoris,reſoluatur ius acceptoris;quia licet in iſtis præſumptis inueſtituris adſit aſſenſus cap. ſi quis per 30. & ſic aſſenſus legis, tamen aſſenſus legis hoc tantum operatur, vt actus valeat,& non, vt tertio noceat; quia lex dat, quod eſt ſuum, non autem de alieno;homo vero quando aſſentit dat ſuum, tollendo obſtaculum, & in caſu quo ſibi aperitur, confirmat, & dat acceptori, & ſuis hæredibus [ita Cam. d. cap. Imperialem fol.7. in 4.col. in fi. lit.T.]

45 Alia pulchra,& vtilis ponitur quæſt. pone, feudatarius tenens feudum à Rege, illud alienat, & quia ſuper dictam alienationẽ, non impetratur aſſenſus, vel ſi impetratur,eſt reſolutus,ex conditionibus non adimpletis,& ipſe idem alienans reuocat dictam alienationem, authoritate conſtitutionis conſtitutionem Diuæ memoriæ,qua facta ſilet per 30. annos, & poſt petit feudum, vti illegitimè alienatum, & reuocatum authoritate dictæ conſtitutionis Diuę memoriæ, quæritur an poſſeſſor poſſit ſe defendere præſcriptione 30. annorum? & prima facie videtur, quod non, quia dicit [Dominus Marinus Frecca in ſecundo libro de ſubfeudis,in prima authoritate Baronũ,in c. quod incipit à Regnicolis,non ponitur vna quæſtio n.16 cũ ſeq.] quod venditor reuocando alienationẽ feudi fungitur vice,& authoritate Regis,non autẽ aliquo proprio ſuo iure fungitur, & ſic reuocat non vt ipſe, ſed vt miniſter Regis; ſi igitur hoc ius reuocãdi eſt proprium ius ipſius Regis reſidens in perſona Regis, non ſufficit præſcriptio 30.annorum;quia contra Regẽ,& eius fiſcũ ſola cẽtenaria præſcriptio cõpetit d.conſt. quadragenãlẽ;attamen in contrariũ eſt veritas; qm̃ in eodem Regno eſt conſt. quæ incipit,conſuetudinem diſponẽtem; quod ſi quis per 30. annos continuè, & ſine aliqua interruptione poſſederit feudum integrũ, vel quotam eius partem in perpetuum, eſt ſecurus,& poteſt per exceptionem repellere eum, qui petit dictum feudum à ſe ratione vtilis dominij,& ſi à poſſeſſione ceciderit, poteſt per actionem illud recuperare à quolibet poſſeſſore;notat [Afflic. in ead.conſt.in 1.notab.]

Et adeo d. cõſt. præſtat perpetuam ſecuritatẽ poſſeſſori per 30 annos:quod [Affl.ibi,n.6.verſ.an in iſta pręſcriptione, dicit] ꝙ in iſta præſcriptione 30.ann.in lite, quã habet cũ priuato de feudo, poſſeſſor conuentus non habet neceſſe allegare,nec ꝓbare titulũ,& bonã fidẽ;& licet iure canonico,

nico,quod in hac materia præſcriptionis obſeruatur, cũ agatur de materia peccati, male fidei poſſeſſor, nullo tẽpore pſcribat c. fi. extra de pſcript.tñ mala fides poſt 30.annos,non præſumitur [Affl. in deciſ.388.nu.8. Alph.collect. 486.]

46 Facit, ꝙ dicit in ratione [Camill.de Curt.in ſuo diuerſorio d. c.declarata igitur materia n.118. verſ.& ſicut ſi tenẽs, f.mihi 74.à ter.]vbi dicit,ꝙ ſicuti tenens feudũ hæreditariũ,vel feudũ, ex pacto nouũ, ꝙ ſimiliter in omnib. & per oĩa habet vim hæred.& illud alienat cũ aſſẽſu,oĩbus piudicat ſucceſſoribus,ſic p pſcriptionẽ patiendo cõtra ſe pſcribi,alijs piudicat;quia licet in hac hoĩs pſcriptione deficiat aſſenſus hoĩs, nõ deficit aſſẽſus legis,q̃ pſcribẽtem tuetur:d.conſt.cõſuetudinẽ.

47 Nõ obſtãt incõtrariũ adducta, ꝙ vẽditor reuocãdo reuocat, nõ vt ipſe, ſed vt miniſter Regis, & reuocat ex iure proprio; ideſt ex iure reſidente in perſona Regis, nõ autẽ ex iure proprio ipſius reuocantis; nã reſpõdetur, vt dicit [Dom.Reg.de Pont.in tract. de poteſtate Proregis,tit.de aſſenſibus ſuper dote §. 1. nu. 36. verſ. nec intellectus Frecciæ, fol.mihi 266.]ꝙ licet verus ſit intellectus Freccię, quod reuocans reuocet, ex iure ꝓprio ipſius Regis, cuius proprium erat ius reuocandi c. 1. §. præterea de capitulis Corradi tñ tale ius,& facultas reuocandi, ſpeciali fauore d.conſt.Diuę memoriæ,eſt conceſſũ,& donatũ ipſi feudatario,vt reuocet,ſicuti Dominus potuiſſet reuocare,dũmodo hac cõceſſa facultate nõ abutatur diù perſeuerãdo in cõtẽptũ Domini, alias ipſę Rex, vel eius Fiſcus reuocabit, & ſic feudatarius vẽditor,qñ reuocat,fungitur iure ꝓprio,& exercet propriũ ius reuocãdi ſibi benef. d. conſtitut. condonatũ, vnde agitur de præſcribẽdo proprio iure priuati, nõ de præſcribẽdo ꝓprio iure Fiſci, & ſic habet locũ conſt.conſuetudinẽ,quæ vult,vt in feudis,tricennalis pſcriptio obtineat,q̃ loquitur inter priuatos, non aũt habet locũ cõſt.quadragenalẽ, quæ loquitur inter priuatũ, & Fiſcum, vt gloſ.in d. conſt. conſuetudinẽ in verbo triginta annis.

48 Nã licet verũ ſit, ꝙ ante dictã conſtitutionẽ,ius reuocandi feudum illegitimè alienatum,& diſtractum ſine aſſenſu Regis, erat propriũ ipſius Regis, vt ait Freccia;attamen Munificus Rex,hoc ius ſuũ proprium reuocandi donat,& concedit per dictam conſtitutionem vaſſallo alienanti,& ſic per dictam donationem in d. conſt. factã,illud ius reuocandi, quod ante erat Regis, fit propriũ ipſius vaſſalli alienantis; ita ſub breuibus verbis, dicit Dominus Reg.de Pont.loc cit.

49 Sed pone, quod quis præſcri-

pſit feudum contra priuatum, per ſpatium triginta annorum, iuxta terminos dictę conſtit.con ſuetudinem, an talis præſcriptio noceat Fiſco, vel agnatis; facit dubium doctrina [And.in alleg. conſt.vbi in finali col.verſ.intelligitur hæc cōſt.] dicit hęc verba intelligitur hęc conſtitut. in feudatario negligente, contra quem ſufficit tricennalis; ſi vero poſt præſcriptionem feudum aperiatur Domino, vel agnatis, aut filijs, ex prouidentia concedentis,non nocebit Domino, agnato,vel filijs, niſi ei tantum, contra quem pręſcriptum eſt,& ſubdit, dic plenè, vt dixi in cap.1.§. quid ergo de inueſtitura de re aliena facta.

50 In hoc quæſito diſtinguo: aut feudum aperitur Domino, vel agnatis poſt finitam præſcriptionē,& hoc caſu, quia Fiſco,vel agnatis,aut filijs nulla negligentia imputari poteſt, non currit contra ipſos pręſcriptio,& ideo p̄ſcriptio nocet ei tantū, cōtra quem præſcriptū eſt,nō autē nocet Domino,uel agnatis,aut filijs, & ita loquitur [And.de Iſer. in d.cōſt. cōſuetudinē,& in d.c. quid ergo de inueſtitura de re aliena facta.]

51 Aut uerò,tēpore quo quis cępit præſcribere, feudū erat apertū Domino,& tūc p̄ſcriptio tricēnalis nocet omnibus, tā priuato, q̄ Fiſco,qui pręte͂dit feudū ſibi eſſe apertū:ità eſt[gloſ.notabilis in cōſt.ſi dubitatio,in uerbo faciēte uerſ. ſed nūquid in præmiſſo caſu] ubi decidit,q; ſi feudū erat apertū Fiſco, ob aliquā iuſtā cauſā,& quis tenuit illud per 30.annos,uti feudū,cū pręſtatione ſeruitij,talis poſſeſſor eſt ſecurus,nō tantū cōtra feudatarium uerum, ſed etiā contra Fiſcū,qui pręte͂dit illud eſſe ſibi deuolutum, ob aliquā iuſtam cauſā, & quod in hoc feudo aperto, Regio Fiſco, cōpetit præſcriptio 30.annorum cōtra ipsū Fiſcū;quia feudū apertū, & deuolutū ante incorporat. non dicitur de rebus quæſitis, ut loquitur conſt. quadragenalē, & ſic, ut ſit neceſſaria pręſcriptio centū annorū, quæ incorporatio fit, quando eſt capta corporalis poſſeſſio nomine Fiſci;ante uerò dictā incorporationē, dicitur res quærenda, in quibus rebus quærendis currunt contra Fiſcū minores præſcriptiones, quā centū annorum, ut perdoctè dicit d. gloſ.in d.conſt.ſi dubitatio.

52 Quia ſupra plenè dictum eſt, quomodo uaſſalli præſcribant contra Fiſcum, vel contra Barones, & Comites; congruenter reſtat videre quomodo Fiſcus, vel Baro,ſeu Comes pręſcribant contra vaſſallos,& primò,quoad Fiſcum,videtur dicendum,vt Fiſcus, non poſſit præſcribere cōtra vaſſallos,niſi centenaria præſcriptione, quemadmodum vaſſalli nō præſcribūt cōtra ipsū,

niſi

niſi ſola centenaria, ex regula, quod quiſq; iuris in aliū ſtatuit, vt ipſe eodem iure vtatur, & quia lex, & ſtatutum eſt, & eſſe debet æqualis, vt liget condentem iuxta illud patere legem, quam tu ipſe tuleris [§. illud auth. vt non fiant pignorationes, quod dictū refert Iſern. in c. 1. §. donare nu. 6 in fine, qualiter olim feudum poterat alienari.]

53 In contrarium eſt veritas, vt Fiſcus, licet contra ipsū ſola competat præſcriptio centenaria, tamē contra alios præſcribit præſcriptionibus communibus, l. in burg. cū tit. & bona fide præſcribat 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes, & ſine titulo 30. annis, in feudis & rebus feud. 30. annis, hęc eſt doctr. [And. de Iſer. in c. 1. nu. 12. verſ. ſed ſi in terra alicuius de cōtrouerſ. feudi apud pares terminãda] vbi dicit, quod ſi Rex feudum exiſtens in terra alicuius Baronis, quod ſpectabat ad collationem Baronis, vt feudum planum, & de tabula, concedat alicui, & hic conceſſionarius tenuerit illud feudum, ex tali cōceſſione, triginta annis, quod Rex acquirit ius conferendi, quoad proprietatem, nam quoad poſſeſſionem, vt dicatur eſſe in poſſeſſione conferendi, per illam ſolam collationem, acquiſiuit ius in poſſeſſione: allegat ea, quæ dicuntur in c. cum Eccl. Sutrina extra de cauſa poſſ. & proprietatis, & ſubdir, quæſito iure conferendi, ſic Fiſco non præſcribitur contra Fiſcum, niſi debita præſcriptione per conſtitutiones Regni centenaria, quia ius conferendi habet eandem naturam, quam habet feudum, quod conceditur: hanc doctrinā commendat [Anna alleg. 144] Secundò, quia vbi non reperitur aliquid ſpecialiter ſtatutum, Fiſcus vtitur iure communi, ſequitur [Camill. de Curt. in ſuo diuerſorio in dicto capitulo, declarata igitur, num. 141. verſ. ſed iuſtiſſimè quæritur, fol. mihi 76.] in effectu ergò dicit And. vt Fiſcus præſcribat contra alium, triginta annis, & contra ipſum ſola centenaria pręſcribatur, & diffusè tractat articulum ad partes [Bambac. in c. prędicto q. 5.] qui omnes allegat, & videtur annuere pro opinione mea, ſed ponit limitationem, ꝙ requiritur centenaria, quando præſtatio ſeruitiorū, eſt informis, ſiue indeterminata: vide [Scader. de feud. p. 4. c. 5. nu. 14. & Iſer. de controu. inter maſc. & fœm. nu. 8.]

54 Nō obſtāt cōtraria; nā ęquitas tituli, ꝙ quiſq; iuris habet locum cōtra ſtatuentē, nō .n. Fiſcus, ſed lex ſtatuit, vt contra Fiſcum ſola centenaria præſcriptio cōpetat.

Quo verò ad Barones, & alios vtiles dominos, an in præſcribēdis ſeruitijs cōtra vaſſallos, vel in præſcribēda aliqua annua ꝑſtat.

in pecunia, vel frugibus requiratur poſſeſſio 30.annis,vel poſſeſſio temporis, cuius initij memoria non exiſtat ?

55 Et vt Clarius procedam, diuido queſtionem in duo capita, primum caput ſit, vbi agitur de præſcribenda aliqua annua præſtatione, quæ præſcriptio exigitur? an 30.annorum,vel requiritur tempus immemorabile? hæc quæſtio fuit in S. C. Neap. inter vniuerſitatem Geſualdi, & Illuſtriſſimum Principem Venuſij vtilem Dominum dictæ Terræ, vt refert [Dominus de Frãch.deciſ. 56. & Dominus Author hic num. 78. ſuper qua cauſa ſcripſit Maurus allegat. 32.] & ibi Dominus de Franch. tenet in præſcribenda annua præſtatione à Barone contra vniuerſitatem ſuæ Terræ non requiri præſcriptionẽ immemorabilem, ſed ſufficere præſcriptionem 30.annorum,vel 40. & motiuum ſuæ deciſionis eſt, quia hæc collecta, & annua exactio non habet reſiſtentiam

56 iuris communis; nam Barones in Regno ex priuilegio, vel ex vetuſta conſuetudine habẽt collectas Sãctæ Mariæ,vt [Lucas de Penna in l. fin. C. de exactionib. trib.lib.10.in prima col.verſ.huius gratia,fretus quoque authoritate Iacobini de Sancto Giorgio in tit.De homagijs num.37.verſ. ſed pone Dominus] vbi in proprijs terminis diſputat queſtionẽ ad partes,& finaliter reſidet cum diſtinctione Pilei antiqui doctoris docentis, quod aut Dominus eſt ſpoliatus, vel turbatus à Vaſ-

57 ſallis in ſua poſſeſſione exigendi collectam,& tunc dominus probando poſſeſſionem obtinebit, vt manuteneatur in ſua poſſeſſione,vel reſtituatur in poſſeſſionem exigendi, aut agitur petitorio,& tunc aut facit fundamentum ſolũmodo ſuper ſolo curſu temporis dicendo,quod per longum tempus fuit ſibi præſtita illa collecta,& ſuccumbet, quia tempus non eſt modus inducendi obligationem;aut verò allegat titulum exactionis,quem probat per illam exactionem longo tẽpore factam, & obtinebit, quia præſumitur, titulum allegatum præceſſiſſe ex dicta longæua præſtatione,ita eſt pũctualiter [gloſ. in l. cum de in rem verſo, ff. de vſuris.]

58 In contrarium tamen eſt veritas; quia ad hoc,vt Baronibus, aut Prelatis perfectè queratur ius in exigendis collectis, vel alijs annuis præſtationibus ab eorum vaſſallis, requiritur poſſeſio, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat, vel docere de titulo, qui poſſeſſori cauſam tribuat, præſcribendi cum poſſeſſione 30. vel 40. annorum: hæc eſt deciſio[Inn.in c.ſi diligenti,n. 5. extra de præſcriptionibus] ſupra.n.Inn.in quarto n.dixit,quod quan-

quando ius, vel ſeruitus non eſt contra ius commune, verum, habet cauſam diſcontinuam, vel quaſi, vt ſeruitus viæ, vel ius ſeruitiorum extraordinariorum, ſ. collectarum, hoc caſu neceſſe habet poſſeſſor allegare cauſam, ſeu titulum, ſed non eſt neceſſe illum probare, ſed ſufficit probare, quod per longum tempus 10. vel 20. annorum fuit in poſſeſſione exigendi; nam præſumitur debitum hoc ius annuæ præſtationis ex cauſa, quæ prætenditur prçceſſiſſe [l. cũ de in rem verſo, ff. de vſuris, cum ibi notatis] deinde in d. num. 5. immediatè ſubdit, verum ſi eſſet in contrarium aliqua violentior præſumptio nõ iuuatur probatione curſus temporis, niſi, & titulum probet; vt eſt videre in prælatis, qui ſeruilia grauamina exigũt à ſubditis; præſumitur. n., quod potius ex timore ſubditi hoc præſtant, quam debito, & ideo non currit præſcriptio c. quia cognouimus 10. q. 3. & ſic prædicta concluſio gloſ. in d. l. cum de in rem verſo ff. de vſuris, ſcilicet, quod vbi quis ſolitus eſt exigere aliquam annuam collectam, vel ſeruitiũ, allegando cauſam, ſeu titulum, quem probat per ſolutionem, ſeu prçſtationem ſibi factam per decem; vel 20. annos, recipit duas limitationes.

59 Primo, quando dicta annua exactio, vel ſeruitium eſſet prohibita exigi à iure communi [c. illud diſt. 93. & c. contra morem 100. diſt.]

60 Secundo, limitatur quando dicta annua exactio, vel ſeruitium non eſſet contra ius commune, quia ius commune non prohibet illam exigi, verum eſſet præſumptio contra exigẽtem, quod timore, vel ex vrbanitate illam exiget, vt eſt videre in Baronibus, & prælatis, qui exigunt à vaſſallis, vt hoc caſu talis annua præſtatio non iuuatur ſolo curſu temporis, ſed debet allegare, & probare titulum d. cap. quia cognouimus 10. quçſt. 3. ità declarat [Inn. in d. cap. ſi diligenti n. 3. de præſcript. & poſt Inn. hoc clarius, legem condendo, expreſſit Bonifacius Octauus in c. primo de præſcript. in 6.] vbi dicit, quod quando ille, qui rem præſcribit, non habet contrarium ius commune, vel non eſt præſumptio contra ipsũ, in tali præſcriptione ſola bona fides ſufficit, cũ poſſeſsione 40. annorum in re Eccleſiaſtica, vel 10. annorum in alijs rebus; at quando habet ius commune contrarium, vel eſt præſumptio contra ipſum, tunc neceſsè habet allegare, & probare titulum præſcriptionis, vel probare poſſeſsionem tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit in contrarium, & prçdictam doctrinã ſequitur [Abb. in allegat. cap. ſi diligenti nu. 20.

&

& Guid.Pap.loquens in Barone; & collecta, tenet non ſufficere poſſeſſioné 30.annorum, ſed requiri tempus immemorabile, vt [in conſ. primo nu. 14. & 15. & in conſ.65.num.4. hoc idem tenet Rip. in reſponſo 98. lib. primo huius quoq; ſententię eſt; Paris in tractatu de feudorum reintegratione in cap. an ſi pro re, quam à te vendico num. 6. fol. mihi 48. à tergo] vbi allegando Inn.loc.cit.dicit:nota, quod annua præſtatio non iuuatur curſu temporis, vbi eſt præſumptio, quod ſit præſtita timore, vel curialitate, vt eſt videre quádo Domini exigunt ſeruitia à ſubditis, pro quibus non præſumitur, niſi titulum probent; ideo Domini non præſcribunt, niſi tempore immemorabili:hæc ille;adde[Io. Fab.in §.ęquè num.24.verſ.illud autem nota inſt.de act.] vbi dicit hæc verba:illud auté nota, quod vbi potens vſus eſt ſuper non potente, & maximè quando gagiabar,vel arreſtabat, vel gagiari ſine cauſæ cognitione faciebat, præſumitur violétia[ff.quod metus cauſa l.fin.§. pen. & notat Innoc. in c. bone de poſtulat. prælat.]

61 Non obſtant allegata in contrarium, quia quamuis Barones non habeant ius commune contrarium in exigendis collectis à vaſſallis, quia collecta non eſt iure communi prohibita poſſideri, & exigi per Barones à vaſſallis, vt dicit Dominus de Fräch. allegata deciſ.56.num. 11. quod non eſt ſine dubitatione, attamé nō ceſſat præſumptio contra eos, quod timore, vel curialitate vaſſalli hoc præſtiterunt, non autem ex debito, quo caſu non currit præſcriptio, niſi titulum pręſcriptionis probant, vel probare poſſeſſionem temporis immemorabilis, vt dicit [Innoc. in alleg. cap.ſi diligenti num.5.& eſt tex. in d.cap.primo de præſcriptionibus in 6.& ſequūtur omnes pręcitati Doctores, & ſic patet reſponſio; nam poſito pro nunc, quod collecta in Regno non habeat reſiſtentiam iuris communis, vt dicit [Dominus de Fräch. d.deciſ.56. nu.11.] tamen habet violétam præſumptionem, quod Domini volentia exigit, & vaſſalli potius timore, quam ex debito præſtiterunt, & ideo ceſſat præſcriptio d. c. primo de præſcript. in 6. cum alijs doctrinis præcitatis;& propterea illi ſapiétiſsimi Domini de Sacro Conſilio fundauerunt eorum deciſionem non ſolum in eo, quod Barones poſsidere poſſunt collectá in Regno, & quod collecta non eſt de realibus, ſed quia Princeps Venuſij oſtendit titulum præſūptum, dum produxit priuilegium de Terra Ieſualdi ſuis,& anteceſſoribus conceſſa, cum collectis, & probauit ſub nomine collectæ

ſemper

ſemper vniformiter ſolutã fuiſſe 14.vncias per ſpatium ſeptuaginta annorum, quę ſolutio continuata per 70. annos, & ſemper vniformi prętatione facta,declarauit priuilegium, & clauſulam illam, cum collectis, vt ſub illo verbo collectis, contineatur ius exigendi vncias 14. ab vniuerſitate; vnde dũ Illuſtriſsimus Princeps Venuſij allegauit titulum dictæ exactionis,& illum probauit per priuilegium, vbi dicebatur cum collectis.

62 Et per poſſeſsionem 70. annorum ſemper vnanimiter factã, putauerunt illi Domini, non habuiſſe neceſsè Principem Venuſij probare præſcriptionem temporis immemorabilis,dum iuuabatur titulo præſumpto ex pluribus actibus cumulatiuè, nempè ex priuilegio, cum clauſula,cum collectis,& poſſeſsione 70.annorum ex præſtatione ſemper vniformiter facta, alias ſolum Priuilegium,cum dicta clauſula, cum collectis,non fuiſſet ſufficiens, vt diſponit [Regia Pragmatica 16. ſub tit.de Baronibus, pro qua deciſ.Sac.Conſ.facit deciſio. Teſau. 16.nu.9.] vbi tenet,quod ſi ſunt plures inueſtiturę factę de aliqua Ciuitate,vel Caſtro, cum furnis, & molendinis,ſi cum dictis multiplicatis inueſtituris cum prædictis clauſulis, concurrat tempus 60.annorum,per cuius temporis ſpatium ſemper vaſſalli acceſſerunt ad furnum, vel molendinũ Domini, quod ex his omnibus actis, cumulatiuè præſumitur, quod Dominus habet molendinum,vel furnum, cum iure prohibendi vaſſallos, accedere ad aliorum molendina, vel furnos pro molendo triticum,vel panẽ, quod eſt maxima declaratio ad dictas Regias Pragm. 14. 15. & 16. ſub tit.de baronibus.

63 Secundum caput quæſtionis eſt in præſcribendis ſeruitijs, & alijs iuribus per Barones, & Comites contra vaſſallos, & ſubditos,quæ poſſeſsio requiratur? 30. annorum,vel poſſeſsio temporis, cuius initij memoria nõ exiſtat? & pro reſolutione eſt præmittẽdum,quod omnia ſeruitia,vel iura perſonalia, quæ expreſsè per aliquam legem, vel Regni conſtitutionem à vaſſallis deberi Dominis ſuis non docetur, præſumuntur per vim, & metum extorta,Ità [Innoc.in d.cap.ſi diligenti num.5.extra de præſcriptionibus Io. And. in c. primo de præſcript.in 6.Bald. de Pace cõſtantiæ in verbo pactiones num. primo,Paris de Puteo de feudorũ reintegratione, in cap. quod incipit,an præſtatio ſeruitiorum longiſsimo tempore facta, fol. mihi 97. à tergo,] vbi dicit, hæc verba præſtatio ſeruitiorum non iuuatur curſu temporis, vbi eſt præſumptio, quod ſint præſtita timorę, uel curialitate, ut eſt à

ſub-

ſubditis Dominis, vel Prælatis eorum,[Afflict. in cōſt.quia frequenter num.7. Doctiſſimus Io. Franciſcus Capiblancus in Prag. prima nu.214.tit.de Baronibus,] vbi authoritate multorum Doctorum dicit,conſtituas hanc cōcluſionem,quod ſeruitia non debita à iure ſemper præſumuntur per vim à Dominis extorta, & ſubdit, & proinde conſtitutum eſt, quod ſiue conſuetudine, aut præſcriptione, iura, & ſeruitutes præſumant quærere Barones cōtra vaſſallos, quod minori tempore centum annorum tueri non poſſunt.

64 Per quæ patet reſolutio quæſtionis prępoſitæ,quod cum pręſumptio ſit contra Barones,quod per vim, vel metum hæc ſeruitia extorquerent à Vaſſallis d. cap. quia cognouimus 10. quæſt. 3. ad hoc, vt poſſint ſe tueri præſcriptione,debēt allegare,& probare titulum præſcriptionis, vel probare poſſeſsionem temporis immemorabilis [d.c.primo de præſcript.in 6.accedat dictū Affl. in conſt.quia frequenter, vbi nu. 4.] dicit, quod cum per dictam conſtitutionem vaſſalli, & vniuerſitates non poſſunt ſe obligare ad ſeruitia, vel alia onera perſonalia in perpetuum ſuis dominis,& Baronibus,ſine aſſenſu Regio, quia Rex eſt Dominus perſonarum,poſſeſſores iſtorum ſeruitiorum, non poſſunt ſe tueri minori poſſeſsione, quàm centū annorum, quia habēt ius conſtitutionum, & ſic ius commune contrarium,& quando poſsidentur ſeruitia iure reſiſtente,longiſſima poſſeſsio non tuetur poſsidentes,niſi habeant priuilegium, vel id, quod habetur loco priuilegij,quæ eſt poſseſsio temporis, cuius initij memoria non exiſtit [d.cap. primo de præſcr. in 6. & l. 3. §. ductus aquæ ff. aqua quotid. & æſtiua.]

65 Immò ſi vaſſalli, vel aliqua vniuerſitas in capitulatione, vel inſtrumēto confitētur,ſe eſſe obligatos Baroni ad aliqua ſeruitia perſonalia, iuxtà antiquum ſolitum, talis confeſsio eis non nocet, nèc talia verba probant talem vetuſtatem,& antiquum ſolitum,quia eſt facta inter perſonas prohibitas, & ideo præſumitur facta in fraudem dictæ cōſt. quià frequēter [ita Aff.in d.cōſt. num.5.argum. tex.in l.nec ſi volens C.de liberali cauſa.]

66 Subſequenter, poſtquam in præſcribendis ſeruitijs, & alijs iuribus contra vaſſallos, Barones debent probare poſſeſsionē centum annorum,vel tēporis, cuius initij memoria non exiſtit,quæritur, à quo tempore incipit talis poſseſsio,& per conſequens præſcriptio currere, & pro reſolutione eſt prænotandum, quod, vt quis quærat poſseſsionem ſeruitutis,vel alterius iuris per actus, quibus

quibus quæritur ſeruitus, vel aliud ius, neceſſarium eſt quando facit illos actus, vt intendat illos actus facere iure ſuo, ideſt iure ſeruitutis ſibi debitæ, item probare, quod ille, in cuius præiudicium quæritur poſſeſſio ſeruitutis, vel alterius iuris, ſciebat eum facere, & vti iure ſuo, ideſt iure ſibi debito [l. fin. ff. quēadmodū ſeruus amictatur l. fi. de itinere, actuq; priuato, gloſ. in c. Abbate Sancti Siluani, in verbo alciatenſem monacum, extra de verb. ſignif. Innoc. in c. 2. num. 1. in verbo requiſitus, extra de poſt. prælatorum, Io. Faber. in §. ęquè nu. 19. inſt. de actionibus] vbi dicit hæc verba, oportet, quod actor probet, quod vſus ſit iure ſeruitutis, aduerſario ſciente, ad hoc, vt acquirat poſſeſſionem ſeruitutis, & conſequenter, vt incipiat præſcribere; quia præſcriptio non eſt ſine poſſeſſione.

Vnde, vt poſſit conſtare, ſcilicet, quod quando faciebat illos actus, intendebat vti iure ſuo, aduerſario ſciēte, & patiente, vt per hoc dicatur cepiſſe eſſe in poſſeſſionem illius iuris, vel ſeruitutis [d. l. fin. ff. de itinere actuque priuato, & l. fin. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur] diſtinguēdum eſt.

67 Quędam iura, & ſeruitutes ſūt iura negatiua, & prohibitiua puta, ius prohibendi vaſſallos, nè eāt alibi ad molēdū, quā ad molēdinū Domini, vel nè vendant alibi ſuas merces, & victualia, quàm in fundicis, & ſtallis Domini, & his ſimilia; & in his iuribus prohibitiuis, & negatiuis non poteſt conſtare, quod intendebat vti iure ſuo, ideſt iure ſibi debito, aduerſario ſciente, & patiente, & per cōſequens, quod cepit acquirere poſſeſſionem iſtius iuris prohibitiui, niſi interceſſit prohibitio; puta quia vaſſalli alibi volebant ire ad molendū, vel ad vendēdū ſuas merces, & fuerunt prohibiti à Barone, nè alibi irent, quam ad molendinum ſuum, vel ad fundicos ſuos, vel macella ſua, & acquieuerunt; hoc caſu, à die talis prohibitionis, incipit eſſe in poſſeſſione iuris prohibendi, & conſequenter incipit currere præſcriptionem ſuper tali iure prohibendi: & ratio eſt, quia per talem prohibitionem, incipiunt vaſſalli ſcire, quod Baro intendebat hoc facere iure ſibi debito, non gratia, vel facultate naturali ipſorum vaſſallorum; ita præcitati Doctores, locis citatis; ante enim hanc prohibitionem, & ſi per centum annos vaſſalli eſſent ſoliti ire ad molendinum Domini, vel ad eius furnum, pro molēdo triticum, vel coquendo panē, ſoluto, quod pro iure molituræ, vel iure furni, non poteſt prætendere Baro, quid acquiſiuit ius prohibendi, quia iſti actus cōpetunt meræ facultati, & iure liber-

bertatis, qui nunquam inducunt conſuetudinem, vel præſcriptionẽ, vt [Affl. deciſ. 388. Io. Faber. in d. §. æquè, num. 20. inſt. de actionibus, Theſaur. deciſ. 16.] etenim contra illa, quæ de per ſe ſunt licita, & debentur à iure communi, vt eſt edificare furnũ, vel tabernam in ſuo ſolo, vel ire, quo vult ad vendendum res ſuas, vel ad molendum, vel coquendum panem, vt [l. altius C. de ſeruitutib. & aqua, & eſt Regia Pragm. 14. & 15.] de Baronibus, non currit præſcriptio niſi à die, quo quis prohibitus eſt, vt præcitati Doctores vnico ore dicũt in locis allegatis, hinc Dominus Capiblancus meritiſſimus Iudex M. C. V. in prag. prima de Baronibus, num. 205. dicit aut actus fiunt, iure ſuo, veluti ſi Baro prohibeat, nè quis accedat ad aliud molendinum, vel furnum, niſi ſuos, vel nè vẽdantur eius victualia, niſi venditis ſuis, & his ſimilia, tunc, per iſtos actus negatiuos, & prohibitiuos, data patientia vaſſallorum, quæritur poſſeſſio; ſecus ſi contradixiſſent vaſſalli; aut actus fiunt iure facultatis, & tunc mille non inducunt poſſeſſionem, vel quaſi, & infert, quod ſi infiniti vaſſalli ſoliti sũt ire ad furnum Domini, vel ad molendinum, non præſtabitur poſſeſſio, vel quaſi ipſi Domino, niſi interceſſit prohibitio, & ipſi acquieuerunt: quibus addo [Bartholomeum Cepollam in tract. de ſeruit. Vrbanorum prædiorũ cap. 20. tit. de furnis, & Iacobinũ de Sancto Georgio, in inueſtitura feudali, in verbo, & cum molendinis.]

68 Aut verò ſumus in alijs iuribus, & ſeruitutibus affirmatiuis; puta ius exigẽdi operas, vel aliud ſeruitium, vel collectam; & tunc ſi interceſſit multiplicitas actuũ, quod relinquitur arbitrio Iudicis, ex illis actibus incipit poſſidere ius exigendi illa ſeruitia, & ex illo tempore incipit currere præſcriptio vt [Bart. in l. prima §. hoc inter dictum num. 9. verſ. quod autem ſit vſus ff. de itinere actuq; priuato, vbi allegat Innoc. in d. cap. bonæ, num. primo extra de poſtulatione Prælatorum] Iudex .n. regulabit arbitrium ſuum ex qualitate actuum; nam quidã ſunt actus, qui ſolent fieri iure facultatis amicitiæ, vel vrbanitatis, vt recipere hoſpitem in domo ſua, vel ire ad molendinum Domini, & alia ſimilia, [& iſti actus nunquam dant poſſeſſionem, niſi interceſſit prohibitio, cum acquieſcentia, & patientia aduerſarij [l. qui iure familiaritatis ff. de acquirenda poſſeſſione] quidam uerò ſunt actus, qui poſſunt competere, & iure amicitiæ, & facultatis, & poſſunt competere iure ſeruitutis, vt ire per fundũ vicini, & hi actus tunc dant poſſeſſionẽ ſeruitutis, quando

dointercceſſit multiplicitas actuũ, puta, ſi 30. diebus vſus eſt illo itinere [d. l. prima §. hoc interdictum ff. de itinere actuq; priuato] niſi ſit alia præſumptio in contrarium, quod non iure ſeruituris ſit vſus, puta erat diruta via publica, vel erat lutoſa, & hoc caſu videtur vſus non iure ſuo, ideſt iure ſeruitutis, ſed cauſa euitandorum lutorum, vel propter incommoditatem viæ, vt [l. prima §. item Iulianus rectè ait, ff. de itinere, actuque priuato] quidam verò ſunt actus, qui non ſolent fieri, niſi ab eo, qui habet ius, & qui intendit vti iure ſuo, vt eſſe in electione Prælati, vel conferre beneficium, ſeu feudum, vel incidere ſæpem cauſa eundi, & hoc caſu per vnum tantum actum eſt in poſſeſſione illius iuris, vt [Iſer. in cap. primo num. 12. de controuerſ. feudi apud pares terminanda gloſ. in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & proprietatis Bart. in d. l. prima §. hoc interdictum num. primo ff. de itinere actuq; priuato, Innoc. in d. cap. bonæ memoriæ num. primo de poſtulatione Prælatorũ, hæc eſt Theorica Io. Fabr. in §. æquè, n. 21. inſt. de act.]

Vnum tamen eſt notandum in praxi, quod licet Baro non habeat ius prohibendi vaſſallos, nè alibi eant, quam ad ſuum molendinum, ità quod vaſſalli liberè poſſunt ire, quo uelint, [ut in pragm. 14. & 15. tit. de baronibus per tex. in l. altius, & quę ibi notantur C. de ſeruit. & aqua] tamen vaſſalli ſi eundo alibi, nullam aliam commoditatem reportant, quam tueri ceruicem libertatis, & damnum inferre Domino, hoc caſu cogendi ſunt potius ire ad molendinum Domini, quam ad molendina extranei, ſecus ſi haberent aliquam commoditatem, ità ſepè fuiſſe iudicatum per S. C. refert Dominus Marinus Freccia in 41. authoritate, & Dominus Rouit. in d. pragm. 14. num. 5. de Baronibus, & ſic practicaui, & obtinui in diuerſis cauſis.

69 Et vltimo, pro complemento eſt quærendum, si vaſſalli in iudicio competenti ſe grauant de iſtis ſeruitijs, & iuribus à iure non debitis contra eorum barones, lite pendente, an Dominus conſeruandus ſit in ſua poſſeſſione exigendi dicta ſeruitia, & annuã præſtationem, vel vaſſalli, dicta lite pendente, ſint ſeruandi immunes ab iſtis angarijs, & perangarijs: prima facie videtur, quod Baro ſit, lite pendente, conſeruãdus in poſſeſſione; quia nemo eſt priuandus ſua poſſeſſione, lite pendente, etiam, quod ſit contra ius, vt in c. primo extra, vt lite pendente, vbi Archiepiſcopus.

Yy Ebo-

Eboracenſis, tam ipſe, quam ſui prædeceſſores conſueuerunt facere deferri Crucem ante ſe per totam Angliam, & ſic etiam per Prouinciam Archiepiſcopi Cantorienſis, Conuentus Archiepiſcopus Eboracenſis à dicto Archiepiſcopo Cantorienſi, quod deſiſteret à dicto iure deferendi crucem ante ſe per ſuam prouinciam; dicit ibi Romanus Pontifex, ſecundum intellectum [Innoc. in verb. conſueuiſti, quod lite huiuſmodi pendente etiam, quod conſuetudo illa non eſſet præſcripta, vtatur ſua poſſeſsione: & ſic patet, quod conuentus, qui exiſtit in poſſeſſione iuris, eſt manutenendus in poſſeſsione, lite pendente, etiam quod dictæ poſſeſſioni reſiſtat ius commune; nam de iure communi, ſolæ quatuor ſedes Patriarchales, vbiq; per mundum, excepta Roma, poſſunt ante ſe deferri facere Crucem, [vt gloſ. fin in d. c, primo extra; vt lite pendente, hoc motiuum refert [Capyc. in deciſ. 209. numer. 21. verſ. facit. quarto.]

70 Secundo, quod Baro ſit manutenendus in poſſeſsione, lite huiuſmodi pendente, facit expreſſa doctrina [Innoc. in c. 2. num. 5. verſ. item nota, extra de in integrum reſtitutione,] vbi notabiliter dicit, quod ſi alius, quam, capitulum maioris Eccleſiæ, eſt in poſſeſsione eligendi Epiſcopum, & hic poſſeſſor ſit conuentus à capitulo, actione negatoria, quod ſibi non competit tale ius, quod lite pendente, ille qui erat in poſſeſſione, eſt tuendus in poſſeſsione; quia quamuis hæc poſſeſsio habeat reſiſtentiam iuris communis, vt probatur [in c. cum Eccleſia Sutrina, extra de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis, nihilominus eſt manutenendus in ſua poſſeſsione, quia, in hoc ſummarijſsimo iudicio poſſeſſorio, vt quis lite pendente, manuteneri debeat in poſſeſsione, ſola poſſeſsio facti ſufficit, quamuis ſit contra ius commune, & ſic habeat malam fidem, quemadmodum in iudicio poſſeſſorio vndè vi, eſt reſtituendus poſſeſſor, vel in iudicio turbationis, eſt tuẽdus poſſeſſor, licet habeat malam fidem, in ſua poſſeſsione, quia ſufficit ſola poſſeſsio facti, & nihil aliud quæritur in prædictis tribus iudicijs poſſeſſorijs; ità notanter dicit [Innoc. in alleg. cap. num. 5. verſic. item nota, extra de cauſa poſſeſ. & proprietatis, vt refert Cap. in d. deciſione 209. num. 9. verſ. facit ſecundo, nu. 18. verſ. facit quarto: conferunt tradita per Lancellot. de Attent. 3. p. cap. 24. q. 1. num. 69. & iu-

& iudicatum fuit in cauſa Baronis Rotundellæ cum vniuerſitate, teneri vaſſallos ad conducendum frumenta ad proxima litora maris, eorum ſumptibus, attenta conſuetudine talia faciẽdi, & longæua Baronis poſſeſſione, per teſtes, & ſcripturas ꝓbata, ex adductis rationibus ſuper eo diſcuſſis per [Thorum, in compendio deciſ. verbo vaſſalli an teneantur p. 1.]

71 Attamen in contrariũ eſt cõmunis opinio videlicet, ꝙ Baro, lite huiuſmodi pendente, debet abſtinere ab huiuſmodi exactione, & vaſſalli debent eſſe immunes, lite pendente, ab iſtis angarijs. & perangarijs, per [tex. celebrem, in c. cum perſonæ, de priuileg. in 6.] vbi Clericus exiſtens in Dioceſi, erat in poſſeſſione exemptionis à iuriſdictione ordinarij, conuentus ab ordinario ad docendum de iure ſuæ exemptionis, dicitur ibi, quod pendente huiuſmodi lite, Clericus non eſt tuendus in ſua poſſeſſione, ſed ordinarius poteſt liberè, vti ſua iuriſdictione contra eum, niſi Clericus alleget priuilegium ſuæ exemptionis, illudq; in promptu exibeat; quia tunc, pendente lite ſuper validitate, vel inualiditate priuilegij, eſt tuendus in ſua poſſeſſione, & hoc propter fauorem priuilegij; idem ſi allegat præſcriptionem, & priuilegium, quod exibet; quia lite pendente, eſt tuendus in poſſeſſione ſuæ exemptionis; quia ex quo exhibuit titulum, qui licet non erat de per ſè ſufficiens, tamen ſaltem ei præbuit cauſam præſcribendi, quo præſumitur bonę fidei in ſua poſſeſſione, ſecus si allegat ſolam præſcriptionem: nam cum tunc huic poſſeſſioni reſiſtat ius commune, quia omnes Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt ſub iuriſdictione Dioceſani, niſi probentur exemptæ [c. omnes Baſilicę 16. queſt. 3. non eſt tuendus in ſua poſſeſſione, vt in primo caſu dictum eſt refert Capyc. deciſ. 189.] ex quo patet, quod Baro cõuentus ſi allegat ſolam poſſeſſionem exigendi illa iura, non eſt tuendus lite pendente in ſua poſſeſſione, quia cum habeat reſiſtentiam iuris communis, & præſumptionem, quòd per metum potius illa extorquet, quam ex debito, debet, lite pendente, abſtinere: ſecus ſi allegat priuilegium, quod exibet in

72 promptu, vel allegat præſcriptionem, cum titulo, quem exhibet in promptù; in his .n. duobus caſibus, eſt tuendus in poſſeſſione ſua, vſq; ad exitum iudicij; quia ille titulus, in promptu exibitus, abſtergit omnem malam præſumptionem, & operatur, vt præſumatur

eſſe in bona fide exigendi dicta ſeruitia, ita authoritate multorũ diſtinguit Dominus [Capiblancus in d.pragm.prima tit. de Baronibus à n.229.vſq;ad nu. 240. quod antea dixit Cap. dicta dec. 209.nu.4.verſ. ſecunda difficultas] mouentur optima ratione, quia interdictum, vti poſſidetis non datur ei, cui ius reſiſtit contra eum,qui habet fundatam intentionem de iure communi [c. ad decimas de reſt.ſpoliatorum in 6.per quem text. ita docet Io.Fabr.in d.§.retinende nu. 33. verſ.item nota, quod agens inſt. de interdictis,] quod extendit ad Baronem, qui prætendit eſſe in poſſeſſione exercendi iuriſdictionem infra fines territorij alterius Baronis,vel Iudicis, quã doctrinã pulchrè laudat [Dominus Rouitus in Pragm. prima, n. 50. cum ſeq. de iuriſdictionibus inuicem non turbandis, ad-
73 do Dominum Regentem de Pont.in deciſ. 40.nu. 3.] vbi in ſpecie loquendo de hoc ſummarijſſimo Iudicio poſſeſſorio, quis manutenendus ſit in poſſeſſione,lite pendente, dicit, quod vbi qualitas rei reſiſtit poſſidenti,vel retinenti, ſine titulo, tunc ſi titulus non iuſtificatur, non poteſt in hoc indicio poſſeſſorio ſummarijſſimo, poſſeſſor ſimplex obtinere.

Tertio,limitatur dicta cõcluſio, vt non ſolum, vbi Baro alle-gat præſcriptionem, & titulum,
74 quem exibet,vel quando allegat ſolum priuilegium,quod exibet, pendente lite, Baro eſt manutenendus in poſſeſsione, cum hoc caſu ſolitum ſit prouidere, quod capiatur informatio, ſed etiam, vbi poſſeſſio Baronis eſſet longiſsima, puta vltra triginta annos, & præſtationes ſemper fuerunt vniformiter factæ, hoc caſu manutenendus eſſet,lite pendẽte in poſſeſsione, quia illa longinquitas temporis vltra 30. annos, cum præſtatione vniformi inducit præſumptionem, quod ipſe Baro ſit in bona fide,& ideo lite pendente non eſt priuandus ſua poſſeſsione,vt de Franch.deciſ.56.in prin. qui licet nihil alleget,potuiſſet allegare [Innoc. in d.c.2.nu.5. verſ.item nota extra de reſt. in integrum] vbi dicit,quod non ſolum exhibitio tituli inducit pręſumptionẽ,quod ſit in bona fide, ſed etiam longa poſſeſsio temporis, quod quantum debeat eſſe, relinquitur arbitrio Iudicis.

75 Quarto limitatur prædicta cõcluſio,vbi Baro ſucceſſor ꝓbat, ꝙ Barones ſui ꝓdeceſſores fuerũt in poſseſsione exigẽdi illa ſeruitia,quia per hoc videtur eſse bonę fidei in ſua poſseſsione,& ideo eſt cõ ſeruandus lite pẽdente, & prouideri ſolet,quod capiatur informatio, eſt Doctrina [Innoc. in alleg. cap. 2. num 5. extra de

de reſt.in integrum, quam Innoc. doctrinam refert, & comprobat [Ioſeph Seſſe in tract. de inhibitionib. c. 5.§.10.à num.5. vſq; ad finem.]

76 Non obſtát in contrarium adducta [primo doctr. Innoc. in cap. primo extra, vt lite pendente], nam ibi Archiepiſcopus Eboracenſis allegauit vltra poſſeſſionem ſuam, & ſuorum prædeceſſorum, priuilegium, & ſic titulum ſecundum intellectum [gloſ.fin in d.cap.primo,] vt lite pendente, quam ſequitur, ibi Abb.Siculus num.20.& ſic concordat cum cap.cùm perſonę de priuilegijs in 6.] Secundo reſpóderi poteſt, quod Archiepiſcopus Eboracēſis ſic vtebatur, quia ita ſui prædeceſſores vſi erant tali facultate facere deferri crucem ante ſe per totam Angliam,& ideo erat bonę fidei in ſua poſſeſſione meritò, lite pendente, non erat priuandus ſua poſſeſſione, iuxta allegatam doctrinam in quarta noſtra limitatione.

77 Secundo non obſtat allegata doctrina [Innoc. in d. cap. 2.extra de reſt.in integrum] vbi parificat hæc tria iudicia poſſeſſoria, nēpe Vnde vi, Turbationis,& Lite pendente, vt in eis ſufficiat probare poſſeſſionem facti, licet non ſit de iure, ad hoc, vt reſtituatur, uel manuteneatur in ſua poſſeſſione; nam reſpondetur, quod ibi Innoc. loquitur, de poſſeſſione, quam Clerici eiuſdē Ciuitatis dicunt habere cum Canonicis intereſſendi in electione Epiſcopi, vel de poſſeſſione, quam ſuffraganei dicunt habere in electione Archiepiſcopi, vna cum Canonicis Metropolitanæ Eccleſię, quo caſu, licet iure cōmuni electio pertineat ad Canonicos; tamen, vbi Clerici eiuſdē Ciuitatis, vel ſuffraganei dicunt eos quoq; habere ius intereſſendi in electione, hæc poſſeſſio non eſt contra ius commune, ſed eſt contra ius priuatum Canonicorū Illius Eccleſiæ; nullibi .n. reperitur prohibitum, vt ſuffraganei, vel Clerici eiuſdem Ciuitatis ſint prohibiti poſſidere ius eligendi ſimul cum Canonicis, & ideo cum non habeant in contrarium ius commune, ſed ſolummodo habeant contrarium ius priuatū Canonicorum illius Eccleſiæ nō procedit contra eos c. cum perſonę,& c.ad decimas,& licet poſſet dici, quod quamuis dicti Clerici, vel ſuffraganei non habeant ius commune contrarium; actamen habent præſumptionē contra sè, quod iniuſtè vſurparūnt illud ius eligendi poſt quam iure communi ſpectat ad Canonicos; quia quęlibet res præſumitur libera, niſi quis pbeat sè habere ius in ea [l.altius C. de ſeruitutibus,& aqua: ad hoc reſpondetur, prout communiter omnes

nes Doctores reſpondent, vt eſt videre ex [Couar. & Ioſeph Seſſ. loc.ci.]quod aut iſta præſumptio eſt leuis, aut violenta, & grauis, quod cognoſcitur, & arbitratur ex qualitate perſonarum, vt [Innoc.in c. bonæ memoriæ de poſtulatione prælatorum nu.6.] vt vbi præſumptio eſt violenta, & grauis, tunc procedant c. cum cum perſonæ,& c.ad decimas,vt quis lite pendente non ſit manu tenendus in poſſeſſione,vt in caſu noſtro, nam Barones habent violētam præſumptionem, quod ſeruitia à iure nō debita per metum extorquent [d.cap.illud, 10. quæſt. 3.] ſed vbi eſt leuis præſumptio, vt eſt in terminis [d.c. cum Eccleſia Sutrina,& d.c. bonæ memoriæ]quæ loquuntur de clericis eiuſdem ciuitatis, & de ſuffraganeis intendentibus habere ius intereſſendi cum Canonicis,& vocem dandi in electione Epiſcopi, hoc caſu ſunt manutenendi in poſſeſſione lite pēdente, vt [d.c.cum Eccleſia Sutrina,& dicit Innoc.in d.c.2.n.6. extra de poſtulat.prælatorum.]

78 Quid econtra?Vniuerſitas,ſeu vaſſalli agunt confeſſoria,dicentes eis cōpetere ius, ſeu ſeruitutem paſcendi,aquandi,& lignādi in territorio Caſtri vicini, ratione communionis, cum aſſenſu Regio, quem allegant ſolum, ſed illum non exhibent; vel Baro illius caſtri agit negatoria, dicens non competere vniuerſitati, & eius hominibus ius paſcendi, aquandi, & lignādi in territorio demaniali ſui caſtri, lite huiuſmodi pendente,an vniuerſitas ſit manutenenda in poſſeſſione, vel potius debeat interloqui, quod ſe abſtineat ab vſu dictæ ſeruitutis,& iuris paſcendi? Hæc quæſtio fuit in Sacro Conſilio,& ſatis benè diſcuſſa,vt per[Capyc. deciſ.189.] & prima facie videtur dicendū, quod vniuerſitas,& homines debent ſe abſtinere, lite pendente,per dictum [cap. cū perſonæ de priu. in 6.] vbi ſola poſſeſſio non ſufficit, vt ratione poſſeſsionis tueatur in ſua poſſeſsione lite pendente, quando intētio aduerſarij fundata eſt iure communi,quod proprietas,& dominium rei, ſit ſua, niſi dicta poſſeſſio ſit adiuta titulo, non ſolum allegato, ſed etiam producto: at in caſu noſtro fundata eſt intentio Baronis iure communi, igitur vniuerſitas, quæ ſolā poſſeſsionem habet,non eſt tuenda in ſua poſſeſsione, lite pendente.

79 Secundo, per doctrinam [Ioan. Fab. in §. retinendæ nu.37. verſ. item nota,inſt.de interdictis]cuius verba ſunt hæc, item nota, quod agens interdicto vti poſsidetis, debet ſuccūbere,ſi agat cōtra illum, qui eſt fundatus de iure communi, niſi probet titulū, & ideo videtur, quod ſi Abbas dicat ſe habere poſſeſsionem iurium

rium

rium Epiſcopalium, & agat hoc interdicto, ſuccumbit, niſi probet titulum, quia ſi ſpoliatus hoc caſu ſuccumbit, multo fortius ille, qui dicit ſe turbatum [c. ad decimas de reſt. ſpoliatorum in 6.] & idem ſi aliquis dicit ſe habere iuriſdictionem infra fines territorij alicuius Comitis, Baronis, vel Epiſcopi; & ſubdit, quod eſt magna ratio, quia quando aliquis eſt fundatus iure communi conſtat de eius proprietate, idcirco non debet fieri exequutio in poſſeſſione [c. cum dilectus, extra de cauſa poſſ. & propriet.] & idem ſi non eſſet fundatus de iure communi, ſed aliàs conſtaret de iure proprietatis notoriè, vel manifeſtè, vt patet in [c. ſi Iudex laicus, de ſententia excom. lib. 6.] hæc ille, vnde ſi ille, qui habet ſolam poſſeſſioné contra illum, qui de iure cómuni habet fundatã ſuã intentioné, quod res ſit ſua, non reſtituitur in poſſeſſorio, vnde vi, nec defenditur turbatus per interdictum vti poſſidetis [d. c. ad decimas] ergo nec debet lite pendente conſeruari in ſua poſſeſſeſſione, quia hæc tria poſſeſſoria, nempe interdictum vnde vi, vti poſſidetis, & vt lite pendente quis non priuetur vti ſua poſſeſſione, à pari procedunt, vt illa æquiparat [Innoc. in d. c. 2. nu. 5. verſ. item nota extra de reſt. ſpoliatorum, & hanc Io. Fabri doctrinam adducit in ſimili caſu Dom. Rouit. in pragm. 1. nu. 29. cum ſeq. de iuriſdictionibus inuicem non turbandis.]

80 Attamen contrarium fuit per S.C. iudicatũ, vt teſtatur [Capyc. allegata deciſ. 189.] vbi vniuerſitas, & homines Ciuitatis Titi fuerunt lite pendente in iudicio ordinario moto, vel mouendo, cóſeruati in poſſeſſione iuris paſcendi, aquandi, & lignandi in territorio Ciuitatis Potentiæ, ratione communionis, cuius occaſione, antiquiſſimam poſſeſſionem 80. annorum probauerunt, licet dictam communionem cũ aſſenſu tantum allegaſſent, & nó exhibuiſſét; & motiua deciſionis fuerunt, quia dum Vniuerſitas probauit ſuam poſſeſſionem antiquiſſimam, & allegauit communionem, cum aſſenſu, & virtute talis communionis dicebat, quod ipſa per tam longiſſimum tempus fuit in poſſeſſione, præſumebatur titulus communionis; & ſicuti poſſeſſione adiuta, titulo vero, ſufficit, quod quis manuteneatur lite pédente in poſſeſſione d. c. cum perſonæ, eodem modo quando eſt adiuta, titulo præſumpto à lege: vnde eſt notabilis declaratio ad dictum capitulum

81 cum perſonæ, vt non ſolum poſſeſſio adiuta titulo operetur, vt quis lite pendente conſeruetur in poſſeſſione ſua, contra eũ, qui de iure communi conſtat eſ-

ſe

ſe proprietarium, & Dominum rei, ſed etiam vbi eſſet adiuta, titulo præſumpto à lege; ita [Cap. d.dec.189.n.10:] & iterum idem deciſum fuit per S.R.C. in cauſa vniuerſitatis Baiani cum Octauio Cataneo apud [Thorum in compendio p. 2. verbo Baro an poſſit] quod magis clareſcit ex reſponſione ad contraria adducta, & primo ad Cap. cum perſonæ, reſpõdetur, vt dicit Capyc. quod procedit non ſolum quando eſt poſſeſſio adiuta, titulo vero, ſed etiam quando poſſeſſio eſt adiuta titulo à lege præſumpto.

82 Secundo, reſpondetur, nam hoc, quod dicitur poſſeſſio habet ius commune contrarium, duplici modo poteſt intelligi, vno modo dicitur, poſſeſſio habet ius commune contrarium, & ſic habet reſiſtentiam iuris, ideſt quia illa res prohibetur poſſideri ſine ſpeciali titulo, vt puta, laicus eſt incapax, iure cõmuni, poſſidere ius decimarum, & ius eligendi prælatum, vt in [c. cauſam extra de præſcript. & cap. Cumana extra de elect. & his ſimilia adducta per gloſ. in cap. ſi diligenti extra de præſcript.] & hoc caſu, quis lite pendente non eſt tuendus in ſua poſſeſſione, quia habet reſiſtentiam iuris cõmunis [c. cõtra morem 100. diſ. & c. illud 93. diſt.]

83 Secundo modò intelligitur illa propoſitio, poſſeſſio habet ius commune contrarium, ſcilicet quia intentio. aduerſarij eſt fundata iure communi, quod res pertineat ad ipſum, non quod ipſe poſſeſſor ſit incapax poſsidere illam rem, ſed habet contrarium ius commune, ſcilicet iure communi apparet, quod res non pertineat ad ipſum poſſeſſorem, ſed quod pertineat ad ſuum aduerſarium, & ex hoc, quia iure communi conſtat, quod res non ſit poſſeſſoris, ſed ſit ſui aduerſarij, oritur præſumptio contra ipſum poſſeſſorem, quod illam rem iniuſtè occupauit; quia quælibet res præſumitur libera, niſi probetur, quod quis habeat ius in ea [l. altius C. de ſeruit. & aqua] & in hoc ſecũdo modo accepto, illud axioma poſſeſſor quando habet iuris reſiſtentiã, ſcilicet præſumptionem, quod iniuſtè occupa-
84 uit, non eſt tuendus in ſua poſſeſſione; diſtinguendum eſt, aut iſta præſumptio eſt violenta, vt ſunt exempla in [c. ad decimas de reſt. ſpoliator. & in d.c. cũ p̃ſonæ, & ſunt exempla narrata per Io.Fab. in d §. retinẽdæ n. 33. verſ. item hota de interdictis] & in omnibus iſtis exemplis, quia præſumptio, quæ oritur, ex eo ꝙ intentio aduerſarij eſt fundata iure communi, eſt violenta præſũptio, quod iniuſtè occupauit, & ſic quando habet poſſeſſionẽ iniuſtam, procedit dictum cap. cum

cum

cum perſonæ ; vt quis lite pendente, non ſit tuendus in ſua poſſeſſione; ſi verò iſta præſumptio, quæ inde oritur, non eſt violenta, ſed eſt leuis,quod relinquitur arbitrio Iudicis, ex qualitate perſonarum,& rerum,& tũc poſſeſſio ſola facta abſque oſtenſione tituli,ſufficiens eſt, vt quis non ſolum conſeruetur in poſſeſſorio ſummariſſimo, vt lite pendente, ſed etiam in iudicio poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis, vbi eſt ſpoliatus, vt ei fiat reſtitutio, & in iudicio vti poſſidetis, vbi turbatus,vt tueatur in ſua poſſeſſione, vt eſt [tex. in c. cum Eccleſia ſutrina, extra de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis] vbi clerici conuentualium Eccleſiarum fuerunt reſtituti ad poſſeſſionem iuris eligendi, quamuis intentio aduerſariorum erat fundata iure cõmuni, quod ius, & proprietas iuris eligendi ſpectabat ad eos; ita in anfractu opinionum diſtinguit Doctiſſimus[Couarr. practicarum quæſt. cap.17. nu.6. quam latiſsimè refert, & ſequitur Ioſeph. Seſe in cap.5.§.10.nu.30] vnde in caſu quæſtionis præpoſitæ cum inſpecta qualitate perſonarum poſſidentium, & qualitate rei poſſeſſæ non ſit violenta præſumptio contra vniuerſitatem, quod indebitè vſurpaſſet illud ius paſcendi, ſed tantum eſt leuis; quia ſi non haberet vniuerſitas hoc ius Dominus territorij non fuiſſet paſſus tot longiſsimo tempore vti tali ſeruitute: ideo in caſu hu-
85 ius quæſt. non ſibi vendicat locum [cap.cum ad decimas, & c. cum perſonæ ; vnde apparet, quod S.C. optimo iure iudicauit illos de Tito manutenendos in poſſ.lite pendente,vt Capyc.deciſ. 189.] Secundo, non obſtat doctrina Io.Fab. quia ibi Io.Fab. loquitur in caſibus, vbi inſpecta qualitate perſonarum poſſidentium,& rerum poſſeſſarum, oritur violenta præſumptio, quod poſſeſſor indebitè poſſeſſionem vſurpauit, ideo ſpoliatus non reſtituitur, nec defenditur turbatus[d.cap.ad decimas de reſt.ſpoliatorum, & Dominus Rouitus in d.pragm.1.num.29. de iuriſd. inuicem non turbandis,& in cõſil.92.vol.2.] & ita eſt intelligendum dictum Domini Capiblanchi in[d.pragm.1.num.239.]qui ſicco pede tranſit in hoc articulo,alias ſibi obſtaret[d.deci.S.C. relata per Capyc. deciſ. 189. cui non cõtradicit alia dec.Cap.77. nam in ea deciſ. 77.] inſpecta qualitate rei : de qua ibi agebatur, erat violenta præſumptio in iuſtitiæ poſſeſſionis. Dum ibi agebatur de iure reali, quod non poterat poſſideri ſine titulo, quod ſecus eſt in rebus feudalibus,quæ licet prohibeantur alienari ſine aſſenſu,tamen non ſunt prohibita poſſideri; cum acquiran-

rantur præſcriptione, donatione vera, & præſumpta: vt [Iſern. in c.illud,nu.70. verſ.publica vero] quæ ſunt in patrimonio Principis,de prohibita feudi aliena.per Feder.]

86 Hinc Sacrum Concilium Tridentinum,vt in cap.9.ſeſſ.25.de reformat.decreuit,quod licet ius patronatus Eccleſiaſticum poſſit præſcribi ſpatio xl. annorum; tamen ſi perſonæ, quæ allegant hanc præſcriptionem , ſint tales, quæ propter eorum potentiam, ſit contra eos præſumptio, quod ex vſurpatione potius, quam ex debito poſſident, vt requiratur probatio temporis immemorabilis,& quod eorum præſentationes,continuatè,ſaltim per 50. annos,omnes effectum habuerunt; & ſic vbi eſt præſumptio iuris, quod poſſeſſor indebitè vſurpauit poſſeſſionem alicuius iuris, non iuuatur tali poſſeſſione, niſi ſit poſſeſſio temporis immemorabilis.

REPETITIO

In cap. 1. ſi vaſſallus feudo priuetur.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quoad feudatarios quatuor modis finiuntur.*
2 *Feudum dum finitur, non ſemper vadit ad dominum.*
3 *Cauſæ feudum amittendi generaliter.*
4 *Felonia comprehendit omne factum feudatarij & domini illicitum.*
5 *Felonia quid ſit largè, & ſtrictè ſumpta & vnde deriuetur.*
6 *Felonia alia contractus, alia delicti, & exempla in vtraque.*
7 *Felonia alia reſpicit dominum, alia non reſpicit dominum; & exempla in vtroque.*
8 *Felonia alia in omittendo, & alia in cõmittendo.*
9 *Fidelitas habet duas habenas.*
10 *Feudatarius ducitur per præcepta fidelitatis, ſicut equus per habenas.*
11 *Feudum cui aperiatur; domino an agnatis, quando eſt nouum.*
12 *Feudum antiquum in felonia non reſpiciente dominum, & non eſt hereditarium, aperitur agnatis contra gloſ.*
13 *Gloſ. reprehenditur in articulo an feudum antiquum hereditarium aperiatur agnatis.*
14 *Feudum antiquum non hereditarium in felonia non reſpiciente dominum, an aperiatur agnatis excluſo domino; in quo tres opiniones recitantur.*
15 *Iſer. & alij allegantes Hoſtienſem tenentem, quod feudum reuertitur ad agnatos, male ipſum allegant, quia tenet contrarium.*
16 *Intellectus §. denique, quæ ſit prima cauſa benefic. ammitten. in verbo non ad proximos.*
17 *Verba generalia reſtringuntur ne quis indebitè damnum patiatur, & vt minus recedatur à iure communi.*
18 *Interpretatio capi debet quæ maiorem æquitatem continet, & per quam minus receditur à iure communi, & nemini fit iniuria.*
19 *Intellectus § hoc quoque, de ſucceſſione feudi an loquatur in feudo nouo, vel in feudo antiquo.*
20 *Aduerſatiua quando aduerſetur in iure, & in facto.*
21 *Intellectus diuinatiuus reiiciendus.*
22 *Hieronymus Crat. reprehenditur circa intellectum tex. in §. denique quę ſit prim. cauſ. benefi. amittendi.*
23 *Dictio quandoque ſignat regulam eſſe in contrarium.*
24 *Inueſtitura feudi habet tacitam conditionem reſolutiuam donec deſcendentes erunt fideles.*
25 *Feudum dicitur ſubiacere, ſeu quaſi, reſtitutioni.*
26 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*
27 *Prælatus feudatarius, ſi delinquit, feudũ durante vita, vadit ad dominum.*
28 *Monaſterium habebit rem libellariam durante vita monaci.*
29 *Feudum deuoluitur ad dominum immediatum durante vita feudatarij delinquentis.*
30 *Capitula extraordinaria ſunt aphochrypha.*
31 *Feudum hereditarium ſubiectum fideicommiſſo ex diſpoſitione cum aſſenſu, differt à feudo ex pacto, & prouidentia.*
32 *Aſſenſus facit de allodio feudum.*
33 *Feuda habent naturam diſtinctam, & non ſemper iudicatur res non hereditaria, ſed quatenus habet ſimilitudinem cum re non hereditaria.*

34 *In-*

34 *Inueſtitura feudi quando est facta generi, an delictum vnius noceat alteri.*

35 *Inueſtitura cum quibus clauſulis oportet eſſe, vt delictum vnius alteri non præiudicet ſecundum Bald. & alios.*

36 *Feudum ſi amittitur ob alienationem de iure communi feudorum, ad quem reuertatur, ad dominum, an ad agnatos.*

37 *Felonia alienationis an dicatur reſpicere dominum.*

38 *Intellectus* §. *ſed & res, per quos fiat inueſtitura.*

39 *Intellectus* §. *hoc quoque, de ſucceſſione feudi, vt loquatur reſpectu iuris antiqui.*

40 *Feudum ſi amittitur ob ſeruitium non præſtitum, an reuertatur ad dominũ, vel ad agnatos.*

41 *Feudum ſi amittitur ob inueſtituram non petitam, an reuertatur ad dominum, vel ad agnatos.*

42 *Felonia patris an noceat filijs in feudo, & quando.*

43 *Feloniam committens facit contra naturam contractus.*

44 *Filius quando excludatur à feudo cõceſſo pro ſe, & liberis, ex delicto patris, & quid ſi pro ſe, & filijs.*

45 *Feudum ſi amittitur, & non reuertitur ad dominum, quis præfertur, filius, an agnatus.*

46 *Feudum ſi ammittitur, & applicatur domino, an applicetur domino mediato vel immediato; in quo plures opiniones recitantur.*

47 *Alienatio neceſſaria permiſſa eſt, licet voluntaria prohibeatur.*

48 *Feudum an veniat in confiſcatione bonorum.*

49 *Feudum an ſit de ſui natura tranſitorium ad hæredem extraneum.*

50 *Fiſcus in bonis publicatis dicitur quaſi hæres.*

51 *Feudum planum, & de tabula an applicetur in crimine læſæ maieſtatis Baroni, vel* Regi.

52 *Feudum cõceſſum pro hæredibus quibuſcunque, an, & quando tranſeat in fiſcum ex publicatione bonorum.*

53 *Feudum conceſſum alicui, & cui dederit, quando tranſeat in fiſcum.*

54 *Feudum pro quo non præſtatur ſeruitium perſonale, ſed reale, an veniat in confiſcatione bonorum.*

55 *Feudum quaternatum ſub Barone quãdo aperiatur ei ex delicto feudatarij, & quid in feudo plano, & de tabula.*

56 *Intellectus l. ſtatius florus* §. Cornelio *felici, ff. de iure fiſci an habeat locum in feudalibus*

REPE-

REPETITIO

Tituli, ſi vaſſallus feudo priuetur, cui deferatur.

VAſſalli feudum delinquẽtis, licet ad agnatos quandoq; pertineat, filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à domino licitè acquirat, ſibi gratiam faciente; verbi gratia, ſi non ſunt alij ex latere, quibus aperiatur, ad eius petitionẽ admittuntur, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui id acquiſiuit, & etiam vſque ad infinitum, dum tamen hos conſtet ab eo per maſculos deſcendiſſe.

1 Pro intellectu titu. & dicẽdorum eſt notandum primò, quod feuda quoad feudatarios, generaliter quatuor modis extingui, & finiri poſſunt, & ſic quatuor modis poſſunt ad dominũ deuolui, & ei aperiri. Primo igitur poteſt feudum aperiri propter delictum feudatarij, ſi aliquid facit, propter quod feudo priuari debeat. Secundo poteſt aperiri, & deuolui ex cauſa refutationis feudi, ſi feudatarius feudum ipſum refutauerit. Tertio, poteſt aperiri ex defectu, puta ſi feudatarius effectus eſt clericus, religioſus, aut conuerſus, mutus, ſurdus, aut alias imperfectus, in caſibus, in quibus feudum retinere non poteſt. Quarto per mortem ipſius feudatarij. Eſt iſta diſtinctio de mente [Zaſij in tract. feudi p. 10. nu. 85.]

2 Secundo notandum eſt, quod finito feudo quoad feudatarium, nõ ſemper domino aperitur, ſed nùnc ad filios, nùnc ad agnatos, nùnc ad dominum; ideo principaliter proceſſit diſpoſitio contentorum ſub hoc titulo, in quo, vt videtis, rubrum eſt generalius nigro, quia in rubro generaliter tractatur, cui deferatur feudum ſi feudatarius illo priuatur. Nigrum autem ſe reſtringit ad caſus, quando ex delicto, vaſſallus feudo priuatur, dicit enim, vaſſalli feudum delinquentis, &c. Sed nos explicabimus quæſtionem in rubro poſitam, & ſic habebimus reſolutionem quæſtionis in genere, & in ſpecie.

3 Et ideo tertio, pro declaratione dicendorum, notandum eſt; quòd lex feudalis non fuit conſiſa exprimere omnes cauſas ex quibus vaſſallus ſit feudo priuandus

dus, ſed certas tantùm notabiles cauſas expreſſit. Poſtea pro regula tradidit, vt omnes cauſæ ingratitudinis, ex quibus donatio per donatorem reuocari poteſt. Itẽ omnes cauſæ, ex quibus poteſt filius exhæredari, & ſic omnes cauſæ, quæ de iure ſufficiunt ad diſſoluendum matrimonium; ſufficiant etiam ad feudi priuationem, ac demum his ceſſantibus voluit, vt ſi quid feudatarius committeret extra cauſas expreſſas in libro feudorum, & extra cauſas memoratas relatiuè, vt ſupra, an propterea ſit vaſſallus feudo priuandus, remiſit iudicis arbitrio, habita conſideratione ad mores naturales, & conſuetudinarias cuiuſque Regni, conſtat hoc in [cap. 1. in quibus cauſ. feud. amitta. & in c. 1. §. item prædictis, quæ ſit prim. cauſ. benef. amitten.]

4 Quarto ſucceſſiuè notãdum eſt, quod omne factum feudatarij, ex quo oriatur feudi priuatio ſecundum præmiſſas regulas cõprehenditur ſub hoc vnico verbo,
5 ſcilicet felonia: nàm licet felonia ſtricte ſumpta, dicatur delictum ſiuè crimen, tamen largè ſumpta, & propriè, dicitur omnis defectus, quicumque ſit in hoc libro feudorum expreſſus; vnde dicitur felonia idem, quod deceptio, vel defectus, & deriuatur à fallo fallis, & formatur à præterito perfecto feſelli, inde felonia ſecundum [Ioan. Rain. in c. Imperialem §. præterea ducatus num. 31. de prohibi. feud. alien. per Federic. vel ſecundum moderniores Vltramontanos, in tit. quib. mod. feud. amic.] qui doctiores ſunt circa ethimologiam nominum, felonia eſt verbum militare, quod tractum videtur à verbo græco, quod philoſis, ſeu philoma pronunciatur; vt cunque ſit, verbum hoc felonia, omne factum feudatarij cõprehendit dignum feudi priuatione, quod factum in hoc libro feudorum nunc nominatur culpa, vt in [cap. 1. de feud. ſine culp. non amitten. & in c. ſancimus, quo temp. mil. & alibi, nunc ingratitudo, vt in c. 1. ex quib. cauſ. feud. amitta. nunc felonia, vt in cap. 1. de vaſſall. qui cont. conſtit. Lothar. nunc infidelitas, vt in c. 1 in fin. de aliena. feud. pater.] Quinimmo, verbũ hoc felonia, nedũ factum feudatarij illicitum, ex quo feudum amittatur, comprehendit, ſed etiam factum domini illicitum, ex quo ipſe directo dominio priuetur, vt in [c. 1. §. domino ſi de feud. defunct. milit.]

Proponamus ergo quęſtionem in genere, prout in rubr. ſi vaſſallus feud. priuet. ex fellonia cui defertur, domino? filijs? vel agna-
6 tis? Sed prius notate quot modis felonia diuidatur; & primo alia dicitur felonia contractus, alia

felo-

felonia delicti:ponit iſtam diſtinctionem [Bal.in c.1. de feu.non habēte propri.feu. natu. in verbo amiſſas, & ibi Mart. Laudenſ. & de hac duplici felonia meminit idem Bal. in prẹlud. feudorũ in vltima diuiſione feudorum, & in conſ. 291. incipiente, ad euidentiam præmittendum eſt num.7.volum.2. & in c.ſi cautio num.72. de fid. inſtrum.] & hic in princ.num. 2. dicit idem per alia verba; ponit namque ingratitudinem contractus,& ingratitudinem delicti: de hac duplici felonia mentionem facit idem [Bal. in c.1. de feud. guard. vbi Aluarott.& Præpoſi.nu.13.& 14 & Par.de reintegr. feud.f.64. nu. 13.Aluarott.& Præpoſi.in c.Imperialem §. illud quoque mentionem fecerunt de ingratitudine contractus, & delicti; exempla in vtraque felonia ponũt Bal. & Martin. Laudenſ.in d.c.1. de feu.non haben.propri.natu.feu.] dicentes quod felonia contractus eſt,quando vaſſallus non facit ſeruitium debitum ex contractu feudi: felonia delicti eſt quando vaſſallus committit maleficium;ſed idem[Bal.in conſ.9 incipien. factum tale eſt,volum. primo] videtur ponere aliud, exemplum in felonia contractus ſcilicet, quando alienatur feudum ſine conſenſu domini, dicens, quod felonia alienantis purgatur ex [l.contractus; & ita exemplificant Aluarott. & Præpoſi.in d.§.illud dicētes ingratitudinē contractus,ſ3.alienationis.]

7 Habemus etiam aliam diuiſionem feloniæ; alia namque reſpicit dominum feudi, alia verò non reſpicit dominum: colligitur iſta diſtinctio ex [text.in cap. primo, §. denique quæ ſit prima cauſ. benefic. amitten. & ponit Hoſtienſ. in ſumm. in titulo de feud.verſic. quibus mod. col.2.] Exempla in felonia non reſpiciente dominum ſunt, quando feudatarius fratrem proprium occidit, vel crimen parricidij committit, vt in [d. §. denique vbi Bald. & ponit Iſern. hic.] Exempla verò in felonia dominum reſpiciente plurima ſunt: & quia in illis Doctores diſſentiunt, vt infra videbitis in proſequendo diſcuſſionem quẹſtionis propoſitæ.

Notate tamen interea, quod [Salic.in l.2.nu.5. C.de libert.& eor.liber.]Aliam diſtinctionem in materia ponere videtur, quia facit differētiā, an feudum amittatur ex delicto communi, cuius pẹna ſit bonorum publicatio, an ex delicto feudali, ſeu commiſſo cōtra leges, & conſuetudines feudorum,vt declarat [Imol.in c.2. col.2. n.23.ext.de feu.] qui licet impugnet cōcluſionem Salic.nō tamen impugnat diſtinctionem. Vnde declaratur diſtinctio præmiſſa, aut felonia reſpicit domi-

num,aut non reſpicit dominum, vt procedit in delicto feudali cõ miſſo contra leges, & conſuetudines feudorum.

8 Tertia diuiſio, quæ in felonia conſideratur eſt, quia alia conſiſtit in ommictendo, alia in commictẽdo, quia ſicut fidelitas, quæ
9 debetur domino ratione feudi habet duas habenas, ſcilicet in faciendo, quę fieri non debent, & non faciendo, quæ fieri debẽt, quæ duo præcepta ſunt duæ habenæ, per quas homo ſubditus ita ducitur ſicut æquus, & alia
10 animalia ducuntur per habenas, ſecundum [Bart. in tract. ad reprimendum, in verbo habenis, vt plenius dixi in cap. 1. §. huius autem generis, in quib. cauſ. feud. amict.] ita felonia, quã principaliter feudatarius committit contraueniendo iuramento fidelitatis, duplici modo conſiderari poteſt, in omictendo, & in commictẽdo, vt hanc diſtinctionem in ſpecie ponit [Curt. in trac. feu. in prima parte 7. q. princip. in fi.] dum tractat de validitate pacti, per quod felonia remictatur, diſtinguit namque inter feloniam in omictendo, & inter feloniam in commictendo.

Deſcendamus nunc ad quæſtionem propoſitã, In qua quæſtione Doctores adeo confuſè, & inordinatè loquuntur, vt vix cum ferè immenſo labore colligi potuerit, quæ nam fuerit intentio ipſorum; confundunt namque penitùs capita quæſtionum, ita vt ex eorum dictis veritas hauriri non poſſit: ideò ad rem iſtam quantum fieri poteſt dilucidandam, facio principaliter quatuor capita.

Aut enim poſtquàm vaſſallus feudo priuatur, oritur quæſtio inter agnatos feudatarij, & dominum directum; Aut & ſecundo oritur differentia inter filios feudatarij, & dominum directum; Aut & tertio oritur quæſtio inter agnatos feudatarij ex vna, & filios feudatarij ex altera; Aut & quarto quæſtio eſt inter dominos mediatũ, ſcilicet, & immedia
11 tum. Circa primum caput, quando quæſtio eſt inter agnatos, & dominum. Aut ſumus in feudo nouo, & tunc dominus præfertur agnatis, quia in feudo nouo non ſuccedunt, niſi deſcendentes ex maſculo [§. & ſi clientulus de alienatione feudi, & frater ab illius ſucceſſione excluditur c. 1. in fi. de ſucc. feu. ita dicit Iſer. hoc n. 4.] qui dicit, quòd feudũ nouũ ſẽper domino aperitur, vt in [c. 1. §. fi. verſ. ſi verò nõ in dominũ, quæ ſit prima cauſ. benef. amict. vbi Aluarot. in concl. 10. Curt. in tr. feu. 5. p. princ. 2. princ. concluſ.] qui dicit, quod in hac cõcluſione nullũ inuenit diſcrepantẽ, & [tex. in d. §. fin. in 2. reſp. in verſ. ſi verò paternũ] hoc probat in ſpecie à cõtrario ſẽſu, quia loquens

loquens in culpa non reſpiciente dominũ, dicit; quod ſi eſt paternum, reuertitur ad agnatos non ad dominum, ergo ſi eſt nouum, ad dominum reuertitur.

12 Aut ſumus in feudo antiquo, & tunc iterum eſt diſtinguendum: aut loquimur in felonia non reſpiciente dominum, & tunc, ſine dubio, agnati dominum excludunt [cap. 1. §. denique quæ ſit prim. cauſ. benefic. amittend. cap. 1. an ille qui interfe. fra. domi. ſui] & hoc ſi feudum eſt ſecundum propriam naturam feudorum, & communem rationem in feudis datam, ſecundum quam in dubio præſumitur feudum conceſſum [cap. 1. §. præterea quid ſit inueſtitura.] ſed ſi feudum eſt hæreditarium, tunc agnati excluduntur, quia in feudo hæreditario nulla eſt differentia inter filios, & agnatos [Iſern. in cap. 1. verſic. & licet num. 6. an agnatus] vnde ſicut filius excluditur, ex quacunque culpa feudum pater amittat, vt hic, & in [§. ſi vaſſallus culpam ſi de feud. defunct. mi-

13 lit.] ita etiam excludantur agnati in feudo hæreditario: quicquid dicat gloſ. . quæ videtur velle, quod in feudo hæreditario antiquo, ſi vaſſallus priuatur ex felonia non reſpiciente domi-

14 num, agnati excludant dominum.

14 Aut ſumus in felonia reſpiciente dominum, tunc in hoc articulo ſunt tres opiniones. Prima opinio, quod reuertatur ad dominum, vt hanc habeat ſuæ iniuriæ vltionem. Secunda, quòd hæc felonia nõ præiudicet agnatis, ſed ad ipſos reuertatur, excluſo domino. Tertia, quod reuertatur ad dominum durante vita naturali agnati delinquentis, poſt ad agnatos reuertatur; primam opinionem tenuit [gloſ. in c. 1. §. ſi vaſſallus culpam, in verbo reuocabũtur, ſi de feud. defunct. milit.] dicit namq;, quod ſi feudum ex felonia, quæ dominum reſpicit ammittatur, ad dominũ deuoluitur, & etiam agnati excluduntur, vt dominus hanc vltionem habeat ſuæ iniuriæ; licet ſecundum eam, quidam aliter dicant, gloſ. prima hic idem tenet; licet per verbũ fortè dicat, quod alia ſentẽtia, quod ad agnatos deuoluatur, ęquior ſit [gloſ. in c. 1. §. final. de allod.] tandem poſt multa, videtur in eandem opinionem inclinare: & ſic etiã [gloſ. in c. 1. §. denique, in verbo ad proximos, quæ ſit prim. cauſ. benefi. ammicten.] Iſtam opinionẽ, quod deuoluatur ad dominum, tenet [Hoſtienſ. in ſumma de feud. verſi. quib. mod. ammic. colu. 3. Iacob. de beluis. in d. §. denique, vbi Marti. Laudenſ. idem Iacob. de Belui. in c. 1. an ille qui interfec. frat. domi. ſui. in di-

dicto c. ſi vaſſallus culpam, in d. §.fin.de allod.Io.Blan.in ſumma 2. part. in tit. ad quem feudum cõmiſſum pertineat, Marti. Lauden.hic num.2. Bal.in d §. denique, num. primo, Aluerot.ibi 2. colu.in 2.concluſio. Bart. in l.3. num. 1. de interdict. & relegat. eſt de mente eiuſdem Bar.in l.ſi finita, §. ſi de vectigalibus, nu. 3. de damn.infect.quem ſic declarat Alex.ibi num.21.Imol.num. 51.& Roma.num.18.Bal.in c.1. verſi.aut ſi libellario nu. 2.quib. mod.feud.ammicta tenet idem, & ſic Io.Rain.in c. Imperialem. §.pęna, num. 6.de prohibi. feud. aliena. per Federi. Paul. de Caſt. in conſ.44.incipiente circa præſentem caſum, num.3.in 2.volu. latè Curti.Senior in conſ.49. nu. 25.] vbi, quod eſt communis opinio. Iſtam opinionẽm latè probat Curti. qui dicit communem, & ab illa in iudicando non recedendum, in 5. part. princi. [Iacobin.in ſua inueſti.in verbo dictique vaſſalli promiſerunt, nu. 80. Zaſ. in tracta. feud. p.10.nu. 101.Affl.in d.§.aut ſi libellario,] qui dicit, quod iſtam opinionem approbant omnes ſcribentes.

Secundam opinionem, quod deuoluatur ad agnatos, tenet[gl. in c. 1. §.cum verò corradus in verbo frater, de his qui feud.dar. poſſ.] dicens quod agnatus non excluditur, ex quacunquè cauſa feudum agnatus ammictat; & idem tenet [gloſ. in §. hoc quoque, in verbo partem, de ſucceſſion.feud.Iſern.vero in c.1. §.ſed quia vidimus, nu. 14. de his qui feud.dar.poſſ.]tenet eandem opinionem, & hanc amplectitur tanquam æquiorem; idem tenet in [conſtit Regni, vt de ſucceſſionibus, in principio, in d. §. denique, vbi Afflict. nu.23. & in c.1. in princip.de vaſſall.qui contra conſtit. Lothar.in c.1.p.colu.nu. 1. de vaſſ. decrep. ætat. in c.1.§. fir.de pro.feu.ali. per Fed.in c.1. §.ſi quis de manſo.nu.16. de cõtrouerſ.inueſtit. in c. 1. §.item ſi fuerint nu. 33. quib. mod. feud. ammicta.in cap.1.in fin.quo tẽpore miles, vbi quod ęquior, in c.1.§.quid ergo nu.4.de inueſtit. de re alien. fact.dicens, quod eſt melior opinio & æquior in c. 1. §.præterea nu.10. & 16. per plures columnas, quę ſit prim.cauſ. benef. ammictend.] loquens in crimine læſæ maieſtatis, & in feudo Marchiæ, aut Ducatus, vel Comitatus, vel in feudo iuris Frãcorum, vt frater, & alij vocati per conſtit.Regni non excludantur à fiſco, ſed admictantur, licet dicat (quod de facto ſeruatur) quod fiſcus omnia occupat, quod reprehendit, dicens non quod fit, ſed quod fieri debet eſſe ſeruadum, in [cap.1.verſ. cum vero an illę, qui interf.frat.domi.ſui, & in c.1. §.vt autem, de allod. & latius iſtã concluſionem firmat hic Iſern.

quem

quem ſequitur Afflict. etiam hic nu. 2. in feudo ex pacto, & prouidentia; eandem opinionem tenet Abb. in conſ. 3. volum. 2.] allegat etiam, quod eandem opi-
15 nionem tenuerit [Hostienſ. in ſumma de feudis, prout ita dicit Iſern. in conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus in princip. Aluarott. in d. §. denique, colu. 5. Iacob. in d. ſua inueſtitura, in verbo dictique vaſſalli num. 80. & Curti. & Afflict. etiam vbi ſupra, ſed vt vidiſtis, Hoſtienſ. tenet contrariũ, & ita illum intelligit Imol. in c. 2. col. 5. nu. 21. extra de feud.]

Tertiam opinionem, quod ad dominum, durante vita agnati delinquentis, poſt ad agnatos, tenet [Iſern. hic; Afflict. etiam hic num. 2. idem Iſer. in dicto §. denique, nu. 50. vbi Afflict. num. 4. quod Dominus habebit durante vita deſcendentium etiam, & Hieronymus Crat. in reſp. 2.]

Quid dicendum? ego in primis afferam in medium, præ oculis omnium, diſtinctè rationes vniuſcuiuſque opinionis, tam per iura feudalia, quã per iura cõmunia, & ex hoc ſolo, quiſq; veſtrũ facillime dignoſcere poterit, quę nam opinio ex præmiſſis ſit verior, & ſequenda.

Igitur, pro prima opinione, quod reuertatur ad dominum,
16 ponderatur [text. in c. 1. §. deniq; quæ ſit prim. cauſ. benefic. amiſten.] vbi hoc in ſpecie quæritur ſi vaſſallus propter iuſtam culpã amictit feudum, an pertineat ad dominum, vel ad ſucceſſores feudatarij, & dicit, aut feudatarius deliquit in dominum, & tunc non ad proximos, ſed ad dominum redire debet, vt hanc ſaltẽ habeat ſuæ iniuriæ vltionẽ; ſed ſi non in dũm, non ad dominum, ſed ad proximos pertinet, ſi feudũ fuerit paternum; & ſic dicitur ibi pronunciatum, tenentes opinionem, quod reuertatur ad dominum, quando dominus eſt offenſus: dicunt, quod litera [tex. in d. §. denique debet intelligi nõ ad proximos, ideſt non ad agnatos: & ſic dicit Iacob. de Beluiſ. ibi.] Sed tenentes, quod deuoluitur ad agnatos, littera ibi, in verbo, nõ ad proximos, exponitur ideſt non ad filios, ſeu deſcendentes, & cum miniſterio ſecundum illos ommiſit dicere, nõ ad agnatos: ita eſt de mente [Pilei, vt refert gloſ. in c. 1. §. hoc quoque in verbo partem de ſucceſſion. feud. & Iſern. in dicto §. denique, & text. in cap. 1. an ille qui interf. frat. domi. ſui, ita etiam intelligit Iſern. ibi poſt gloſ. in d. §. hoc quoque. Sed quòd debeat ille text. intelligi de agnatis, probat Curti. Senior, in d. conſ. 49. n. 25. quatuor rationibus.]

Prima, quia text. generaliter quæſiuit, an propter delictum, feudum tranſiret ad ſucceſſores an verò liberè reuerteretur ad in-

feu-

feudantem dominum, vt reſponſio conueniat quæſito, & ſic cõformis interrogationi, vt eſſe debet [l. ſi defenſor §. qui interrogatus ff. de interrogato act.] debet generaliter intelligi etiam de excludendis tranſuerſalibus ſucceſſoribus.

Secundo, quia text. dicit non ad proximos feudum deuolui, & conſequenter loquitur de agnatis qui ſunt proximi [l. 1. §. proximus, ff. vnde cognat. §. ſi plures inſtitu. de legit. agnat. ſucc.] & cũ generaliter loquatur, loquendo per verbum proximos, quod verbum poteſt includere filios, & agnatos debet generaliter intelligi [l. de pretio ff. de pub. in rem actio.]

Tertio, quia non erat dubium deſcendentes priuari [c. 1. ſi vaſſ. feu l. priuat. cui defera.] ergo vt ſic de dubitabili, debebit intelligi de tranſuerſalibus.

Quarto, quia ille text. habet duo capita, vnum excluſiuum, proximorum, & aliud incluſiuũ domini per ea, quæ notat [Bar. in in ſimili in l. 2. §. videndum ff. ad Tertul. cum ſuis concord. Hieronym. Crat. in reſponſ. 2. colu. 6. verſ. 3. principaliter nu. 47. cum pluribus ſequentibus, tractando in præmiſſa q. de intellectu text. in §. denique in uerbo non ad proximos, tacito auctore ponit tres primas rationes, curti: & licet addit quintam, quia ſcilicet verbum proximos poſitum in ſequenti parte intelligitur de agnatis, & generaliter ſumitur, ergo ita debet ſumi verbum proximos poſitum in præcedenti parte, cum præcedentia declarantur per ſequentia [l. ſi ſeruus plurium ff. de legat. primo] tamen his non obſtantibus ipſe intelligit tex. vt in verbo proximos loquatur de deſcendentibus.

Primo, quia deſcendentes, proximi dicuntur [l. hæres filius ff. de ſuis, & legiti.] & ſunt potiores quia ſunt magis proximi, & verba debet intelligi in potiori ſignificatu [l. prima §. qui in perpetuum ff. ſi ager vectiga.]

17 Secundo, quia verba generalia reſtringuntur ne quis indebite iure ſuo priuetur [l. fin. §. in computationem ff. de iur. deliberand.]

Tertio, vt minus recedatur à iure comuni, verba, & reſtringũtur, & improprientur [Abb. in cap. cum dilectus de conſuetudi.]

18 Quarto, quia illa interpretatio capi debet, quæ maiorem æquitatem continet, minus receditur à iure comuni, & nemini fit iniuria [l. hoc legantum ff. de lega. 3. Alex. in rubr. ff. ſolut. matrim.] & ita tenendo, tollere nititur cõſiderationes præmiſſas primam, & ſecundam, quod immo verba non ſunt generaliter intelligenda, ſed reſtringenda, vt ſupra, quinimmo verbum ſucceſſoribus

bus in tex.poſitũ pôderat pro ſua opinione,retorquẽdo argumẽtũ, quia verbum ; ſucceſſoribus, intelligitur etiam de extraneis hæredibus, & nihilominus in illo tex. intelligitur de agnatis deſcẽdentibus ex primo acquiſitore feudi: vnde ſicut reſtringitur verbum,ſucceſſoribus,ita reſtringatur verbum,proximos,ad filios.

Tertiam cõſiderationem tollit dicens, quod non eſt diſpoſitio ſuperflua, quia alia in §.deniquè ponuntur, quæ non dicuntur in hoc capitulo.

Quintam,quæ ſua eſt tollit dicens,quod in ſequenti parte ceſſant rationes, quæ reſtringunt verbum ſuperius proximos, & quando militat diuerſa ratio ſequentia non intelliguntur ſecundum præcedentia, vt notatur in [d.l.ſi ſeruus plurium §.fin.]

Secũdo principaliter pro hac opinione ponderatur text.in c. 1. an ille qui interfe. frat. domi. ſui vbi dicitur, quod ſi feudatarius interfecit fratrem ſuum, vt totã hæreditatem habeat, vel aliam feloniam commiſit, puta hominem tradendo, vt in curia amplius ſtare non poſſit, feudum ammictit: & quia non eſt commiſſa felonia erga dominum, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, ſi fuerit paternum, ſed cum felonia dominum reſpicit, tunc domino feudum aperi-
19 tur, gloſ.in d.§. hoc quoque, in verbo partem in fine intelligit illũ text.vt loquatur in feudo nouo,vel de tali paterno,in quo nõ veniebant agnati ex latere veniẽtes, cum non ſuperſint, ſed tantum deſcẽdentes ab eo,qui illud acquiſiuit;Iſern.ibi dicit,quod ſecundum illos, qui tenẽt opinionem, quod applicetur agnatis, æquiorem, text.intelligit in feudo nouo, ſed quia non bene refertur ad præcedentia, quæ loquuntur de feudo veteri, refert, quod alij dicunt in caſu illius capituli, non eſtare agnatos, vel agnatos nolle, ſed exiſtere tantũ filios, qui repelluntur à feudo paterno, & veteri, & filij ſunt proximi agnati, & ſic etiam illum text. non loquẽtem per verbum proximos,ſed per verbum agnatos, intelligit de filijs, qui ſunt proximi agnati [Hieronymus Grat.vbi ſupra colu.4. verſ.ſecundus num. 42. cum ſequentibus] bene probat, quod text. ille non poteſt loqui,in feudo nouo, quia poſtquam ſupra dixit feudum ſpectare ad proximum agnatum ſi fuerit paternum, ſequitur dictio autem, quæ eſt aduerſatiua, [gloſ. & Bart.in l.hoc amplius § de his autem ff. de damn. infec.]
20 vt ibi cum autem, debet ergo aduerſatiua aduerſari retẽtis eiſdem terminis,vt notatur in [l.legis iuliæ §. ſi mariti ad legem iuliam de adulteri.] Ergo loquitur quando feudum eſt paternum, & ta-

& tamen vult dominum admitti, & quia aduerſatiua aduerſatur in iure,& in facto quando eſt ſine copula [vt not.in l. ſed ſi lege ff.de petit. hæredit.] In facto autem aduerſatur, quia ſuperius non cõmiſit directo culpam cõtra dominum, ſed interfecit fratrem ſuum, infra commiſit culpam directo in perſonam domini: modo dicendum eſt, vt aduerſetur in iure, ſicut ſuperius feudum applicatur agnatis, excluſo domino, ita inferius immediatè applicatur domino, excluſis agnatis.

Reijcit cõſiderationes, vt ideo ibi domino applicetur, quia agnati non aderant, vel ſi aderãt nolebant feudum; cum ſint diuinatiuæ, ideo reijciẽdæ, ſecundum
21 [Alex. in l.1.§.de illo,ff.ad Trebell.]& quia non eſt veriſimile quod agnati nollent, & dicere, quod non extant agnati, eſt contra conſiderationem factam ſuper aduerſatiua; dat nihilominus
22 ipſe nouum, ſed penitus falſum intellectum,dicens, quod tex.in prima parte dum admittit proximiorem agnatum ex culpa commiſſa non reſpiciente dominum, intelligit de filio: cum autem in ſecunda parte dicit, quod aperitur domino, ex felonia dominum reſpiciente,non excludit agnatos, ſed filium,quem in prima parte incluſerat; & hunc intellectum ex multis probare nititur, ſed omnino eſt contra tex. iſtum,vbi filius delinquentis excluditur per verbum,nullatenus, & contra [tex.in c.ſi vaſſallus culpam; ſi de feud: defunct. milit.] vbi idem diſponitur, & ſine dubio loquuntur in feudo antiquo, quia alias non poſſet tractari de ſucceſſione agnatorum, qui penitus à ſucceſſione feudi noui excluduntur[c.1.§.fin.de ſucceſ. feud.]& ſuæ conſiderationes cõcludunt de iure communi, non autem de iure feudorum, per quod aliud ſtatutum eſt ad excluſionem filiorum.Tertio principaliter pro hac parte ponderatur tex.hic,in verb.quãdoque; per hanc enim dictionem demonſtratur, quod non ſemper, ſed aliquo caſu, feudum deferatur ad agnatos propter feloniam commiſſam,vt tradit[Bart.in l.1 5.colum. verſ.ſecundo principaliter,ff. de cond. & demonſtr. ita Curt.in d.conſ.49.nu.25.] & di-
23 ctio quandoque ſignat regulam eſſe in contrarium, vt notatur in [§.1.inſtit.quib.mod.res contrahi.obliga.]Quarto eodem modo ponderari poteſt [tex. in c.1. §.ſi vaſſallum culpam,ſi de feud.defunct.milit.] vbi dicitur,quod ſi vaſſallus committit culpam,propter quam debet amittere feudum, nec filius, nec deſcendentes ad feudum reuocabuntur,ſed agnati,qui quarto gradu ſunt,dũmodo ad eos pertineat.

Ra-

Rationes autem opinionis cõmunis contra Iſern. ſunt,prima, quia feudum cenſetur datum agnatis ſub tacita conditione ſi agnatus præcedens manſerit in eodem ſtatu, quod non commiſerit feloniam dominum reſpicientem[arg.l.cum quis ff.de ſo-
24 lutio.]Iſtam rationem refert hic Iſern. quam amplioribus verbis exornat [Curti.in tract.feud.5.p. princip. colu. 2.] qui dicit,quod feudum,attenta ſua natura originali,eſt beneficium [c.1.§. final. in quib.cauſ.feud.amict.]& licet omnes agnati videantur vocati virtute primę inueſtituræ,tamen feudum ipſum procedens à principio ex liberalitate concedentis cẽſetur datum cũ iſta qualitate, & cõditione,vt ſi ingratitudo cõ mittatur contra dñm, deuoluatur ad ipſum dñm, & ideo tamquam feudum ſit à principio affectum hac qualitate, & hoc modo per concedentem conditionatum, non poſſunt alij agnati de hoc cum iuſtitia conqueri; quia traditioni rei ſuæ poteſt vnuſquiſque apponere legem quam vult [l.legem C. de pact.] iſta ergo eſt quædã lex tacita appoſita traditioni feudi, poſtquã ſubintelligitur in conceſſione tacita conditio, ſi primus, cui fit conceſſio,& omnes ab eo deſcẽdentes erunt grati verſus dominum [d.l.cum quis]ſtatim ergo, quod aliquis ex deſcendentibus primi inueſtiti committit ingratitudinem cõtra dominum, ceſſat tacita conditio ſub qua feudũ fuit conceſſum: Ideo nõn eſt inconueniens, quod ad dominum reuertatur [arg.l.1. C.de donat. quæ ſub modo.]

Secunda opinio, quod deuoluatur ad agnatos, fundatur primo[argu. tex. in d. c. ſi vaſſallus culpam ſi de feud.defunct.milit. vt per gloſ.in d.§.hoc quoque.]

Rationes autem iſtius opinionis per iura communia ſunt; prima, quia delictum vnius agnati non debet alteri nocere agnato, qui non habet eſſe à delinquente [arg. l. 2. §.frater ff. ſi quis ali. teſta. prohibue.] Secunda, quia cum primus acquirens quæſiuerit propter omnes agnatos, poſt mortem vnius alius venit ſuo ordine, [l.cum ita §. in fideicommiſſo ff.de legat.2.] vnde viden-
25 tur hæc feuda ſubiacere reſtitutioni, & quaſi ad diem data vni poſt aliũ[l.quotiens C.de donat. q̃ ſub modo.] Tertia, quia ſi domino deuolueretur, eſſet in poteſtate agnati priuare agnatum,delinquendo erga dominum.Quarta,quia hæc opinio eſt æquior,ergo præferenda [l. placuit C. de iudic.]

Et tenentes iſtam partem aſſignant rationem diuerſitatis inter agnatos, & filios, quia filius prætendit cauſam à patre delinquente, & idem eſt cum patre à

quo

quo eſſe deduxit, & propter idẽtitatem vnius ad alium [l.fina.C. de impub.& alijs ſubſtit. & in filio paterni criminis, & hæreditarij exempla metuuntur [l.quiſquis C.ad l.iuliã maieſtatis] quæ omnia ceſſant in agnato; ſepara-
26 torum namque ſeparata debet eſſe ratio [l.ſi maritus C. de donatio.inter vir.& vxor.]

Tertia opinio, quod deuoluatur ad dominum, durante vita delinquentis,fundatur in [l. Statius florus §.Cornelio Felici ff de iur.Fiſci] vbi ſi hæres grauatus de reſtituendo fuerit deportatus, & ſua bona publicata, fiſcus durante vita naturali ipſius hęredis, detinet bona ſubiecta reſtitutioni: ad idem tex. in l. peto §.prædium, vbi emptor rei ſubiectæ reſtitutioni, quando venditio fit ex cauſa neceſſaria permiſſa, retinet durante vita debitoris grauati. Secundo,principaliter ponderat [Iſer. text.in §.fin. de capi. Corrad.] vbi ſi clericus tenet feu-
27 dum à Rege, & committit culpam, ex qua feudum ammittatur, Rex habet,durante vita Prælati delinquentis, poſt reuertitur ad clericũ ſucceſsorẽ in prælatura; allegat inſuper [Iſern. notata in authent. ingreſſi, C. de ſacroſãct. Eccle.vbi gloſ.in verbo de.
28 dicauit, dicit quod monaſteriũ retinebit præcariam, aut liuellũ ingreſſi,durante vita ingreſſi: allegat etiam [tex.in l. 1. C.comu. de manu.] vbi ſi proprietarius ſerui,in quo habet alius vſumfructum, dederit libertatem ſeruo, ille erit ſeruus, donec viuit vſufructuarius, & tandem ponderat Iſern. pro hac opinione,quod ex mente Speculatoris idẽ eſt, quã-
29 do eſt quæſtio inter dominum immediatum, & Regem,cui feudum deuoluatur, quod habebit Rex durantę vita feudatarij delinquentis.Hanc opinionem alio medio comprobat [Hieronym. Grat. in d.conſ.2.num.41.& 53. dicens,quod tex.in cap. 1. ſi ille qui interf. frat.domin ſui, & in d. §.deniq; in prima parte, dum includunt agnatos, quando culpa non reſpicit dominum,intelligũtur, etiam in vita agnati culpantis; in ſecunda vero parte, in qua excluduntur agnati, quãdo culpa reſpicit dominũ intelligatur, vt agnati excludãtur durante vita delinquentis, vt hoc modo conſulatur agnatis, & domino, vt agnati habeant poſt mortem, ſicut habuiſſent ſi non deliquiſſet agnatus in vita delinquentis, vt iſto modo,dominus habeat ſuæ iniuriæ vltionem;Solet etiam hæc opinio fundari in [§.fin.in cap.extraordinarijs] vbi in ſpecie eligitur media via,quod reuertitur ad dominum, donec extant deſcendentes maſculi ex delinquente, vt refert [Aluarot. in d. §.denique in 2.concl.in fin. & Iacob. in ſua inueſt. in verbo di-

dictique vaſſalli promiſerunt nõ committere feloniam num.80.] ſed quia iſta capitula extraordi-
30 naria communiter non habentur,& ideo ſunt apocripha, ideſt non allegabilia,ſecũdum [Curti. vbi ſupra in d. 5. part. principali colu. 2. Zaſi. in 10. part. tracta. feud. num. 101.] ideo in hoc tex. communiter Doctor. non inſiſtunt.

Ex rationibus adductis ꝓ vnaquaque opinione, iam videtis quænam opinio ex præmiſſis ſit verior; quoniam ſi nos conſideramus iura feudalia, in quibus prima opinio fundatur, illa ſine dubio probare videntur, ineuitabiliter hãc opinionem, & maximè [tex. in §.denique, & in c. 1. an ille, qui interfe. frat.domi. ſui.]Si conſideramus,quomodo tenentes hanc opinionem, tollunt ponderationem in illis iuribus, quod dum faciunt mentionem de proximis, vel de agnatis debeat intelligi de filijs, iam cõconcludunt pernecеſsè: & ſic ſi vice verſa, attendimus iura feudalia, in quibus ſecunda opinio fundatur,tantùm eſt tex. hic,qui vt vidiſtis, non concludit pernecеſsè, ſtante dictione, quandoq; immò pro alia opinione adducitur; Sin autem conſideramus argumenta, quæ ſumuntur ex iure communi pro hac ſecunda opinione, illa ſine dubio attendi nõ debent, poſtquam caſus eſt in ſpecie deciſus per ius feudorum, & in defectum tantùm recurrimus ad ius ciuile [cap. 1. de feud. cogni.] Et demum conſiderando, quod nulla neceſsitas nos vrget ad exponendum illa iura, dum loquuntur de agnatis, & proximis, vt intelligantur de filijs, poſtquam tex. hic loquitur per verbum, quandoq; & littera illorum iuriũ manifeſtè violatur; Et ſic etiam attento,quod alia intelligentia, quod iura intelligantur de feudo nouo, ab omnibus damnatur, tanquam apertè cõtra litteram.Si demùm conſideramus auctoritatem, & numerum tenentium vnam, vel alteram opinionem. Prima opinio communis eſt, & fulcita;vltra auctoritatem gloſ. auctoritate etiam tantorum virorum. Secunda à paucis, vt vidiſtis, tenetur, & Hierony. Grat. qui totis viribus ſuſtinere nititur iſtã opinionem cõtra communem,iam proteſtatur,quòd voluit obtemperare mandatis cuiuſdam Illuſtriſs. Domini.

Vnde, ſine dubio teneatis iſtã opinionem. Et ità tenendo non eſt opus tractare de viribus tertiæ opinionis, quæ tunc procedere poſſet, quando eſſet vera ſecunda opinio, vltra quod de viribus iſtius tertiæ opinionis,videbitis in quarto capite principali, dum tractabimus, quando eſt quæſtio inter Dominos,ſcili-

cet mediatum,& immediatum, vbi demõſtrabimus, quòd Speculat. nõ firmat pedes in opinione, quod deuoluatur ad Fiſcum durante vita delinquentis, in qua ſimilitudine Iſer. ſe fundat, ſed tranſit ad aliam opinionem, & quòd in illo caſu communis opinio eſt, quòd reuertatur ad dominum immediatum; nec alias fuit iudicatum inter agnatos, & Regem, vt Rex habeat durante vita agnati delinquentis, vt dicit [Frecc. in tract. de ſubfeudis lib. 2. authoritate 29. Baronis.] Quinimmò nouiſsimè
30 in cauſa D.Loiſij Gaetani, cum Comite Morconi, Marchione Gruttularum, & alijs,Reg.Cam. Sum. relata cauſa in Collaterali conſilio, cum interuentu trium dominorum de Sac. Conſ. iudicauit ſecundum opinionem,quã ego probaui veriorem, & nedũ tenuit Dominũ præferri agnatis in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia in crimine leſę Maieſtatis; ſed etiam in feudo ſubiecto fideicommiſſo ex diſpoſitione hominis cum aſſenſu Regis, propter clauſulam poſitam in aſſenſu, ſalua fidelitate,quam ego nolo pro nunc nec affirmare, nec improbare, quando poteſt attẽtari,quod in feudo,quod eſt ſubiectum fideicommiſſo ex expreſſa diſpoſitione hominis, iudicandum ſit tanquam de alia re allodiali ſubiecta fideicõmiſſo,quaſi virtus aſſenſus hoc
31 operetur, qui facit de feudo allodium,ideſt iudicari perindè, ac ſi diſpoſitio eſſet facta de allodio. Probat [Loffred. in conſ. 14. nu. 73. & in c. Imperialem, verſi. nec dominus 2. colu. de prohib. feud. aliena. per Federi. probat Cuma. in conſ. 173. nu. 4. Moderniores prædicti lib. 3. in differentia 2. nu. 3. iterum in differentia 33. Ioſeph Cumia. in repet. c. ſi quis aliquem n. 93. f. 322.] Et clauſula ſalua fideli-
32 tate, poſſet habere reſponſionẽ; vtcumque tamen ſit in feudo, de quo loquimur, in quo non habemus fideicommiſſum expreſſum, ſed naturam particularem, quæ oritur ex vſibus feudorum, & in quo donec feudum hoc aſſimilatur rei non hæreditariæ, dicitur ex interpretatione prudentum, quodammodo ſubiectum reſtitutioni, ſecus eſt, dixi, donec iudicatur res non hæreditaria, quia vt conſtat ex diſcurſu contentorum in hoc paruo libro feudorum plurima diſponuntur,vel reſpectu feudi generaliter, vel reſpectu perſonarũ, ex quibus dignoſcitur, quod
33 non ſemper, nec reſpectu omnium iudicatur res non hæreditaria, ſed habet ſuam propriam, & diſtinctam naturam contractus iſte feudalis, ſicut cæteri contractus, quæ quatenus, & in caſibus, in quibus aſſimilatur

cum

cum re hæreditaria, poterit largo modo dici, res hæreditaria, quatenus verò, & in caſibus, in quibus aſſimilatur rei non hæreditariæ, largo etiam modo dici poterit, res non hæreditaria, & ſic nunquam abſolutè, & ſimpliciter poteſt dici, res hæreditaria, & nunquam abſolutè, & ſimpliciter poteſt dici, res non
34 hęreditaria. Et iſta donec agitur de feudo antiquo ſimpliciter conceſſo.

Videamus modo, quid Doctores dicant, inter dominum, & agnatos, quando inueſtitura feudi non eſt ſimpliciter facta, [Bal. in d. §. der que, conſiderauit tenorẽ inueſtituræ] & primo dixit, quod ſi feudum eſt conceſſum generi, ad dominum reuertitur ſolum ius delinquentis, non ius reliquorum, quod ex propria perſona habent quodam ordine mortalitatis, non per viam hæreditatis [l. 3. ff. de interdict. & relegat.] & poſtquã vltra progreditur dicendo, quod hoc maximè procederet, quando regalia ſunt conceſſa in feudum, ſubdit alios indiſtinctè dicere, quod de rigore iuris feudorum, Marchione committente delictum contra Regem, Marchia ad Regem reuertitur, excluſis agnatis, quia hoc tacitè ineſt in inueſtitura, ergo debet haberi pro expreſſo [l. cum quid ff. ſi certum peta.] & demum dicit, quod prima pars obtineret de iure communi, ſecunda de iure conſuetudinario feudorum. Vnde videtur reſidere in opinione, quod etiam in feudo conceſſo generi, agnati excludantur per dominum, ſed [Martin. Lauden. ibi limitat tex. in §. denique ex mente Bal.] vt non procedat, quãdo feudum eſt cõceſſum generi, & refert ipſum dicentem, ita de conſuetudine ſeruari, [Iacobin. in ſua inueſt. in verbo, dictique vaſſalli promiſerunt non committere feloniam, ſimpliciter refert verba Bal. quem intelligit, vt ſecunda opinio .ſ. quod agnati excludantur, ſeruaretur de iure conſuetudinario feudorum, & ſic non ſecundum Laudenſ. [Deti. in cõſ. 606. num. 15. refert ſimpliciter Bal. in §. denique limitantem illum tex.] non procedat in inueſtitura, quæ eſt facta generi, [Curti. in tracta. feud. 5. q. prin. 3. colu. in 3. limit.] tenet idem in effectu. quod Iacobi.

35 Quid autem ſi ex forma inueſtituræ, feudum eſt conceſſũ Titio, & ſuis hæredibus de vno in alterum reuertendo, vel dictum ſit, cõcedo omnibus principaliter, vel cum extent filij, & nepotes, dictum eſt in inueſtitura attentis meritis ſingulorum, Bal. in terminis inueſtituræ cum vna ex iſtis clauſulis hic nu. 4. videtur tenere etiam in culpa reſ-

piciente dominum, quod culpa vnius non noceat alteri, etiam ſi eſt culpa reſpiciens dominum, & ſic tenet[Aluarott. in d.§.denique in 7.concluſio. & ibi Pręposit. 3. colu. Iacobin.in ſua inueſt.in verbo dictiq;vaſſalli promiſerunt non committere feloniam,nu. 80. Curt. iun. in tract. feud. 5. part. princi. prima concluſio.2.col. Zaſi.in tracta. feud. 2.par. 10. num. 10.]

36 Præmiſſa procedunt, dum in genere tractatur in felonia dominum reſpiciẽtem; Veniamus modo ad particularia; Et primo, ſi feudum ammittitur ob alie-
37 nationem, an iſta ſit culpa reſpiciens dominum,& ſic ad eum reuertatur,vel potius ad agnatos, [gloſ. in d. §. hoc quoq; in verbo partem tenet,] quod vadit ad agnatos excluſo domino, ſequitur [Iſer,ibi in verſic.& olim poſt Iacob. de Beluiſ. Ioan. Blãchus in ſumm. 2.p.in tit.ad quę feudũ commiſſ. perti. Aluerott. in d. §. denique concluſ. 17. tenet idem iterum in c.Titius col. 1. & colu. 3. ſi de feud.defunct. milit. Alex. in conſ. 30. 1. vol. col. 5. num. 13. quem ſequitur Curt. ſenior in conſ. 48. nu. 48. & in conſ. 49.num. 88.Curt.in tracta. feudi in 5. part. princ. 4. princi. concluſio.] tenet idem dicens,quod eſt communis opinio, [Iacobi. in ſua inueſtit. in verbo,& cum pacto de non alienando, num. 30. Zaſi. in tracta. feud. part. 10. nu. 94. Roin. in conſ. 2. num. 2. vol. 1.] qui dicit, quod eſt magis communis opinio.

Contrariam opinionem,quod immo hoc caſu reuertatur ad dominum,non ad agnatos,tenet [Odoffred.in ſumm. ſub rub.ad quos feud. reuertatur,& Io:Phaſola Piſanus in ſumm. feud. ſub rubric. an alienatione feudi perdatur feudum, vt refert Bal. hic colu. fin. & ſic tenuit Pet. de Ceru. in d. §. hoc quoque,vt refert Barbarin. c. 2. colu.5. nu.9. extra de feud.] qui licet dicat, quod durum eſt contra ſtimulũ calcitare, ex quo gloſ. & tot illuſtres feudorum Capitanei aliã opinionem ſequuntur, tamen ipſe iudicat hanc partem veriorem, & iſtam opinionem tenuit [Capriol. in cap. Imperialem, §. pœna de prohibit. feud. alien. per Federic. vt refert Io: Rain. ibi nu. 3.] qui licet dicat, quod contraria opinio eſt magis communis, tamen hęc opinio non videtur ſpernenda, ſed fortè tenenda, & ſic etiam tenet [Bald. in c. quę in Eccleſiarum eſt de mente Bald. in d. §. denique; dum notat ex illo tex.]quod dat materiam delinquendi, quia vaſſallus,qui vult fraudare agnatos vendet feudum, & ſic reuertetur ad dominum excluſis agnatis,quibuſcunque, propter quod ipſe

ipſe dat cautelam in beneficium agnatorum, ſi volunt impedire feudi caducitatem, & ſic etiam eſt de mente [Bar. in l. 3. num. 3. de interdict. & relegat.] dum vult, quod ſi pater recipit emphiteuſim pro ſe, & filijs ſuis, & nepotibus, & delinquit circa ipſum contractum emphiteuſis, alienando ſine licentia domini, hic nocet ſequentibus, tenet [Paul. de Caſtr. in conſil. 162. incipiente, circa præſentem caſum, Abb. in cap. fin. extra de feud.]

Prima opinio fundatur in §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtitura, vbi videtur decidi, quod ſi fit infeudatio in fraudé legis prohibentis alienationem, tenetur infeudatus rem agnato reſtituere. Secundo fundatur in [§. Titius lo primo, ſi de feud. defunct. militis] vbi admitti videtur agnatus ad recuperandum feudum alienatum. Tertio, [in cap. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſion. feud.] vbi frater admittitur ad portionem feudi à fratre alienatum, tollunt diſpoſitionem [tex. in §. fin. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitten.] vbi in ſpecie dicitur, quod deuoluitur ad dominum in caſu alienationis, quia feudatarius, alienando, videtur dominum contemnere dicentes, vt ſupra, quod ille text. loquitur, vel in feudo nouo, vel in feudo antiquo, in quo non ſunt agnati, vel nolunt, ſecundum Iſern. hic exponendo proximos, ideſt filios, vel deſcendentes. Quarto conſiderat hic Iſer. n. 4. quod feudatarius alienando ſine aſſenſu domini, non directè cótra dominum culpauit, ſed indirectè, maximè quando ex neceſſitate, & propter inopiam venderet, quia tunc non eſt dicere, quod contemnat dominũ cum plus ſe damnificauit, & ita quod delictum alienationis non directè tendat in dominum, ſeu perſonam domini: tenet [Curt. ſen. in conſ. 49. nu. 88.]

Secunda opinio fundatur in [d. §. denique in cap. 1. de vaſſall. qui contra conſtitu. Lotha. in c. Imperialem §. callidis de prohibit. feudi aliena. per Feder.] vbi indiſtinctè dicitur, quod deuoluitur ad dominum, non facta diſtinctione inter feudũ nouum, vel antiquum; conſiderat preterea pro hac opinione Barba. vbi ſupra, quod pœnæ contractus debent applicari creditori [l. quod à quocunque ff. de regul. iur.] ſed hæc eſt pęna conſequutiua contractus, ideo debet applicari domino, eidemque creditori.

Quid dicẽdum? ego benè ruminatis dictis Doctorum, & rationibus vtriuſque opinionis, inuenio, quod prima opinio, quod reuertatur ad agnatos, ſumpſit originem [à gloſ. in capit. 1. §.

Digitized by Google

hoc quoque de ſucceſſio. feud.] & quod illius auctoritate, & propter æquitatem opinionis, Doctores non vlterius conſiderantes, ità tenuerunt, vnde communis dicitur. Opinio autem contraria quoad dominum reuertatur excluſis agnatis in pũcto iuris, verior eſt meo iudicio, & miror, quomodo Doctores, qui gloſ. ſequuntur in hoc, quando feudum ammittitur ex felonia dominum reſpiciente communiter ferè omnes tenuerũt, quod ad dominum reuertatur, & tamen gloſ. illa eiſdem rationibus, quibus ducitur ad tenendum opinionem, quod reuertatur ad agnatos ob alienationem, eiſdem ducitur ad tendendum, quod ex felonia dominum reſpiciente feudum ad agnatos reuertatur, non ad dominum, fatetur nanque gloſ. quod culpa alienationis dicitur culpam reſpiciens, quia per alienationem dominus contemnitur, & nihilominus concludit, quod ad agnatos pertinet, non obſtante §. deniq; quaſi loquatur in feudo nouo, vel in feudo antiquo, ad quod non veniũt agnati, cum non ſuperſunt, exponendo verbum ibi, non ad proximos, ideſt non ad filios, & deſcendentes, quaſi, quod filij deſcendentes excludantur ex felonia dominũ reſpiciente, ſiue ſit felonia alienantis, ſiue alia, non agnati, hic intellectus ſuper tex. in §. denique, vt vidiſtis, ab omnibus cõmuniter damnatur, & ſupra apertiſſimis rationibus demonſtratum eſt non poſſe ſubſiſtere] ſimiliter dum poſtea [gloſ. fundatur in capit. ſi vaſſallus culpam, ſi de feud. defunct. milit.] etiam ſupra patet, quomodo in illo tex. nulla vis fieri poteſt, quia dicit, dummodo ad eos pertineat, & ſic recipiat declarationem [à tex. in §. denique, & à tex. in cap. primo, an ille, qui intefec. frat. domi. ſui, vt intelligatur, tunc quando felonia non reſpicit dominum, & ſic etiam ex præmiſſis dictis in articulo generali, quando felonia dominum reſpiciente, tollitur conſideratio, quæ ſit in hoc tex. qui loquitur per verbum, quandoque, vnde denotat regulam in contrarium, et iam ſupra probauimus, quod hæc duo iura faciunt pro opinione, quod reuertatur ad agnatos, quando felonia dominum reſpicit, vnde cum gloſ. fateatur, quod alienatio dicitur culpa dominum reſpiciens, & Doctores in culpa reſpiciente dominum ſequentes alias gloſ. qua concludunt contrarium; Et reiectis reſponſionibus ad [tex. in §. denique,] & conſiderationibus in præmiſſis duobus iuribus, quomodo in hoc caſu tenent cum gloſ. quæ ſi falſa eſt in vno, per neceſſe

falſa

falſa eſt in alio, attentis prædictis.

38 Nec obſtat alia conſideratio, gloſ. quod ſicut olim agnati præferebantur domino in redimendo partem feudi alienatam per tex. in §. porrò, qualiter olim poterat feudum alienare,] ita etiam hodie, quia quod non mutatur, cur ſtare prohibetur? [l. ſancimus C. de teſtam.] quoniam pro ſolutione eſt ſciẽdum, quod antiquitus, attenta praua, & irrationabili conſuetudine Mediolanenſium, licebat totum feudum ſine aſſẽſu domini alienare [cap. 1. verſi. Mediolanenſes de alienat. feud. eſt tex. in cap. 1. quid iur. ſit ſi vaſſal. poſt alienationem feudi recuper.] vbi ſit mentio, quod in quibuſdam curijs dicebat in totum feudum aliena. de bona autem conſuetudine licebat alienare vſque ad medietatem, ſine aſſenſu, neceſſitate ſuadẽte [c. 1. qual. olim poter. feud. alie.] ſed ſiue fiebat alienatio in totũ, vbi in totũ permittebatur, ſiue in partem, vbi in partem permittebatur, agnati poterant, in caſu præmiſſæ licitę alienationis, redimere feudum alienatum pro æquali pretio, & præferebantur domino, cui poſt agnatos hæc prælatio competebat, & hoc eſt, quod dicit [tex. in §. pono, quali. olim poterat feud. alien.] ibi ſiue de bona conſuetudine, ſiue de praua quęramus hodie poſt legem Lotharij, & Friderici, ſublatus eſt effectus prælationis, non quod ſit abrogata lex permittens prælationem; quia etiam hodie ſi in aliquo loco adeſſet conſuetudo ſpecialis, quod liceret vendere feudum ſine aſſenſu, haberet locum prælatio, [Iſern. in cap. 1. verſic. & olim de ſucceſſio. feud. Iacobus de Beluiſ. Bald. Aluarott. & Præp. in d. §. porrò:] Nec obſtat tex. in §. ſed & res, quia ibi recitatur conſuetudo antiqua in illis verbis, vt plenius demonſtraui in dicto §. ſed & res, ſucceſſiuè: nec obſtat tex. in §. Titius, quia intelligitur etiam, vt ibi dixi.

39 Nec obſtat tex. in dicto §. hoc quoque, vbi quod fratre alienante, feudum, defuncto ſine hærede maſculo, venit ad agnatos, quia vel ille tex. loquitur de iure antiquo, quando permittebatur alienatio, vel pręſupponit alienationem factam cum aſſenſu domini, quod ſatis patet, quia tex. æquiparat alienationem factam, & quando agnatus fecerit filiam inueſtiri, quod non poteſt eſſe circa aſſenſum domini, & ita quod tex. ille loquatur in caſu legitimę alienationis. B.

40 Secundo, quid quando feudum amittitur ob ſeruitium non præſtitum, [gloſ. final. in cap.

cap. primo §. final. de allod.] dicit, quod reuertitur ad dominum, quia eſt iniuria dominum reſpiciens; ſequitur ibi [Iacob. de Beluiſ. in fin.] dicens, quod hæc iniuria non ſolum reſpicit dominum, quinimmo totum Imperium, & Reipublicæ vtilitatem [Bald. ibi numer. 24. per eadem ferè verba, Aluarott. etiã tranſcribens verba Bald. & iterum in cap. primo §. denique colum. final. concluſio. 45. quæ ſit prim. cauſ. benefic. ammitten. Imol. in cap. 2. numer. 23. colum. 8. Zaſ. in tractat. feud. part. 10. num. 106. Curti. in tractat. feud. 5. part. prim. concluſio. princ.] ſolus Iſern. ibi tenuit contrarium dicens, quod tex. ille intelligitur in feudo nouo, vel in paterno, quando feudatarius non habet agnatos, ſed ſi habet, tunc ad eos. eſt de mente eiuſdem [Iſern. in §. firmiter, de prohibit. feud. aliena. per Federic.] dum dicit, quod vaſſallus hoc caſu culpat indirectè dominum non iuuando, & ſic omittendo, non autem directè.

41 Tertio, quod quando feudum amittitur ob inueſtituram non petitam infra tempus præfiſſum, [Iſern. in cap. 1. §. fin. in fin. nu. 53. quæ ſit prim. cauſ. benefic. ammittẽd. tenet, quod ad agnatos non ad dominum deuoluitur; & ibi ſequitur Martin. Lauden. num. 14. Aluarott. ibi concluſio. 21. Iſer. in cap. ſancimus colu. 1. num. 2. verſic. ex hoc patet vbi Aluarott. colu. fin. Præpoſit. ibi nu. 15. colu. fin. Iſer. in cap. 1. §. præterea ſi quis infeudatus de prohibit. feud. alienat. per Federic. vbi Martin. Laudenſ. & Iſer. etiam hic num. 4. & in cap. 1. num. 4. de capitul. Corrad. Socci. in conſ. 66. colu. 9. num. 18. volum. 3. Curt. in tracta. feud. 5. part. 5. concluſio. Iſtam opinionem ſequitur, & dicit, tenendam Greg. Lopez 4. partita tit. 26. l. 10. in gloſ. lit. B. Sed Odoffred. in ſumm. ſub rub. ad quos feud. reuertatur, quando amittitur] tenet, quod reuertatur ad dominum, excluſis agnatis, quia dicit, quod hæc eſt culpa reſpiciens dominum, [Bal. refert, & ſequitur hic colu. 2. Alex. in conſil. 30. num. 17. volu. 1. & in conſ. 10. nu. 7. volu. 3. Paulus de Caſtr. in l. adoptiuum §. patronum ff. de in ius vocand.] enumerans hanc culpam inter illas, quæ dominum reſpiciunt, & in [conſi. 162. incipien. circa præſentem caſum, volu. 2. Abbas in c. fin. extra de feud.] dicentes, quod hoc caſu dicitur delictum commiſsũ in perſonam domini, vide [Io. de Ana. in conſ. 32. 1. col. num. 5. eſt clarè de mente Deci. in conſ. 144. col. 3. q. 3. Io. Rain. in d. §. præterea ſi quis infeudatus num. 30. qui dicit, quod iura indi-

indiſtinctè loquuntur; Iacobin. optimè iſtam opinionem fundat, qui dicit ſic iudicatum in ſua inueſtitura, qui quidem, inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis num. 64. & hanc opinionem ſequi videtur [Capyc. in ſua inueſti. in cap. feuda amittuntur verſ. 55.] quia ponit iſtã
C opinionem in fine. C.

42 Circa ſecundum caput, quando quæſtio eſt inter filios, & dominum [gloſ. in l. 2. C. de libert. & eor. liber.] ſimpliciter dicit, quod ex felonia patris filijs non aufertur feudum, & idem tenet [gloſ. in l. adoptiuum §. patronum, in verbo innocens ff. de in ius vocand.] dicens, quod licet vaſſallus fuerit inſidiatus domino, ipſe amittit feudum, non filius, [gloſ. in cap. 1. §. præterea, quę ſit prim. cauſ. benefic. ammittend.] dicit, quod licet videatur dicendum de iure communi, quod filio non aufertur feudũ, nec patre viuo, nec mortuo, per tex. in §. patronum, nihilominus conſuetudo videtur repugnare, vt in hoc tex. allegãs iſtum tex. & ſequitur [Iſern. ibi num. 9.] Imò in tantum vult, vt filius delinquentis excludatur, omnino ex felonia patris in dominum, quod tenet procedere etiam ſi pater deceſſiſſet viuo patre ſuo, quia iura feudalia indiſtinctè loquuntur, & quia filius habet eſſe à patre culpante; [Dinus autem in cap. non debet de regul. iur. in 6. vt refert ibi Ioann. Andreas] diſtinguit inter feudum paternum, ideſt à patre quęſitum, vt in illo felonia patris noceat filio, & aliud feudum à genere peruentum, vt in illo delictum patris filium non excludat, [per tex. in l. 3. ff. de interdict. & relegat. Din. ſimpliciter refert Cardina. in cap. 2. extra de feud. & idem in effectu tenet Angel. in l. adoptiuum. §. patronũ ff. de in ius vocan. Specula. in tit. de feud. §. final. nu. 2.] in feudo auito diſtinguit, aut filius nõ eſt conceptus viuo auo, & tunc factum patris nocet, aut auo viuente, & ſi pater commiſit feloniam in vita patris ſui, nõ nocet, quia non ex perſona patris, ſed aui admittitur, aut auo defuncto, & tunc obeſt patris delictum, ſi pater adiuit hęreditatem patris ſui, quia ſi repudiaſſet, auo ſuccederet, tenet quod concluſio, quod filij, & deſcendentes, excludãtur ex felonia reſpiciente dominum, fallit, ſi delictum fiat per patrem, qui nihil adhuc habet in feudo, vtpote auo viuente, quia delinquente ſublato de medio, eius delictum non nocet nepoti immediatè ſuccedenti auo, ex hoc dicit indubitatum multos allegans, gloſ. feudales reprobant diſtinctionem inter feudum auitum, & à patre quæſitum, dicunt nan-

nãq;quod filius excluditur à feudo auito ex culpa patris, & dominus præfertur, per l. tex. hic, & in c. ſi vaſſallus ſi de feud. defunct. milit. ita dicit gloſ. ibi, & in c. Imperialem, §. inſuper de prohibit. feud. alien. per Federi. ponit Bal. in l. 2. C. de libert. & eor. liber.] rationem dicens, quod ſicut in emphiteuſi ille, qui facit contra naturam contractus, non ſoluendo canoné, aperit viá proprietario excluſis omnibus ſequentibus, quia hæc tacita conditio fuit ab initio[argu. l. quæro §. inter locatorem, ff. locat.] ità in feudo, quia ille, qui
43 committit feloniam facit contra naturam contractus, vnde ex tacita natura contractus redit ad dominum, [Petr. de Bellaperti.in l. fin. C. de libert.& eor. liber. & Cyn. in l. 2. C.eod.tit.] reprobata diſtinctione inter feudum à patre queſitum, & auitũ dicunt, quod indiſtinctè felonia patris nocet filio, niſi expreſsè eſſet dictum in inueſtitura feudi, do tibi feudum, & tibi, vel filijs, & liberis tuis, quia tunc retinent fili,jiure expreſsè donationis, nó quia hæredes, [argu. l. ſtipulatio iſta habere licere §. ſi quis ità ff. de verbor. obligatio. Cynum ſequitur Bal. ibi, qui dicit, quod idem tenet Iacob. de Rauenn. Henrich. Boich in cap. vet gentile de hæreti. tenet idem Paul. de Caſtr. in conſ. 311 incipiente circa id. quod quæritur vol. 1.] ſequitur Curt.ſenior in couſ.49. num. 88. Bar. in l. 3. num. 1. ff. de interdict. & relegat. admittit diſtinctionem Cyn. & Petr. de Bellapert.]inter feudum ſimpliciter conceſſum, & feudum cóceſſum pro ſe, & liberis, quando felonia non reſpicit dominum, vel quando pater aliquid non fecit contra promiſſione in feudo factas, quia ſi felonia reſpicit dominum, vel venit contra promiſſiones factas tempore inue-
44 ſt,turæ, excluditur etiam à feudo conceſſo pro ſe, & liberis, niſi pater deliquiſſet in vita patris ſui tempore, quo ei non erat ius quæſitum, vt aduertit [ſpecula. vbi ſupra, Bar. refert, & ſequitur Ancharan. in c. 2. extra de feud. Iaſ. in l. adoptiuum, §. patronũ, ff. de in ius vocand. remittendo ſe ad Bar. idem facit Iacobin. ibi num. 3. & ita ſecundum Bar.] vt etiam in feudo conceſſo pro ſe, & liberis, ſi felonia reſpicit dominum, filius priuetur, tenet [Imol. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus col. 2. ff. de damn. infect. vbi Alex. nu. 29. Paul. de Caſtr. in conſ. 311. in 2. dubio incip. circa id, quod primo quæritur, & in l. adoptiuum §. patronum, ff. de in ius vocand. Sed Bal. in l. qui ſe patris colu. 5. num. 7. C. vnde liber.] videtur tenere contra fiios, nec dum in feudo ſi mſimdliciter conceſſo, ſed in feudo

do conceſſo alicui, & liberis, dicit nanque, quod ſi auus quęſiuit feudum pro ſe,& liberis ſuis, & filius commiſit aliquid, propter quod cadere debet à iure ſuo, quod licet ſit bona æquitas, quod nepos poſſit ſuccedere in feudo,non ex perſona patris,ſed aui, & iura, quæ ad hoc allegantur .ſ. [tex.in l.emancipato ff.de Senatorib. tex. in l. adoptiuum in fin.ff. de in ius vocand. tex. in l. diui fratres ff. de iur. patro.] præbeant argumentum ita dicendi; tamen ſecundum vſum feudorum, diſtinguitur, aut vaſſallus deliquit in dominum, & venit ad dominum,non ad filios per [tex. in §. denique,] quia propter culpam patris,factus eſt filius domini inimicus [argu.l. 1. C. ſi quacun. prę. pote.]aut culpa non reſpicit dominum, & filius etiam excluditur,cum agnati præferantur, quia non eſſet patri pœna, ſi iret in filium eius,cum ita gaudeat de filio, ſicut de ſeipſo, nec dominus haberet meliorem vaſſallum habendo filiũ, quam patrem, & quia vnum cẽſetur vtriuſque patrimonium [l. 2. qui ætate lib. 10. & ff. de bon. liberto. l. nihil, §. facilius.] Sed quando feudum eſſet conceſſum patri,& filijs nominatim, & non contemplatione patris,vt filij habeant partem, etiam viuo patre, tunc delictum patris non noceret filijs in portione ip ſorũ; Ita [Iſer. hic num.4.] qui dicit, quod in dubio pręſumetur contemplatione filiorum nominatorum, ſecus ſi non ſunt nominati, ſed eſt dictum filijs Titij, quia tunc præſumetur contemplatione patris, & delictum patris nocebit filijs;ſequitur [Iacobin. in ſua inueſtitura in verbo, dictique vaſſalli promiſerunt nõ committere feloniam nu.84. & alios allegat Curt.in d.5.p. colu.

45 3. Afflict.hic nu. 1.] Circa tertium caput, quando quæſtio eſt inter filios, & agnatos, aut feudatarius priuatus fuit feudo ex felonia dominum reſpiciente,& tunc ſi tenemus communem opinionem, quod reuertatur ad dominum, vt ſupra vidiſtis, excluduntur tàm filij, quàm agnati; ſin autem tenemus opinionẽ Iſer. quod non reuertatur ad dominum,agnati filijs pręferuntur, Et hoc in articulo generali, in felonia ſine dubio reſpiciente dominum,& directè. Sed ſi feudum ammittitur ob alienationem;tunc ſi tenetis opinionem, quod reuertatur etiam ad dominum, vterque etiam excluditur .ſ. tàm filius, quàm agnatus: ſi verò tenetis opinionem communem, quod non reuertatur hoc caſu ad dominum, hic attẽta opinione Iſer. filius præfertur agnatis, tanquã proximior agnatus,ita ipſe [in c.ſi vaſſallus culpam,ſi de feud. defunct.milit.& in c.

in cap. 1. §. & ſi bellum num. 7. de alienat. feud. pater. & in c. 1. §. denique verſic. ſi verò, quæ ſit prim. cauſ. benefic. amittend. & in hoc c. num. 4. & in c. 1. nu. 4. de capit. Corrad.] Sed communiter alij tenent, quod filij indiſtinctè ex omni culpa excludantur. Succeſſiuè ſi feudũ ammittitur ob inueſtituram non petitam, ſi tenemus opinionem communem, quod dicatur culpa dominum reſpiciens, & proinde ad dominum reuertatur, vterq; excluditur filius, & agnatus, ſed ſi tenemus opinionem Iſern. quod ad dominum non reuertatur, agnati prȩferuntur filijs, vt [Iſern. in d. cap. 1. nu. 4. de capitul. Corrad. & in d. c.] ſi vaſſallus culpam. Et in præmiſſis, dũ filij excluduntur ab agnatis, eſt aduertendum, quod in caſibus, in quibus filij excludunt dominum, multo fortius excludunt Agnatos. Circa quartum
46 caput principale, quando ceſſantibus filijs, vel agnatis, aut ipſis excluſis, vel ex qualitate feloniȩ, vel ex qualitate feudi, & quæſtio non eſt, nec inter eos, nec cum domino, ſed eſt inter dominos .ſ. mediatum, & immediatum, puta inter Comitẽ, ſeu Baronem, & Regem ſi feudatarius Baronis, vel Comitis delinquat, aut aliquid faciat, propter quod feudo priuetur. In hoc capite videamus, quid Doctores dicant, tàm extra Regnũ, quàm in Regno, & quidem extra Regnum [Hoſtienſ. in c. quibuſdã verſus finem de pen. refert primo] opinionem, quod applicatur domino immediato per [tex. in c. imperialem §. illud de prohibi. feud. alien. per Federi. vbi ſi vaſſallus mediatus offẽdit dominum mediatum, non ei, ſed domino immediato feudũ aperitur, refert aliam opinionem, quod applicetur Regi, ſeu Principi, non autem domino immediato, non obſtante §. illud, qui loquitur ſecundum iſtã opinionem, quando offenſus eſt alius dominus immediatus, quam Princeps, ſeu Rex; quod ſatis colligi poteſt ex illo tex. dũ permittere videtur, quod vaſſallus poſſit inferiorem dominũ contra maiorem iuuare, quod nullo modo intelligi poteſt de Rege, qui in omni iuramento fidelitatis excipitur, vt [in §. fin. d. cap. Imperialem: verum ſi dominus immediatus erit ſine culpa, erit pretium reſtituendum [argu. l. item ſi verberatum §. ſi fortè ff. de rei vend. Speculat. in tit. de feud. q. 40.] latius iſtam quæſtionem tractat, referendo tres opiniones; Prima, quod non pertineat ad Principem, ſed ad dominum immediatum, quia fieret translatio feudi in potentiorem, cum Rex habeat multa priuilegia, & conditio domini immedia-

mediati durior fieret, quade cauſa prohibita eſt alienatio rei in potentiorem [l. 1. ff. de alienat. iudi. mutan. cauſ. fact.] Adducit exempla de peculio ſerui, aut filij familias militis, quę domino, aut patri non auferantur, ſi bona ob eorum delictum publicantur[l. 1. & l. ſi filius C. de bon. damnatorum,] & quod dicitur in emphiteuſi Eccleſiæ, vt poſſit auocari à fiſco ſi in eius poſſe peruenerit [§. ſi verò in authen. de alienatio. & emphiteuſi.] Secunda opinio, quod ad Principem feudum ſpectet per [l. fin. C. ad l. iuliàm maieſtatis,] & quia cũ omnia à Principe deſcendant [l. bene à zenone Cod. de quatrienn. præſcriptio.] res de facili reuertitur ad ſuam naturam [l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.] Tertia opinio, quod Rex ſeu Princeps tenebit feudum illud, donec delinquens naturaliter vixerit ſeu quandiu debebat ille tenere, poſtea verò ad dominum redibit [l. peto §. prædium ff. de legat. 2. l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iure fiſci §. fin. de capitu. Corrad.] & interim Rex ſeruiet per ſubſtitutũ [l. nullus qui nexu C. de dei curio lib. 10.] Ipſe relatis opinionibus nititur vtrique domino conſulere mediato ſcilicet, & immediato, & ideo ponit ſuam opinionem, & ſic quarto dicens, quod illud dominium feudatarij pertinebit ad Regem ſaluo iure, & dominio domini immediati; arguit [l. ſi finita §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infect.] verum, quia non expedit domino feudi immediato habere Regem, & dominum ſuum in vaſſallum, nec decet Regem bona tenere reliquæ alteri ſeruitum debent vult, vt Regi applicetur, cum onere tamen feudum integrum vendendi, & pretium diſtribuendi inter ipſum, & dominum immediatum pro rata dominij vniuſcuiuſque, vel ſaltem cum onere dandi, aut vẽdendi dominium illius feudatarij delinquentis alteri, qui tenere debeat à Comite, vel Barone, & ei ſeruire, & quia obſtabat tex. in d. §. illud, reſpondet, quod ille tex. eſt intelligendus, & limitandus, vt ſupra, vt deuoluatur cum onere vendendi integrum, & pretium diſtribuendi, aut cum onere dandi, vel vendendi ius delinquentis, vel ſecundo, prout reſpondet Hoſtienſis, quod non loquitur, quando offẽſus eſt Rex, vel Princeps: & ſic etiam reſpondet obiectioni, quod non tranſeat in Regem ſine voluntate domi-

ni immediati, ſicut ſine ſua voluntate non poteſt alienari, quia intelligitur de alienatione voluntaria, non autem de alienatione neceſſaria, quæ
47 permiſſa eſt, licet voluntaria prohibeatur [l. alienationes ff.familiæ hærciſcundæ, idemquod in crimine leſæ maieſtatis dicit Speculat, in crimine inceſtus, & hæreſis Io: Andr. in d.cap.in quibuſdam, colum. final.refert Hoſtienſ. ſed ſe remictit ad dicta per Speculato vbi ſupra, & ſic facit Hendrich.Boich.ibi, & in cap. vergentis columna 3.de hæretic. vbi formaliter trãſcribit verba Speculato, & ita etiam ad Speculato: ſe remictit Ant. de But. in d. cap. in quibuſdam num. 15.& Zabarell.in d. cap. vergentis num. 5. Hendrich. Boich. ſequitur Socc. in conſ. 266.nu.40.Guid.Pap.in deciſ. 241. qui trãſcribit verba Hẽdric. Boich. & opinionem Speculato: in effectu eo, nec alijs citatis tenet Guglie. de valle ſicc.ſuper vſatico Barchi nonę incipien. ſi quis ſuum feudum num. 19. & ibi eum ſequitur, tranſcribendo ferè verba ipſius Iacob. de Marquelles ſuper eod. vſatico.]
48 Opinionem autem contra Speculatorem, quod dum ex delicto bona feudatarij publicantur, non Regi feudum, quod ab alio tenet, applicetur, ſed domino aperiatur; tenent in effectu omnes, qui dum formant ſimpliciter quęſtionem, an feudum veniat in confiſcatione bonorum concludunt non venire, & licet non in ſpecie forment quæſtionem inter dominum mediatum, & immediatum, tamen dum excludunt feudi cõfiſcationem, excludunt Regem: & ita, quod non tranſeat in fiſcum, ſed potius ad dominum reuertatur tenet [Bar.in l.ſi finita §.ſi de vectigalibus numer. 3.ff. de damn.infect.] dicens, quòd ſicut non tranſit in fiſcum illa obligatio fidelitatis, quæ eſt merè perſonalis, ita etiam non tranſit feudum: & quia cum feudatarius debeat ſeruitium perſonale, alia ſunt opera vnius alia ſunt opera alterius [l. nemo eſt qui neſcit ff. de duob. reis] & quia vtile dominium, quod propter ſeruitium feudatarius habet non poteſt à ſua cauſa ſeparari, & in ſpecie Specula: contemnit, & dicta Bar. in hoc non improba ibi [Imol.& cum Bar.in hoc concordat Alexand. ibi numer. 21.& 30.qui dicit, quod cum Bart. eſt magis communis opinio, Paul. de Caſt. nume.60.] qui ampliat, vt nec in fiſcum tranſeat, quoad comoditatem, & reſpondet obiectioni, quod

quod alienatio neceſſaria non eſt prohibita, quia illud procedit in re, quæ ſimpliciter prohibetur alienari non in illa, quæ prohibetur alienari in extraneas perſonas, quia tunc etiam neceſſaria in illis eſt prohibita, [Roman. numer. 10. qui comprobat concluſionem Bart. alia ratione, ſcilicet, quia feudum
49 non eſt de ſui natura tranſitorium in hæredem extraneum, quia appellatione hæredis, in materia feudali, intelligitur de hærede ſuo, ideſt de filio maſculo[§. & ſi clientulus, de alienatione feudi, & fiſcus non ſuccedit niſi in his iuribus, in quibus ſuccedit hæres extraneus
50 non in alijs: notatur in [l. prima Cod. de bonor. liberto:] item quia fiſcus in bonis publicatis dicitur quaſi hæres ciuilis ſecundum [gloſ. in l. non intelligitur §. cum ex cauſa ſuper verbo impertinens ff. de iuramen. fiſc.] Ergo excluditur, quia in feudo non ſuccedit filius adoptiuus, & ſic filius ciuilis [cap. adoptiuus, Bald. in l. prima numer. 4. Cod. de bonor. liberto: & in l. prima quæſt. 40. ff. de rerum diuiſio] vbi dicit, quod propter delictum vaſſalli, feudum non confiſcatur, quia conditio domini efficeretur deterior, quia cum pro mortuo habeatur, penitus redit ad ſuam proprietatem, quia cum fiſcus non poſſit eſſe fidelis ſuorum inferiorũ, nec eſſe in ſeruitio perſonali; ergo nec in feudo ſucceſſit [Angel. in l. eorum numer. primo ff. de damn. infect.] vbi reprobat opinionem Speculato: & ibi [Imol. Anchar. in cap. Felicis de pen. vbi Geminia. in principio, & Philippus Fran. in verſic. nullus; Curtius in tract. feudal. 5. part. princip. remictens ſe in omnibus ad dicta per [Alexand. in dicto §. ſi de vectigalibus, Alexan. in conſil. 89. numer. 3. colun. Roin. in conſil. 23. num. 30. volum. Decius in conſ. 252. columna. fi. Iacob. in ſua inueſtitura in verbo dictique vaſſalli promiſerunt non committere feloniam, numer. 92.] qui dicit, quod magis communis opinio eſt, quod feuda non confiſcantur confiſcatis bonis vaſſalli; Eandem opinionem tenet [Caſſane. in conſuetudine Burgund. rubric. 2. §. 2. num. 12. Stefan Aufren. in deciſ. capellæ Tholoſan. 395.] qui dicit, quod eſt magis communis opinio, & dicit hanc opinionem communem [Boeri. in deciſio. 278. iſtam opinionem tenet Iſern. hic numer. 2.] qui ſimpliciter dicit, quod feudum, quod ab alio tenet is, cuius bona publicantur, redit ad eum, à quo tenebat [l. final. §. ſi in Libertinum ff. de

bonor. liberto. l. ſi quis preſbiter Cod. de Epiſcop. & cleric. idem dicit in cap. primo numer.4. de vaſſall. decrepit. ætat. in conſtitutio. Regn. ſi quando aliquem in fin.& in cap. 1. verſ. domini principalis de ſtatut. & conſuetudi. contra libertat. Eccleſiæ in cap. domino numer. 1. ſi de feud.defunct.milit.loquens
51 in feudatario,Baronis proditore contra Regem, melius, & originaliter idem Iſer.in cap.1. §. ſi vero num.4.de pac. tenen.] vbi loquitur in feudatario proditore; tenet eandem opinionem [Salicet.in l. 2. Cod. de libert. & eorum liber.] qui voluit tam in crimine læſæ maieſtatis in primo, & ſecundo capite quam in alio delicto, ſi filij excluduntur, & quæſtio ſit inter fiſcum, & dominum immediatum, quod reuertatur ad dominum, & fiſcus excludatur, quia dominus qui conceſſit talem feudatarium, potentiorem habere noluit, & dicta Salicet. refert, & in hoc non improbat, [Imol. in cap. 2. colum.6. & 7. colum.22. & 23. extra de feud. Bellamer.in cōſ.15.] latiùs refert præmiſſas quatuor opiniones, de quibus per Speculator. & dicit, quod ſecundum Speculato: tenet [Collecta. in cap. ſecundo colum.antepenultima,extra de feud.] & poſt tranſcripta verba Speculato, & Henri. Boich. non impugnat Specula.in crimine læſæ maieſtatis, ſed in caſu ſuo nititur probare, quod non erat verè crimen læſæ maieſtatis. Sed idem [Egid. Bellame. in deciſio.725.latè tractat. quæſtionem an in crimine læſæ maieſtatis, vel alio ex quo bona publicantur, feudum applicetur fiſco,vel Baroni, & in effectum concludit, quod dum eſt quæſtio inter dominum immediatum,& Regem,Rex in omni caſu præfertur, vt habeat etiam donec ſuperſunt de ſucceſſoribus feudatarij, præter quam in feudo perſonali, aut tranſitorio ad hæredes, hæredibus non exiſtentibus,feudatario tamen condemnato ad mortem pro delicto,in quo eſt impoſita à lege pena publicationis bonorum, & refert primas tres opiniones Speculato: quas ipſe nititur concordare,vt quãdoque quælibet opinio de per ſe ſtare poſſit. Nam ſubſtinet primam opinionem, quod deuoluatur ad dominum immediatum, quando feudatarius condemnatur ad mortem, & bona ipſius confiſcantur à lege, vel homine, tacitè, vel expreſsè:in feudo tamen, quod de ſui natura non eſt tranſitoriũ ad ſucceſſores, vel ſi eſt trãſitorium in certos ſucceſſores, nullus illorum ſupereſt: idem ſi non eſſet

ſet feudatarius condemnatus ad mortem expreſsè, ſed tacitè, quia damnatus fuiſſet de crimine, in quo pœna legis eſt mors; quo caſu ad vltimum ſupplicium damnari videtur; & ratio quare ſuis caſibus, non ad Fiſcum, ſed ad dominum immediatum feudũ reuertitur, eſt quia per mortem illius feudatarij, domino immediato aperitur, & talis ſententia ſtatim feudatario mortem infligit, quia efficitur ſeruus pœnæ [l. qui vltima ff. de pęn.] puniretur ergo dominus immediatus, cui vtile dominium feudi conſolidatum eſt, quod eſſe non debet, ideò Fiſcus excluditur. Suſtinet ſecundam opinionem, quod Fiſco aperiatur in pręiudicium delinquentis, & ſucceſſorum, eius tantum in feudo tranſitorio in certos ſucceſſores, ponens exemplum, ſecũdum [tex. in cap. 1. de feud. non habent. propri. feudi natu.] Dicit nanque, quod Fiſcus habeat donec de illis ſucceſſoribus ſuperſint, & quod eis finitis redeat ad dominum immediatum, quia Fiſcus in locum illorum ſucceſſorum feudum capit, & domino immediato non fit præiudicium conſiderabile, quia illis ſucceſſoribus deficientibus, ad eum feudum reuertitur; & conſiderat præcipuè, quod vtilitas ſurgens ex pœna delinquentis ad rem publicam pertinere debet; quia offenſa reſpicit vigorē Reipublicæ, ideo ad burſam fiſcalē Reipublicę pertinere debet, non ad aliam perſonam priuatam; dicit, quod iura feudalia à Bart. allegata, loquuntur in delicto, ex quo ex lege feudi oritur priuatio feudi tantum, non autem bonorũ confiſcatio. Suſtinet tertiam opinionem, quod viuente delinquente, pertineat ad Fiſcum, quando feudatarius non eſt cōdemnatus ex delicto, in quo pœna legis ſit mors, ſed confiſcatio bonorum, & quod penes Fiſcum ſtabit, quouſque domino aperiretur, ſecundum naturam illius. Et poſtquam hoc modo conciliauit iſtas opiniones videns intereſſe domini immediati propter Fiſci potētiam, reſidet in remedio dato per Speculatorem in ſua quarta opinione, vt Fiſcus habeat cum onere illud integrum vendendi, vel vtile tantum, aut alteri dandi.

52 Succeſſiuè Doctores in hoc articulo vltra progrediuntur, limitantes opinionem præmiſſam, quod feudum non tranſeat in Fiſcum ex publicatione bonorum, vt non procedat in feudo conceſſo cum pacto, vt tranſeat in quemcumque hæredem, ſiuè ſuum, ſiuè extraneum, cui vaſſallus voluerit; dicunt tamen, quod feudum hoc publicabitur,

quia non habet propriam feudi naturam; verùm tunc durabit penes fiſcum quãtum fuiſſet duraturum penes vaſſallum, & ita per verbum fortè, dicit [Roma. in d. §. ſi de vectigalibus. Hanc limitationem ſequitur Alex. ibi num. 30.] eam ſublimitando in caſu, quo eſſet commiſſa offenſa in dominum immediatum, [Alex. approbat in hoc Dec. licet in alio caſu loquatur in conſ. 252. num. 6. Curt. relatiuè ad Alex. in d. tractat. feud. 5. part. principali, & idem Curt. iunior in conſ. 4. colu. penult. nu. 20. Iacobi. in ſua inueſtitu. in verbo dictiq; vaſſalli promiſerunt non committere feloniam, num. 94. & hanc limitationem ſequi tandem videtur Stefan. Aufrerius in deciſio. Cappellæ Tholoſanæ 395. in fine,] licet primo videatur dicere contrarium. Sed [Aymon in conſ. 128. in fin.] in feudo tranſitorio ad hęredes extraneos tenet, quod perpetuò tranſeat in fiſcum ex publicatione, & idẽ tenere videtur [Boſſi. in tit. de publicatio. bonor. nu. 54. in fin. dum dicit, quod deciſio Alex. in d. §. ſi de vectigalibus, dum limitat durante vita delinquentis, fundatur in deciſi. Bal. in cap. ea lege, dum dicit, quod clauſula, & cui dederit, in inueſtitura feudi non operetur delinquẽdo, & quod aliter malè loquitur, & tamen dicit, quod Curt. in d. conſ. 4. colu. penult. latè illum reprobat, & apertius nu. 53.] dicens ita eſſe de mente Curtij, quod perpetuò tranſeat in fiſcum, quando eſt tranſitorium ad hæredes extraneos. Hæc autem limitatio, vt admittatur feudi confiſcatio in feudo trãſitorio ad hęredes extraneos,

53 quia conceſſum pro aliquo, & cui dederit, vt non procedat, quando in inueſtitura feudi facta cum clauſula, quod non poſſit vendere, vel alienare, niſi priùs requiſito directo domino, tunc enim hæc clauſula ſequens efficit, vt non tranſeat in hæredem extraneum, vt in emphyteuſi, dicit [Deci. in conſ. 171. colu. fin. verſ. 4. quam ſublimitationem Boſſi. vbi ſupra,] qui ponit exemplum, tàm in feudo conceſſo pro eo, & quibus dederit, quàm in feudo empto, nõ admittit, quando eſt dictum in inueſtitura, vt poſſit alienari impetrata licentia; faciens differentiam inter iſtam clauſulam, & clauſulam, quod non poſſit alienari, niſi cum licentia, & conſiderans, quod tractatur de alienatione in eundem Principem, & ſic reſpondet conſ. Decij. Inſuper limitat alio modo præmiſſam opinionem Pauli de Caſtr. in d. §. ſi de vectigalibus, vt non

54 procedat in feudo, pro quo non præſtatur ſeruitium perſonale, ſed aliquid annuum ſolueretur,

tur; hoc enim feudum licet non tráſiret ad hæredem extraneum, tamen eius cõmoditas confiſcaretur, & de hoc feudo dicit, quod poteſt intelligi [tex. in c. excommunicamus, §. ſi verò dominus, extra de hæretic.] vbi patet, quod feudum publicatur ſaluo iure veri, & directi domini. Vlterius Iſer. in hoc articulo tribus alijs modis declarat, & diſtinguit præmiſſa, Primo in [d. cap. 1. §. ſi verò, de pac. tenend.] facit diſtinctionem inter feudũ planum, & de tabula, vt applicetur Baroni domino immediato; & feudum quaternatum, vt illud deuoluatur Regi: & eandẽ diſtinctionem facit idem [Iſer. in d. cap. Imperialem §. illud,] vbi ponit exemplum in feudatario Baronis offendente Regem: & ante Iſern. eandem diſtinctionem facit gloſ. in conſtitut. Regn. poſt mortem, in verbo ad conceſſionem, quæ loquitur in feudatario Baronis committẽte crimen læſæ Maieſtatis: ſequitur iſtam diſtinctionem, [Luc. de Penn. in l. 1. colu. 1. poſt medium, C. de petitionib. bonor. ſublat. cap. in ſua inueſtitu. in verbo feudorum deuolutio, [Afflict. in d. §. illud, Loffred. in c. de his, qui feud. dar. poſſ.] Eſt verum, quod eadem gloſ. in conſtit. poſt mortem, in verbo munificentia, videtur te-
55. nere etiam in feudo quaternato, quod tenetur à Barone, vt ei aperiatur, non Regi: ſed contrarium in feudo quaternato ſub Barone, videtur tenere [Iſer. in cap. 1. §. ſimiliter, circa medium primæ colu. de capita. qui curi. vend. & in c. 1. §. præterea vlt. addit. de capitul. Corrad. Loffred. in cap. domino, ſi de feud. defunct. milit. qui loquitur in vaſſallo committente proditionem in Regem. Eſt de mente eiuſdem Iſer. in c. 1. de alienat. feud. pater. & in c. 1. §. poſt refutationem, poſt principium, de vaſſall. qui contra conſtit. Loth.] dum dicit, quod feudum quaternatũ ſub Barone mortuo feudatario ſine liberis, deuoluitur Regi, & non Baroni, & proinde non poſſe Baroni refutari; declarant tamẽ moderniores Neapolitani in tractat. de ſubfeudis 29. auctoritate Baronis, concluſionem prædictam, quod Regi aperiatur feudum quaternatum ſub Barone, non procedere, quãdo Baroni eſſet cõceſſum etiam feudum quaternatum, tenẽdum ab eo immediatè, & in capite: quia ex illa forma inueſtituræ receſſum videtur à [d. l. Regni poſt mortem, Camerar. in c. Imperialem fol. 60. litera M. de prohibit. feud. aliena. per Federic. per plures colum. ſequent.] tractat quæſtionem iſtam, cui deuoluatur, vaſſallo delinquente, feudum, quod à Barone tene-

tur

Digitized by Google

tur,& in feudo quaternato,quod à Rege tenetur,in quo maius eſt dubium, concludit ex multis, quod aperitur Baroni dicens, ità eſſe de mente [Iſer. in d.§.illud, & Luc. de Penn. in d. l. 1. de petitio. bonor. ſublat.] Secunda diſtinctio, & limitatio eſt,vt domino immediato applicetur, poſt mortem tantùm delinquẽtis,non ante, & quod in vita delinquentis applicetur Regi, qui publicat; ita [Iſer.hic paulo poſt num. 7. per tex. in d. §. Cornelio Felici; & dicit, quod Speculat. qui, vbi ſupra ponit multas opiniones, in hanc opinionem inclinare videtur. Idem dicit in d. §. ſi verò verſi. hæredes nu.6. & in c. domino guerram, num. 3. hic finitur lex; Afflict. autem in deciſio. 282.] in feudatario Baronis committente rebellionem cõtra Regem, in feudo plano, & de tabula tenet, quod ſtatim aperitur Baroni, non expectata morte delinquentis; & ſic dicit deciſum in Sacr. Conſ. di-
56 cens, quod tex. in d. §. Cornelio Felici, in quo ſe fundat Iſern. nõ habet locum in materia feudali; quia feudum, quod conceditur à Barone, eſt conceſſum conditionaliter, donec eſt fidelis, aliàs reuertatur ad Baronem; Et quod tex. ille eſt contra conſtitu. poſt mortem, & capitula Papæ Honorij. Hanc deciſionẽ approbãt multis rationibus moderniores Neapolitani in tracta. de ſubfeud. 29. auctoritate Baronis,& ita ſecundum Afflictum in feudo plano, tenet Camerar. in d. cap. Imperialem fol. 70.litera M. Eſt hæc opinio, quod aperiatur Baroni, non expectata morte delinquentis, ex mente [Barto. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus, num. 3. vſque ad nu. 9. ff. de damn. infect. dum reſpondet ad tex.in §. Cornelio Felici, vt benè aduertit Boſſi. vbi ſupra nu. 53.] qui hanc opinionẽ tenet. Tertia diſtinctio Iſer. eſt illa, quam ponit in §. illud, diſtinguit, nanq; quando feudũ planum, & de tabula deuoluitur ob delictum, & tũc Baroni aperitur, & quando deuoluitur ob alienationem, vt tunc domino mediato, & nõ immediato aperiatur, & ita ante [Iſer. tenuit gloſ. in d. §. illud in verbo niſi requiſitus, eſt de mente Iacob. de Beluiſ.ibi,& Bal.] etiã ibi,qui licet aliquantulũ dubitare videatur,tamen in effectu cõcludit,quod quia alienando offendit dominũ domini, ergo ad dominum veterem reuertitur, & hanc dicit eſſe veritatem, & ità apertè tenet ibi Aluarott. 3. colu. diſtinguens inter ingratitudinem delicti,& ingratitudinem cõtractus, ſcilicet alienationis, & ſequitur ad litterã Præpoſit. ibi dicentes ex mente Bal. quod ideo reuertitur ad primum dominum,quia

penes

penes ſecundum per infeudationem, nullum remãſit dominiũ, quia illud vtile, quod habebat tranſtulit. Dicit tamen [Bald. in d.§. illud,] quod ſi dominus immediatus eſt ille, qui habet pręſtare conſenſum ſuper alienatione feudi, ad eum redit in caſu alienationis, nõ ad primum dominum, ex quo dicto, Aluarott. & Præpoſit. ibi ex mente Bald. inferunt, quod ſi ex conſuetudine induceretur, quod in alienatione feudi exigeretur conſenſus domini immediati, tunc ſi alienaretur, ad ipſum, non ad priorem dominum rediret. Videtis ergo ex præmiſſis, quàm variè in hoc articulo, dum quæſtio eſt inter dominum mediatum, & immediatum, Doctores loquũtur; Alij nanquè indiſtinctè dicunt, quod Regi applicetur, excluſo Barone. Alij indiſtinctè, quod Baroni deuoluatur, excluſo Rege. Alij, quod Regi applicetur durante vita delinquentis, & hæredum tantùm, poſt Baroni deuoluatur. Alij, quod Regi applicetur cum onere vẽdendi integrum feudum, & diſtribuendi pretium pro rata, aut alteri tantum vtile dominium vendendi, ſeu concedendi; Alij diſtinguũt inter crimen leſæ maieſtatis, vt Regi applicetur, & alia delicta, vt tunc Baroni applicetur. Alij reijciunt iſtam diſtinctionem, & dicunt idem in quocunque crimine. Alij diſtinguunt inter feudum perſonale, ſeu tranſitorium ad certos ſucceſſores, ſi ſucceſſores non ſuperſunt, vt tunc feudatario condemnato ad mortem, & publicatis bonis, ſtatim domino immediato applicetur, & feuda tranſitoria ad certos ſucceſſores, ſi ſucceſſores ſuperſunt, vt illa feuda Regi, non domino immediato aperiantur, donec illi ſucceſſores ſuperſunt. Alij dicũt, quod fiſco applicatur feudum conceſſum cum clauſula, & quibus dederit, velut tranſitorium ad hæredem extraneum, durante tamen vita hæredum feudatarij; Alij hoc limitant, ſi poſt clauſulam, & quibus dederit in inueſtitura, ſequitur alia clauſula, quod non poſſit alienari, niſi cum licẽtia directi domini; Alij hoc ſublimitant non procedere, quando tractatur de alienatione in eundem Principem. Alij dicunt, quod perpetuò feudũ, hoc modo conceſſum, Regi applicatur. Alij dicunt, quod feudum applicatur Regi, non Baroni, quando pro eo non debetur ſeruitium perſonale, ſed aliquid annuum. Alij dicunt, Regi applicari feudum emptum, quaſi tunc ſit tranſitorium ad hærdes extraneos. Alij in Regno diſtinguunt inter feudũ planum, & de tabula, vt illum Baro-

Baroni aperiatur, & feudũ quaternatum ſub Barone, vt illud Regi aperiatur. Alij hoc limitãt, quãdo in inueſtitura, ſunt etiam conceſſa feuda quaternata Baroni, tenendo eam in capite. Alij indiſtinctè dicunt applicari Baroni, ſiuè ſit feudum quaternatum ſub Barone, ſiuè planum, & de tabula. Alij etiam in Regno diſtingunt pro tempore vitæ delinquentis, vt tunc Rex habeat poſt mortem Baronis. Alij diſtinguunt, vtrum amittatur ob alienationem, vt tunc domino mediato aperiatur, vel ob delictum, vt tunc domino immediato deuoluatur. Quid ergo dicendum? Aduertatis in primis, quod prima opinio, quod indiſtinctè feudum Regi applicetur, non eſt vera, & communiter reiicitur; Doctores nanque vt vidiſtis, tàm in Regno, quàm extra Regnum non admittunt hanc opinionem, & ſic etiam ſecunda opinio, quod indiſtinctè applicetur Baroni: non recipitur, communiter etiam in Regno, poſtquam varias diſtinctiones, & declarationes faciunt. Tertia opinio, quod ad Regem pertineat, durante vita delinquentis, quæ ponitur per Speculatorem, vt videtis, communiter non recipitur, niſi in feudo conceſſo cum clauſula, & quibus dederit, velut tunc tranſitorium ad extraneos hæredes, & hæc videtur intentio Bellame. in dicta deciſio. 725. qui licet loquatur in feudo tranſitorio ad certos ſucceſſores, tamen ponit exemplum in terminis [tex. in c. 1. de feud. non haben. propr. feud. natur.] In Regno autem recipitur in feudo plano per Iſer. ſed non eſt opinio recepta per Sacrum Conſilium, immò contrarium iudicatur, & ita vos teneatis, tàm in Regno per capitula Papæ Honorij, quàm extra Regnũ per rationes Bar. & alias ſupra conſideratas: nec obſtat conſideratio Bellame. quod non debet alius ſentire comodum ex offenſa per delictum facta in rempublicam, quia iàm delinquẽs punitur ex delicto in feudi priuatione, & hoc eſt intereſſe principalis Reipublicæ, ſi ſentit comodum dominus feudi immediatus, hoc eſt ex conſequentia neceſſaria propter conſolidationem illius vtilis dominij cum directo, & ſi non eſſet alia ratione tenendum, tex. in §. illud, cauillari non poteſt, & reſtringere illum tex. quando offenſa non eſt facta erga Principem, ſed alium dominum immediatum, non poteſt fieri, niſi litteram violando, & aliud dicere, quod Princeps intelligitur exceptus in omni iuramento fidelitatis, aliud ſi feudatarium delin-

Regem

quit contra Regem, & mereatur feudi priuatione, ſi debet ad Regem peruenire in præiudicium domini immediati; & verè non eſt præiudicium modicæ conſiderationis, vt Bellame. dicit, quia ſatis, atque ſatis eſt conſiderabile per rationes iam allegatas, & quiſque veſtrum vellet potius quamlibet priuatam perſonam, quam Fiſcus habere in feudatarium: & advertatis, quod Iſernia dicit Speculato.in hanc inclinare opinionem, & vt ſupra dictum eſt, ab hac opinione recedit,& ad quartam opinionem tranſgreditur,
D cum qua reſidet. D.

ADDI-

ADDITIO AD REPETITIONEM

In Cap. 1. ſi vaſſallus feudo priuetur, cui deferatur.

EDITA PER FVLVIVM LANARIVM Auctoris Nepotem.

SVMMARIVM.

1 *Felonia commiſſa directè contra dominũ, an feudum applicetur domino, vel ad ad agnatos: Concluditur ſpectare ad dominum, ſecundum communem opinionem, & affertur deciſio. Ampliatur, & limitatur hac regula, num. 4. & 5.*

2 *Contractus feudalis dicitur cõditionalis, ſi acceptor, & ſui deſcendẽtes fuerint fideles.*

3 *Maioratus erectus per Regem de bonis proprijs, committente aliquo ex ſucceſſoribus in maioratu crimẽ leſæ maieſtatis, Maioratus ad Regem reuertitur, excluſis agnatis, quod fallit, ſi fuerit inſtitutus de bonis illius, qui maioratum obtinuit; & affertur deciſ.*

6 *Feudum antiquum ex pacto, & prouidẽtia, an propter alienationem factam irrequiſito domino, aperiatur ipſi domino, vel agnatis: concluditur, ex communi opinione, ſpectare ad agnatos: quod non procedit in Regno, ſtante conſtitut. conſtitutionem diuæ memor.*

7 *Feudum alienatum abſq; aſſenſu, poſſe reuocare non ſolum venditorem, ſed etiam emptorem, & eius hæredem, adducitur ex deciſ. eſſe in controuerſam opinionem.*

8 *Aſſenſus ſicut non poteſt impetrari poſt mortem venditoris, ita etiam poſt mortem emptoris.*

9 *Vaſſallus non petens inueſtituram infra annum, & diem, non amittit feudum in Regno, ſed ſoluitur duplicatum releuium, & adducitur quomodo, & quãdo practicatur in Regia Camera.*

10 *Subfeudatario delinquente, an feudum aperiatur Baroni, vel Regio Fiſco: Concluſiuè tenetur per Authorem deuolui Baroni; quod limitatur non habere locum in feudo quaternato; niſi in conceſſione fuiſſet dictum, cum feudis quaternatis, & num. 11.*

12 *Subfeudatario Baronis delinquente contra Regem, an ſubfeudum aperiatur Baroni, vel Regi: concluditur ex deciſionibus, deuolui Baroni, et datur intellectus ad legem, Statius Florus S. Cornelio Felici, ff. de iure fiſci.*

13 *Delinquente feudatario, vel ſubfeudatario in Regno, effecto cõtumace, ſtatim ſequeſtratur iuriſdictio.*

14 *Delictum patris, an noceat filio in ſucceſſione feudi: latè diſtinguitur.*

15 *Si filius occidit patrem, an eius filius, itemq; nepos ſuccedat auo occiſo; quid in feu-*

in feudalibus, & quid in burgenſaticis, late diſtinguitur, et afferuntur deciſiones remiſſiuè.

16 *Filio primogenito delinquente, committendo rebellionem contra Regem in vita patris, an patre defuncto, veniat fiſcus ex perſona primogeniti delinquentis, vel ſecundogenitus, qui non deliquit: latè diſcutitur; et concluditur pro ſecundogenito.*

A DVM Dominus Author, in quęſt. propoſita, ſi tenens feudum ex pacto, & prouidentia antiquum, & committat feloniam directè contra dominum, an feudum applicetur domino, vel potius ad agnatos proximiores deferatur, & relatis opinionibus ferè omnium Doctorum, concludat veriorem, & cō-
1 munem eſſe opinionem pro domino, vt ei aperiatur excluſis agnatis proximioribus, & quod ita Collat. Conſil. cum Reg. Cam. iudicauit in cauſa D. Aloiſij Gaetani, cum Comite Murchoni, & Marchione Gruttularum, approbando opinionem in fauorem Fiſci, adde, quod [Reg. de Curt. in ſuo diuerſ. iuris feudalis, in c. nunc de altera feudi ſpecie f. 59. latè, & doctiſſimè diſputat eandem quæſtionem, à nu. 37. vſq; ad nu. 70.] & ſimiliter concludit pro domino directo, vt exiſtente felonia directè commiſſa contra dominum, feudum ex pacto, & prouidentia antiquum, aperiatur domino, excluſis agnatis proximioribus: & refert eandem deciſionem factā per Collat. Conſil. cum Regia Camera in cauſa d. Illuſtriſs. Ducis Traiectæ, cum Regio Fiſco, ob rebellionem Comitis Murchoni, & mouetur præcipuè hac ratione, cui dicit ipſe, quod nec dari, nec excogitari poteſt reſpō-
2 ſum, quia contractus feudalis dicitur conditionalis, ſi acceptor, & ſui deſcendentes fuerint fideles [cap. 1. §. huius autem generis, in quibus cauſis feudū amittatur,] qua conditione defecta, reſoluitur conceſſio, ac ſi nunquam facta fuiſſet; nam pacta in vim conditionis appoſita, faciūt redire feudum ad dominum; vt tradit [Andr. in c. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior cauſa, quæ fuit prima cauſa benefic. amittend.] & quia dominus concedens in erectione, & conceſſione feudi, à principio tacitè conuenit, vt tunc videatur dediſſe remotioribus agnatis, ſi præcedens agnatus fuerit fidelis ipſi, & domino Regi ſuo, vt [Aud. hic nu. 7. hanc eandem rationem dicit hic Dominus Author n. 24. quā ex mēte curtij, latioribus verbis declarat, & antea dixit Afflict. in ſua ſolemni deciſ. 282. nu. 5.] licet in alia ſimili quęſtione, nēpè vbi inter Baronem, & Regem eſt quæſtio, an aperto feudo Baroni, ob feloniam ſubfeudatarij, fiſcus, viuente feudatario delinquente, poſſit percipere fructus

feudi; & latè Dominus Freccia, in lib. 2. de ſubfeudis, in 29. authoritate Baronum, & propterea nō poſſunt conqueri agnati, nec vlla eis fit iniuria, ſi obſeruetur, quod in conceſſione fuit ſtabilitum tacitè, vel expreſsè; cum liceat vnicuiq; rei ſuæ legem apponere, quam vult [l. 1. ff. de ſolut.]

3 Hinc idem Regens de Curte, loco cit. num. 63. infert, quod in inſtitutione Maioratuum, qui fiunt in Hiſpania, ſi Maioratus erigitur per Regem de bonis ipſius Regis, committente aliquo ex ſucceſſoribus, & vocatis in Maioratu, crimen leſæ maieſtatis, Maioratus ad Regem inſtituentē reuertitur, excluſis agnatis, & ſucceſſoribus, in Maioratu vocatis, quia præſumitur, hac conditione, Regem Maioratum inſtituiſſe, & conceſſiſſe; nempè, vt ſequentes ſucceſſores habeant, ſi præcedens agnatus poſſeſſor erit fidelis, ſi verò Maioratus fuerit inſtitutus de proprijs bonis illius, qui Maioratum obtinuit; tunc, quia contraria ſumitur præſumptio inſtitutoris, nēpè delinquētem in caſu delicti vocari noluiſſe, ſed alios ſequentes ſucceſſores, hac de cauſa aliquo ex ſucceſſoribus exiſtente rebelli, Maioratus non ad Regem, ſed ad ſucceſſorem ſequentem, & in Maioratu vocatū, & comprehēſum pertinere; ſicq; fuiſſe iudicatum in partibus Hiſpaniarum.

4 Ampliatur dicta concluſio, vt procedat, etiam ſi inueſtitura ſit facta tibi, & generi tuo, vt adhuc vno ex ſucceſſoribus committente felloniam directè contra dominum, feudum aperiatur domino, excluſis agnatis, vt ex authoritate multorum Doctorum, tenet [Regens de Curte loc. cit. num. 70. fol. mihi 61.] niſi in inueſtitura expreſsè ſit additum, quod etiam ſuccedente delicto per aliquem contra eius perſonam, alter non priuetur, tūc quia de expreſſa voluntate, Regis concedentis apparet: feudum non Regi, ſed ad agnatum pertinet, & iſto modo limitatur dicta cōmunis concluſio, vt [Regens de Curte loco cit. prout & ſecundo modo limitatur, vt dicit hic dominus Author nu. 35.

5 Tertio limitatur, quando feudum eſſet conceſſum Petro, & Titio filio eius, nominatim exprimendo proprium nomen filij, vel agnati, quia hoc caſu, delictum vnius non nocet alteri; cum, contemplatione filij, cuius proprium nomē eſt expreſſum, cenſeatur datum: ſecus ſi non eſſet proprium nomen filij expreſſum, quia tunc cenſetur datum filio contemplatione patris; puta ſi inueſtitura dicit, Petro, & filio eius; ità [And. hic nu. 4. & latiſſimè Regens de Ponte in ſuo conſ. lib. 2.]

B 6 Dum Dominus Author cõcludit, opinionem, quod feudum ex pacto, & prouidẽtia antiquum, propter alienationem factam irrequiſito domino, aperiatur ipſi domino, excluſis agnatis, eſſe de iure veriorem, quamuis opinio contraria, quod in culpa alienationis pertineat ad agnatos, immò, & ad filios, ſit communis, vt [Iſer. hic num. 4. verſ. ſi in dominum,] aduertendum, quod in Regno non amittitur feudum per alienationem ſine aſſenſu factam; nam ipſe idem alienans, vel eius hæres iure proprio reuocat alienationẽ, vt in conſt. Regni conſtit. diuæ memoriæ, niſi ſit vſus tanta negligentia in reuocãdo, quod dominus directus prçuenerit, litem conteſtando contra poſſeſſorem eudi, petens illud, vti ſibi apertum ob alienationem ſine aſſenſu factam, vt [Andr. in c. 1. nu. 6. & 7. de vaſſallo, qui contra conſtit. Lotarij Regis; feudum alienauit, & non tantùm ipſe
7 venditor, & eius hæres poſſunt reuocare alienationẽ ſuper feudo ſine aſſenſu factam, ſed etiam emptor, & eius hæres habent hanc facultatem reuocandi, vt ſçpè, & paſſim modernis temporibus eſt iudicatum, & vſu forenſi receptum, vt [de Franch. deciſ. 540. Reg. de Pont. de poteſtate Proregis 417. de aſſenſibus ſuper dote §. 1. nu. 30. verſ. nolo omittere fol. mihi 264. & Regius Conſil. Rouit. in Pragm. 1. de fide memorialium nu. 33. quãuis olim inter Peritos Regni erãt cõtrouerſa opinio, vt eſt videre ex Frecc. in lib. 2. de ſubſe. in 1. author. Baronum, in quæſt. quæ incipit, à Regnicolis nõ ponitur vna quæſtio] quod hodie indiſtinctè practicamus.

8 Immò quemadmodum poſt mortem alienatoris non poteſt impetrari aſſenſus ſuper alienatione feudi, quia illa ſpes conualidandi contractum ſuper feudo, propter ſuperuenientem aſſenſum, euanuit per mortem venditoris, vt [Cam. in cap. Imperialem fol. 90. lit. B.] ſed requiritur nouus cõſenſus hçredis diſpoſitiuus, & ſuper eo impetrari aſſẽſus, eodẽ modo, vbi interuenit mors emptoris ante impetratũ aſſẽſũ per verbũ fiat, vel ſi interuenit poſtquã corruit aſſenſus ex clauſulis, conditionibus in eo appoſitis, & nõ poteſt impetrari nouus aſſẽsus, nec impetrari diſpẽſatio adimplẽdi cõditiones, & ſollẽnitates in aſſenſu requiſitas, ſine nouo conſenſu hæredis emptoris, qui conſenſus debet eſſe diſpoſitiuus, non autem tacitus, vel confirmatiuus, & ſuper eo impetrari nouus aſſenſus; ità validiſſimis iuribus, & rationibus probat [Reg. Conſil. Rouit. in d. pragm. 1. de fide memorialium à nu. 15. vſque ad nu. 42.]

Itaq; tàm in morte venditoris, quàm in morte emptoris opus eſt nouo, & expreſſo conſenſu hæredis diſpoſitiuo, & ſuper eo debet expediri aſſenſus, vt Dom. Rouit. loc. cit.

C 9 Aduertendum eſt, quod in Regno ſi vaſſallus non petit inueſtituram infra annum, & diē ab hærede domini, vel ſucceſſor feudi à domino, vt in c. ſancimus, quo tempore miles, quāuis ſit elapſum prædictum tempus, nō amittit feudum, vt And. d. cap. ſancimus, Rex enim munificus non debet anguſtare vaſſallos iuris ignaros; fit tamen cōpoſitio cum Curia, quia ſoluitur duplicatum releuium, vt [Frecc. in 3. authoritate Baronum nu. 7. Dominus Rouit. in Pragm. 2. n. 7. de offic. Procurat. Cæſaris] immò, ſi nulla culpa poterit imputari hęredi in feudalibus, puta, quia feudatarius fuiſſet mortuus in partibus, itaquod veriſimiliter notitia eius mortis haberi non potuiſſet, tunc quamuis denuncietur mors, & petatur inueſtitura, offerendo ſoluere releuium poſt annum, tamen ſoluitur ſimplex releuium, quod eſt medietas fructuum vnius anni, niſi aliter appareat conuentum in inueſtitura, vt [Frecc. loc. cit. nu. 5.] & hoc tempus anni, & diei conceſſi ad denūciandum mortem defuncti, & petendi inueſtituram cum oblatione ſoluendi releuium, incipit currere non à die mortis, ſed à die aditæ hæreditatis, niſi malitioſè hæres diſtulit adire hæreditatem, vt [Frecc. d. 3. authoritate Baronum num. 8.] & licet pupilli non teneantur petere inueſtituram, & præſtare iuramentum fidelitatis, niſi facti maiores, vt [in cap. ſi quis infeudat de prohibita feud. alienat. per Federicum, & in capit. Regni, quod incipit apud fogiā,] tamen tenetur ſoluere releuium ſimplex, vti maiores ſoluunt poſt annum, non expectata maiori ętate, vt ſæpè eſſe iudicatum in Regia Camera poſt d. pragm. 2. [§. 5. de offic. Procuratoris Cæſaris, dicit Dominus Rouit. in Pragm. 2. num. 3. cum ſeq.]

D 10 In hac quæſtione, an delinquente ſubfeudatario contra Regem, feudum aperiatur Baroni, vel Regio Fiſco, in qua, vt vides dominus Author recenſet opiniones omnium Doctorum, qui in varias ſententias iuerunt, concluſiuè dicas, quod feudum deuoluitur Baroni, à quo feudum tenetur, non autem Regi, vt [gloſ. in conſtitut. poſt mortem lib. 3. Iſern. in conſtit. ſi quando in 2. lib. conſtit. Afflict. dec. 282. Marinus Frec. in 29. authoritatę Baronum, & dominus Author hic num. 16. in fin.

11 Quæ Concluſio limitatur, & declaratur per Iſerniam duplici modo; primo, vt non obtineat, ſi feu-

feudũ, quod delinquens tenebat à Barone erat quaternatum, notatum, ſcilicet in quaternionibus Regiæ Cameræ; nam hoc caſu, in Regno Sicilię, tale feudum aperitur Regi per conſt. quæ incipit poſt mortem; quia cum cõceſsio talis feudi quaternati pertineat ad Regem, ideo ei aperitur per dictam legem Imperatoris Federici, poſt mortem, ita [Iſer. in d. conſt. ſi quãdo in fine, idem And. in cap. 1. §. ſi violator pacis num. 4. de pace tenenda, & eius violatoribus] quæ declaratio intelligitur, niſi Rex, quãdo conceſsit terram Baroni in conceſsione, dixit, cum feudis, tàm planis, & de tabula, quam quaternatis; quia per hæc verba videtur receſsiſſe à dicta conſt. poſt mortem, & conſequenter, vt ſeruentur leges communes feudales, quibus non fit diſtinctio inter feuda magna, vel minima: & ideo hoc caſu feudum aperitur Baroni non Regi: Ita [Marinus Frecc. in d. 29. authoritate Baronum num. 2. verſ. & hoc vti feudum, vbi pro hac opinione, allegat gloſ. in d. cõſt. poſt mortem, in verbo, ex munificentia, quem refert Dominus Author hic num. 55.]

12 Secundo Iſer. declarat prædictam concluſionem, vt ſubfeudum planum, & de tabula aperiatur Baroni, à quo tenetur propter rebellionem ſubfeudatarij contra Regem commiſſam; verum interim, viuente naturaliter delinquente, teneat feudum Regius fiſcus, & fructus percipiat, vt poſt eius mortem naturalem, reſtituat Baroni, à quo tenetur; ita [Iſer. in d. cap. 1. §. ſi violator pacis, de pace tenenda, & eius violatoribus, vt fiſcus habeat hãc ſuæ iniuriæ vltionem, attamen per [tex. in l. Statius Florius §. Cornelio Felici ff. iure fiſci] hæc ſecunda declaratio in Regno nõ eſt recepta, immò contrarium eſt iudicatum, vt ſcilicet ſtatim feudum planum, & de tabula aperiatur Baroni, à quo tenetur propter rebellionem ſubfedatarij; vt [Afflict. in d. ſua deciſ. 282] & ratio eſt, quia feudum cenſetur conceſſum ſub conditione, vt feudatarius ſit fidelis ſibi, item Regi domino ſuo, qua conditione defecta, quia feudatarius infidelis euaſit contra Regem, committendo proditionẽ, ſtatim conceſſio euanuit, & habetur ac ſi nunquam eſſet facta, & ſic ſtatim eſt reſolutum omne ius feudatarij, vt ſupra dictum eſt: ita [Afflict. d. deciſ. 282. & Frecc. in d. 29. auth. verſ. ſed aliter videtur deciſum, & Dominus Author hic num. 56. non obſtat tex. in d. l. Statius Florius §. Cornelio Felici ff. iur. fiſci] nãm præcitati Doctores reſpondent, dictum tex. non habere locum in feudis; & ratio eſt, quia ſtatim,

quod feudatarius comittit rebellionem, ſtatim omne ius ſuum fuit extinctum propter defectũ conditionis, dum euaſit infidelis, ideò reſoluto iure datoris, ideſt ipſius ſubfeudatarij delinquentis reſoluitur ius acceptoris, ideſt fiſci prætendentis cauſam à delinquente, ex regula [tex.in l.lex vectigali ff. de pignorib.]ſed in dicto §. Cornelio Felicij ius delinquentis per ſententiam deportationis,quam paſſus fuit,nõ fuit extinctũ,quia vt bona ſubiecta reſtitutioni deberẽt reſtitui fideicommiſſario, requirebatur mors naturalis hæredis grauati reſtituere poſt ſuam mortem;meritò fiſcus interim tenet illa bona reſtitutioni ſubiecta, donec condemnatus per ſententiam deportationis, naturaliter moriatur:ita Doctores loco citato;hinc Dominus Marinus in-

13 fert,quod ſi ſubfeudatarius eſſet citatus pro delicto capitali, & fuiſſet reputatus contumax, quia fuit negligens in comparendo,vt hoc caſu Curia teneat iuriſdictionem, & illam exerceat; quia per talem contumaciam, nõ eſt extinctum ius vtile, quod habet ſubfeudatarius: merito fiſcus interim tenet ex diſpoſitione d. §. Cornelio Felici; cum in Regno ſit practica, vt ſtatim atque feudatarius eſt contumax pro delicto capitali, fiat ſequeſtrum iuriſdictionis, tàm criminalis,quã ciuilis, & Curia eam teneat, & exerceat,vt dicit [Frecc. dict.29. auth.Baronum num.11.ex doct. Iſer.in d.conſt. clementiæ in fi.] quia ſtatim,quod Baro eſt factus contumax in non comparando coram Rege, & ſuis officialibus, perdit iudicaturam, ideſt non poteſt iudicare in cauſis ſuorum vaſſallorum.

14 Et vltimo in queſtione tractata hic per Dominum Authorẽ, num.44. an delictum patris noceat filio in ſucceſſione feudi, & cõcluſiuè,& breuiter diſtinguendo dic. aut feudũ erat radicatum in perſona ipſius patris delinquẽtis,& hoc caſu, omnino delictũ patris nocet filio, vt eſt [tex. noſter in princip. & Iſer.hic. nu. 3. verſ. circa iſtam materiam,] vbi dicit hæc verba.Semper delictũ patris nocet filijs,& alijs deſcendentibus,ſiuè in dominum, ſiuè in alium deliquerit per quod feudum perdatur; habet enim filius eſſe à patre generante, & ideo macula paterna aſpergit,& obeſt eius paterna culpa [l.quiſquis C. ad leg. Iul. maieſta] fallit hæc cõcluſio, vt ſupra dictũ eſtniſi feudum eſſet datum filio contemplatione ipſius filij, quod eſt vbi eſt expreſſum proprium nomen ipſius filij in conceſsione, & inueſtitura feudi,vt idem [Iſer. hic num.4.]

Aut verò feudum non erat radicatum in perſona patris,puta com-

commiſit delictum, viuente patre ſuo, itemque auo; ſi delictũ erat crimen læſæ maieſtatis, tũc hic filius, idemque nepos repelli tur per [d. l.Iul.quiſquis C.ad l. maieſtatis] in alijs verò criminibus, tunc nepos ſuccedit auo ſuo in feudo, ex ſui perſona, non ex perſona ſui patris; quia pater ſtatim, quod deliquit, factus eſt incapax, & videtur, ac ſi in medio nunquam fuerit. Hæc colliguntur ex mente [And. in cap. 1.§ præterea, quæ fuit prima cau ſa benef.amitt.& Bald. hic num. 4.] dicẽs, quod in iſta materia debet conſiderari ſtatum perſonæ delinquentis; nam ſi feudum erat radicatum in perſonam eius, delictum ſuum nocet filio ſuo, qa deliquit circa feudũ, ſed ſi nõ erat in ſui pſonã radicatũ, tũc quoad ſe nõ erat feudũ; vnde nõ deliquit circa naturam feudi.

15 Sed, quid ſi filius occidit patrem ſuum, an eius filius, idemq; nepos ſuccedit auo occiſo? breuiter diſtinguo: aut loquimur in feudalibus, & nepos ſuccedit auo, quia pater eius per parricidium factus eſt incapax [vn in c.1.an ille qui interfecit fratrem ſuum] & ſic factus eſt locus alteri poſt ipſum; aut vero ſumus in bonis burgenſaticis, & tunc nepos non ſuccedit auo ſuo, quia filius, idemque pater, per dictum parricidium, non eſt factus incapax circa ſucceſſionem burgenſaticam, ſed tantum indignus; at indignus ſuccedit, ſed ab eo fiſcus aufert; vnde nepos non ſuccedit, non per viam extenſionis, vt delictum ſui patris extendatur ad ipſum, ſed quia pater ſuus præuenit in ſuccedendo, ſed fiſcus ab eo abſtulit; ità doctiſſimè docet [Regens de Ponte de poteſtate Proregis tit. de refut.§. 9.fol.mihi 426.) & ratio differẽtiæ eſt, quia in materia feudali, per omne delictum, quo quis in curia Domini ſtare ſine dedecore non poteſt, efficitur incapax, & ideo fit locus alteri ſequenti [d.cap.1.an ille qui interfecit fratrem ſuum] ſed iure communi romanorum, quod habet locum in ſucceſsione burgenſatica, per parricidium, non efficitur incapax, ſed tantum indignus [l. indignus ff. de his quibus, vt indignis] qui indignus ſuccedit, ſed ab eo fiſcus aufert, vt eleganter tradit Dñs Reg.de Ponte loc.cit. vbi habet ẽt sẽtẽtias, qbus ita fuit iudicatũ vide Teſaur. q. for.41.

16 Procedunt iſta, quando delinquens feudatarius eſt dominus, & poſſeſſor feudi, quid autem quando delinquens non dũ effectus eſt dominus feudi; eſt tamen de comprehenſis in inueſtitura, an tunc cum ei defertur feudi ſucceſſio, vocetur fiſcus, ex perſona delinquentis, vel alius veniens poſt eum, qui non deliquit? exemplum ponit [Iſer.

n

in cap. 1. §. præterea nu. 12. cum ſeq. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.] in feudo iuris Francorum, ſi primogenitus committit rebellionem contra Regem in vita patris, an patre defuncto, veniat fiſcus ex perſona primogeniti, vel potius ſecundogenitus, qui non deliquit? & tractando latè articulum, concludit cõtra fiſcum: & ità tenet [Afflict. ibi, in gloſ. 3. nu. 13. idem Iſer. in conſtitut. Regni filiorum culpa. Luc. de Penn. in l. cum allegatis col. fin. C. de re milit. Loffred. in conſ. 1. num. 14. Camer. in cap. Imperialem §. præterea ducatus num. 103. de prohibit. feud. alien. per Fede.] ſed non eſt iſta concluſio ſine difficultatibus, quas, iſti ſequentes Iſerniam, non guſtauerunt; nam aut Iſern. loquitur in feudo hæreditario, & videtur repugnare illa concluſio, quod illud, quod aufertur ab indigno, applicatur fiſco [l. 1. C. de his quib. vt in d. l. Papinianus §. meminiſſe ff. de inoffic. teſtam.] Item quando quis eſt indignus ex ſuo delicto, & illud delictum reſpicit iniuriã certæ perſonæ, applicatur illi perſonæ, quod ei aufertur [l. pen. C. de leg. Bar. in l. hȩreditas C. de his, quib. vt ind. vbi etiã Bal. num. 3.] Aut loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia, & maior eſt dubitatio; nam duæ concluſiones veræ ſunt, Prima, quia feudum ex pacto, & prouidentia, debetur, ex contractu, omnibus illis, qui ſunt comprehenſi in inueſtitura, gradatim tamen & ſucceſſiuè, ita quod in quolibet eſt contractus dominij conditionalis de per ſe, [ità Iſern. in c. 1. de ſucceſſ. feud. num. 9. & in cap. 1. §. prȩterea ducatus de prohibit. feud. alien. per Feder. num. 38. in cap. Imper. Lotha. col. 4. in princip. in cap. 1. col. 1. verſ. hoc eſt regulare de eo, qui ſibi, vel hære. ſuis maſ. in cap. 1. §. quid ergo nu. 7. de inueſt. de re alien. Fa. in cap. 1. §. donare n. 6. qual. olim pote. feud. alien.] Secunda concluſio, quod iura conditionalia, quæ alicui competunt, ex contractu, non ex vltima voluntate, eo delinquente, tranſeunt in fiſcum [l. inter ſocerum §. final. ff. de pact. dotal. Imo. in l. non adeo ff. de condit. & demonſtr. ità tenet; & ſic etiam Roma. in ſing. 170. Alber. in l. ſi qua pœna ff. de his, qui ſunt ſui, vel aliæ iur. Alex. in l. ſi quis iniquum §. illud ff. qui quiſque iur. vbi etiam Iacob. Caſtan. in conſ. Burgundiȩ. rub. 2. fol. 2. nu. 24. Arius Pinel. de bon. matern. 1. par. nu. 3. fol. 5.] occurrit etiam alia dubitatio contra concluſ. Iſern. nam iura debent fauere domino, dum certat de rehabendo feudum ſuum, vt in alio propoſito dixit [Iſer. in cap. 1. §. porrò num. 30. quȩ ſit prima

ma cauſa benef. amitt. & Alex. in conſ. 26. 5. vol. nu. 6.] voluit ꝙ inueſtitura interpretetur taliter, quod per interpretationē, citius reuertatur feudum ad dominum; ſed defendendo opinionem Iſer. ego aduerto, quod dũ ſumus in feudo hæreditario, fiſcus ex perſona primogeniti delinquentis in vita patris, non poteſt aliquid prætendere; cum veriſſima ſit concluſio, quod ea, quæ non erant delinquenti quæſita, ſed quærenda, nõ veniunt in publicatione bonorum, in beneficium fiſci; propterea in hæreditate delata in tempore commiſſi criminis, ſed non dum adita, dicit [Dec. in l. ſi quis iniquum §. illud ff. quod quiſque iur.] quod ius adeundi, quod cõpetebat illi, cuius bona ſunt publicata, non transfertur in fiſcũ, quia agitur de iure quærendo, non de iure quæſito; tenet idem [Nellus in tract. banni. 1. par. ſecundi temporis quæſt. 30. Hier. Gigas in tracta. crim. leſæ maieſtatis lib. 2. de pœnis committent. crimen leſæ maieſtatis q. 7. etiam publicatis bonis non veniunt legata conditionalia Bar. in l. non ad ea ff. de condit. & demonſtrat. vbi Imol. Alex. in d. l. ſi quis iniquum §. illud, vbi Iacobinus.] Inde etiã oritur, quod fiſcus non poteſt ex perſona filij prætendere legitimam debitam filio delinquenti, cuius bona publicantur, ſecundum [Alber. in d. l. ſi qua pęna,] & quando quis eſt incapax ſucceſſionis; vt deportatus, tunc non fiſco applicatur, ſed venientibus ab inteſtato, ſecundum [Bal. in l. hæreditas, num. 3. C. de his, quib. vt indi. vbi Alb. & Gugliel. bened. latè in cap. Rainuntius in verbo condidit, el ſecondo, nu. 16. de teſtam. ſi verò ſumus in feudo ex pacto, & prouidẽtia, aduertatur, ꝙ Iſernia loquitur in Regno, vbi fiſcus virtualiter repreſẽtat duplicem perſonã, Perſonam Regis, vt directi domini feudorum, & ad quem feuda deuoluuntur, & publicum Erarium, cui bona delinquentium applicantur; fiſcus, vt fiſcus, eſt excluſus; quia conditio tacitè ſubintellecta, ſi erat fidelis, ſub qua vocatus eſt primogenitus poſt mortem patris, deficit; & [Paul. de Caſtr. in l. quotiens, ff. de noua, num. 4. dicit notabile verbum, quod euentus conditionis, conditionalia non purificant, ſequuta confiſcatione, ſed potius pereunt; ſi verò conſideramus fiſcum, vti repreſentantem Regem, in effectu directum dominũ, Rex non contemplauit perſonã in ſpẽ iſtius primogeniti delinquẽtis, ſed deſcẽdẽtes omnes primi acquirentis feudũ cũ ordine primogenituræ; vnde donec adsũt deſcẽdẽtes fideles, feudũ nõ põt ad dominũ deuolui.

Finis Operis.

LAVS DEO.

INDEX
RERVM PRAECIPVARVM,
Quæ in Repetitionibus Regentis Lanarij, & in Additionibus Fuluij Lanarij continentur.

ADMINISTRATORES Ciuitatis non poſſunt conſtituere actorem ad lites non motas tempore ſuæ adminiſtrationis, ſed poſtea mouendas.fol.468.nu.83.

Aduerſatiua quando aduerſetur in iure, & in facto f.549.nu.20.

Adultus factus maior, rectè deponit de eo, quod in minori ætate vidit f.442.n.82.

Aduocati cauti in Regno allegant titulum, & illum probant per poſſeſſionem, ſed nõ producunt,f.509.nu.28.

Aequiparatorum eadem eſt lex f.438.nu.58.

Æſtimatio.

Aeſtimatio fit ſecundùm rei qualitatem, & fructuum quantitatem f.333.nu.54.

Aeſtimatio feudi an debeatur legato feudo. f.266.nu.40.& ſeqq.afferuntur deciſiones.

Afflictus.

Afflict. reprehenditur in articulo, quantum tempus requiritur,vt res demanialis Baronia efficiatur excadentialis, in quo noua opinio Auctoris.fol.48.nu.98.

Afflict.non intelligit Iſerniam.fol.81.n.207.

Afflict.non intelligit Iſern.in conſtit. Regni Minoribus.fo.91.nu.236.

Afflict. reprehenditur in cap. 1. an agnatus. fo.201.nu.30.

Afflict. reprehenditur circa intelligentiam Iſer. & in articulo ſi feudum conceſſum pro liberis,vel hæredibus ſit hæreditarium. fol.412.nu.117.

Afflict.tertium Iſern. intellectum approbat, f.431.n.23.

Afflicti excuſatio,ſi non intellexit Iſer.affertur ab auctore.f.433.n.36.

Afflict. intellectus ad hæc iura recenſentur. fol.434.nu.37.

Afflict. intellectus ad conſtitutionem Regni probationum defectum recenſetur, & reÿcitur.fo.449.n.124.

Afflict.in cap.fin.de feud.dat.inuic.leg.commiſſo reprehenditur.fol.478.nu.8.

Agnatus.

Agnati, iure Romano admittuntur, vſque ad decimum gradum.fo.254.nu.19.

Agnatis de iure antiquo competebat prælatio, quando in fraudem ipſorum, & ad excludendos ipſos à prælatione infeudabatur feudum.fo.299.nu.45.

Agnatus proximior præfertur Domino directo pro æquali pretio in venditione vtilis dominÿ ſuper re emphyteotica, & feudali. fol.320.nu.12.

Agnatus proximior præfertur in emptione feudi hæreditarÿ,& feudi ex pacto,& prouidentia f.329.n 40.

Agnati habent ius redimendi feudum,ſi ſit paternum,ſecus ſi ſit nouum.f.334.nu.57.

Agnatus præfertur Domino in feudo antiquo fo.459.nu.19.

In agnatorum præiudicium non alienatur feudum antiquum.f.eod.nu.20.

Agnatus feudatarius poteſt alÿs præiudicare etiam delinquendo fo.463.nu.46.

Albanenſium villæ præſumuntur feuda quaternata,ſi ſint in ſufficienti numero vaſſallorum.f.137.nu.85.

Alienatio.

Alienatio rei prohibita alienari,ſemel legitimè facta,reddit illam ſemper alienabilem. fo.159.nu.174.

In alienatione rei Eccleſiæ,vel minoris,an debeat pro forma præcedere decretum.fol. 429.nu.12.

Alienatio neceſſaria feudi permiſſa eſt; licet voluntaria prohibeatur f.566.n.47.

Alienatio feudi. Vide feudum quoad alienationem.

Allo-

I N D E X,

Allodiale.

Allodiale præſumitur territorium intra finıs feudi, alio poſſidente. f.73. nu.182.

Res allodialis in feudalem mutatur facto hominis; & quanam ad huiuſmodi mutationem debeant concurrere. f.428. nu.6

Allodium in Regno à ſolo Rege poteſt fieri feudum, & è contra. fo.105 nu.10.

Aluarotus.

Aluarot. in d.c.2. de fratribus de nou. benefic. inueſt. reprehenditur. fol.93. n.245

Aluarot. in §. ſed & res, reprehenditur. fol. 298. n.37.

Antefatum ſi exterus promittat Neapoli, obſeruãda ſunt omnia, quæ de antefato Neapoli diſponuntur. f.21. n.20.

Appellatio.

Appellatio reducit cauſam ad terminos litis conteſtatæ. f.360. n.61

Appellatio non datur à ſententia Regis, ſed reclamatio. f.eod. n.62

Appellatione pendente, poteſt Baro facere gratiam f.367. n.1

Argumentum à contrario ſenſu non eſt ſumendum, vbi reſultat alterius legis correctio f.43. n.77

Aſſecuratio vaſſallorum ſucceſſit in Regno loco inueſtituræ. f.90. n.234

Aſſenſus.

Aſſenſus Regis requiritur in alienatione regalium, quæ quis tenet, licet non in feudum ex conceſſione Regis f.44. n.81

Aſſenſus Regis interueniens in prima infeudatione, cum clauſula, vt à Barone teneatur, an faciat feudum quaternatum. f.49. nu.103

Quinam aſſenſus, & quare regiſtrentur in quinternionibus. f.51. n.108. & 109

Aſſenſus generalis ſuper alienatione feudi prodeſt, vt poſſit alienari cuicunque fol.56. nu.126

Aſſenſus alienandi in vnam perſonam, non extenditur ad aliam f eod. n.127

Aſſenſus cauſa finita finitur. f.eod. nu.128

Aſſenſus interueniens in alienatione feudi, habet vim inueſtituræ f.57. n.130

Aſſenſus non requiritur, quando ſit aliquid in augmentum Baroniæ, & non ſit commutatio de perſona ad perſonam. f.67. n.161

Aſſenſus poteſt conſiderari, vel vt tollit obſtaculum prohibitionis, vel vt tranſit in vim diſpenſationis, & nouæ inueſtituræ. fo. 117. n 33

Vide, Prorex.

Aſſenſus regulatur ab inueſtitura, quando eſt difformitas inter ipſum, & primam inueſtituram. f.153. n.118.

Aſſenſus vt quaternet feudum, neceſſe eſt, vt tranſeat in vim diſpenſationis. fol. eodem nu.119

In eo requirũtur verba effectiua, vt ſub eo, & ab eo teneatur. fo.eod. n.120. & 121. vbi quid importent hæc verba.

Aſſenſum in fideicommiſſis ſolus Rex præſtare poteſt. fo.275. nu.54. & 55. vbi affertur deciſio.

Aſſenſus hominis, & aſſenſus legis non extẽduntur de re ad rem. f.176. n.163.

Aſſenſus Regis an requiratur, quando infeudo inſtituitur ille, qui eſt proximè ſucceſſurus. f.209 n.59

Aſſenſus an requiratur, quando ſit diſpoſitio inter coniunctos. f.227. n.99

Aſſenſus non requiritur, quando contrahitur cum Rege. f.238 n.135. 136. & 137

Aſſenſus non requiritur, quando quis confitetur rem feudalem, ſi eſt allodialis. fol. 238. n.139

Aſſenſus habet vim nouæ inueſtituræ. fo.402. nu.73.

Aſſenſus in alienatione feudi quid operetur. fo.405. n.90

Aſſenſus tollit impedimentum. f.eod n.91

Aſſenſus an ad ſui perfectionẽ requirat ſcripturam, vel poſſit per teſtes probari. f.447. n.114

Aſſenſus à Prorege præſtitus pro futuris alienationibus non tenet, niſi alienationes fiant tempore eiuſdem Proregis. fol. 469. nu.87

Aſſenſus generalis debet impetrari ad cautelam f.493. n 63

Aſſenſus facit de allodio feudum. fol. 554. nu.32.

Aſſenſus non poteſt impetrari, nec poſt mortem venditoris, nec poſt mortem emptoris. f.579. n.8

Aſſertio.

Aſſertio non probat inter perſonas prohibitas. f.68. n.166

Aſſertioni Prælati, quod feudum eſt antiquum, non ſtatur, quando aſſertio reperitur in inueſtitura antiqua. f.70. n.172.

Attenaſiæ quid ſint. f.246. n.9.

Baldus.

B*Ald. opinio, quod liceat alienare feudum etiam vlteriori agnato, ſaltem vt teneat durante vita, in quibus fundatur, fol.294. nu.26.*

Bald. doctrina in l.2. in fin. C. de reſcindend. vend.

Digitized by Google

vend. diſtinctione recipitur per Doctores. f.338. n.71.

Bald. reprehenditur in articulo, ſi licet renunciare feudum domino poſt ſeruitium indictum fol.355. n.43.

Baldi intellectus ad hac duo iura reiicitur fol.432. n.28.

Baro.

Baro qui dicatur. f.27. n.38. & f.49. n.104.

Baro poteſt infeudare burgenſatica de iure communi feudorum. f.28. n.47.

Barones æquiparantur Prælatis in facultate infeudandi. f.53. n.117.

Baro non poteſt ſolus concedere feudum deuolutum per prius conceſſum cum aſſenſu Regis, licet vt ſub eo teneatur. f.54. n.118. & 119.

Baro an poſſit feudum planum, & de tabula ſibi deuolutum, per ſe retinere in demanio; vel teneatur illud alteri concedere fo.61. n.143.

Baro, ſi vult conſeruare facultatem cōcedendi excadentialia poſt deuolutionem, debet proteſtari, quod non vult vnire fol.63. nu. 151.

Baronis aſſertioni an ſtetur, quod res ſit excadentialis. fo.68. n.164. & f.70. n.172.

Baro habet intentionem fundatam, ſi conuentus poſſidens intra fines, fatetur rem feudalem. f.72. n.178.

Baro dicitur procurator fiſci in rem propriā fo. eod. n.180.

Baro habet intentionem fundatam in his, quæ ſunt infra fines feudi, alio non poſſidente. fo. eod. n.181.

Barones in montibus, nemoribus, & aquis, an habeant intentionem fundatam de iure communi. f.73. n.183.

Baro an poſſit concedere rem excadentialem, alterando naturam primæ inueſtituræ. fol. eod. n.184.

Baro ſi infeudat aliter, quàm ſit conſuetum; an infeudatio in totum ſit nulla. fol.78. nu. 192.

Baro an poſſit rem excadentialem ſolitam cōcedi laicis, infeudare Eccleſiæ, vel Vniuerſitati. f. eod n.194.

Baro poteſt ſine aſſenſu concedere terras parum vtiles, ſub certa annua perceptione fructuum. f.79 n.196.

Baro an poſſit rem ſterilem reductam ad culturam, poſtea deuolutam, concedere ſine aſſenſu Regis. f. eod. n.197.

Barones in Regno non poſſunt infeudare feudum. f.80. n.204. & 205.

Barones in Regno *an infeudent burgenſatica f.81. n.206.*

Baro non poteſt recipere iuramentum fidelitatis ſine aſſenſu Regis. f.83. n.211.

Barones prohibentur vſurpare Regiam iuriſdictionem. f. eod. n.213.

Barones, de iure Regni non poſſunt infeudare, ſed tantùm excadentias locare. fo.103. nu.2.

Barones in Regno vendunt feuda etiam inuitis vaſſallis, qui tamē conſuetudine admitti poſſunt ad Regium demanium. fol. 106. nu 12.

Baronalis dignitas eſt antiquiſſima in Regno; licet per conſuetudines feudales incognita quoad nomen. f.119. n.39.

Baro quis propriè dicatur in Regno; & quibus modis efficiatur. f. eod. n.40.

Barones olim in Regno habebant tantum baſſam iuriſdictionem, & cognitionem cauſarum ciuilium; poſtea per Reges Aragoniæ fuit eis communicatum merū, & mixtum imperium. f.121. n.41.

Baro an poſſit dare feudum. f.122. nu.45. Vbi quid de iure communi feudorum, & quid de iure Regni.

Baro poteſt excadentialia ſubinfeudare f. eod. nu.46.

Baro quod dominium transferat in ſubfeudatarium. f. eod. n.47.

Baro an poſſit excadentialia alienare fo.123. n.49. vbi Afflicti doctrina declaratur.

Baro poteſt concedere demanialia ſterilia ad certam partem fructuum. f.124. n.50.

Baro non poteſt remittere ſolitum, & conſuetum ſeruitium f.124. n.52.

Baro non poteſt ſubinfeudare, niſi cum eiſdē pactis, & ſub eo modo & forma, prout eſt introducta conſuetudo infeudandi. fo. 125. n.53.

Baro an poſſit de allodio facere feudum, & è contra. f.127. n.57.

Baro poteſt acquirere aliquam ſeruitutem in feudo, quæ efficitur feudalis, & auget feudum. f.128. n.59.

Barones an poſſint concedere res demaniales feudi ſteriles ad certam partem fructuum, f.168. n.148. & ſeqq. Vbi quantum ſe extendat poteſtas eis conceſſa ex Regiſtro Federici Imperatoris, quod refertur n.150.

Vigore dicti regiſtri poteſt ſterilia concedere in feudum, non in allodium. fol.178. nu.153.

Baro an poſſit ſterilia feudi concedere in feudum ſub natura emphyteotica. f.169. n.149

Ba-

INDEX.

Barones non poſſunt remittere redditum, etiã vnius gallinæ, ſine ſpeciali licentia Regis, f.184.nu.192.

Barones in Regno, qui habent facultatem indulgendi, poſſunt indulgere poſt ſententiã, ſi eſt interpoſita appellatio.f.360.n.62.

Baro an poſſit facere gratiam de exilio, & relegatione, f.367.n.1.

An poſſit facere gratiam pendente appellatione.ibid.

Baro non poteſt infeudare burgenſatica. fol. 491.n.59.

Baro ſubinfeudando excadentiatia, eſt veluti adminiſtrator Baroniæ f.494.n.68.

Baro quando tractat de præſcribendo contra vaſſallos ſeruitia, ad quæ de iure non tenẽtur, vel annuam præſtationem in pecunia, vel in frumento, quæ præſcriptio ſit neceſſaria.f.496.n.78.

Contra *Barones in Regno an habeat locum diſpoſitio cap.ſi quis per triginta, f 509.nu. 29.& f.511.n.31.f.512 n.33.34. 35.37. & f.515.n.40.*

Barones in Regno non poſſunt de nouo erigere feudum, nec de bonis demanialibus ſubfeudi, nec de bonis ſuis allodialibus.fo.510. nu.30.f.512.n.32.f.513.n.36.

Baro an poſſit bona excadẽtialia, emphyteotica, & feudo reddititia ſibi deuoluta, retinere in damanio in præiudicium conſanguineorum eius, cui facta eſt prima inueſtitura.f.516.n.41.

Barones qua ratione præſcribant contra vaſſallos.f.520.n.52.& ſeqq.

Barones in Regno, ex priuilegio, vel ex vetuſta conſuetudine habent collectas S. Mariæ.f.522.n.56.

Barones ſi debent probare contra vaſſallos poſſeſſionem in præſcribendis ſeruitÿs, & alÿs iuribus centum annorum, vel temporis immemorabilis, à quo tempore incipiat talis poſſeſſio, & currat præſcriptio.f. 526. n.66.

Baronia eſt caſtrum habens ſub ſe feudum quaternatum.f.54.n.119.

Baroniam ſibi deuolutam tenetur Rex alteri concedere, & non ſibi appropriare.fol. 64. nu.154.

In Baronia conſiderantur demanialia, & excadentialia.f.122.n.42.

Baronia ad Regem deuoluta, non poteſt ſubfeudatarius moleſtari de ſubfeudo, ſi eſt paratus præſtare Regi idem ſeruitium.fo. 124.nu.51.

Baronia eſt quid, vniuerſale ſicut peculium caſtrenſe.fo.211.n.66.

Bartolus.

Bart. ſaluatur à contrarietate contra Iaſon. fol.206.n.53.

Barto. & alÿ reprehenduntur in articulo an feudum veniat in petitione hæreditatis.fo. 208.n.56.

Beneficium.

Beneficium non poteſt renunciari niſi in manibus Prælati f.356.n.50.

Beneficium æquiparatur feudo.f.357.n.52.

Beneficÿ renunciatio conditionalis in manibus Epiſcopi, an valeat.f.357.n.54.

Beneficium renuncians, amittit poſſeſſionem, licet renunciatio non fiat in manibus ſuperioris.f.eod.n.55.

Beneficia vacatura ſolus Papa poteſt concedere.f.467.n.70.

Bona.

Bona exiſtentia intra fines caſtri, præſumuntur feudalia, poſſidente feudatario.fo.143. nu 98.

Bona, quæ iure congrui, per conſuet. Neapol. retrahuntur debent appretiari.f.333.n.53. Sic & bona, ſuper quibus mulieres aſſecurantur ob vergentiam maritorum ad inopiam fo.eod.n.55. Vbi quod non debẽt ſubhaſtari.

Bona aduentitia filÿ an veniant in publicatione bonorum, f.89.n. 232.

Bonorum feudo reddititiorum, redditus eſt feudalis, licet ipſa ſint burgenſatica.f.177. nu.169.

Bona feudo reddititia, licet burgenſatica, alienari non poſſunt abſque aſſenſu Baronis.f.178.n.170.

Bona feudo reddititia, an in dubio præſumantur cenſualia, an emphyteotica.f.178.n.171 & 172. Vbi conciliantur deciſiones Afflicti, & Capycÿ.

Bona feudo reddititia in quibus differant à ſubfeudis Baronum.f.eod.n.173.

Bona feudo reddititia contribuunt in collectis; & de ÿs iudicatur ſecundum leges Romanorum.f.179.n.175.

De bonis feudalibus etiam titulatis poteſt feudatarius diſponere ad beneficium maſculi in gradu ſucceſſibili, excluſa fœmina proximiore.f.242.n.2. Vbi referuntur gratia, & deciſiones, & n.3.

Bona gentilitia quæ ſint, & an dici poſſint feudalia, an allodialia.fol.180.nu. 176. & ſeqq.

Bona gentilitia ſunt feudo reddititÿs comparãda.f.191.n.179.& f.184.n.189.& 190

Digitized by Google

INDEX.

Eorum redditus eſt feudalis.f.eod. n.180.

Refertur opinio, quod ſint feuda plana, & de tàbula.f.eod.n.81.

Deuoluuntur Baroni ob lineam finitam.f. 182.n.183.

In Aprutio habuiſſe originem, refertur ex Frece fol.eod.n.184.

Fuerunt inſtituta libera, cum ſolo onere redditus debiti concedenti. f.183.n.186.

In Aprutio de ijs ſoluuntur collectæ, & ponuntur in appretio.f.eod.n.187.

Regulantur ſecundum burgenſatica, licèt eorum redditus ſit feudalis.f.184.n.191.

In eorum ſucceſſione ſeruatur ius commune, vbi non adeſt conſuetudo in contrariū. f.eod.n.193.

Alienari non poſſunt ſine aſſenſu Baronis, etiam ſi ab ipſo recognoſcantur vt burgenſatica.f.185.n.194.

Cenſentur burgenſatica, niſi aliter conſtet per primam conceſſionem.fo eod.n.195.

Burgenſaticum.

Burgenſatica an poſſint fieri feudalia in præiudicium Vniuerſitatis.f.84.n.214.

Burgenſatica bona ſiſtentia iuxta fines feudi, ſed à feudo ſeparata, an ſola deſtinatione Baronis poſſint fieri feudalia.fol. 129. nu.64.

Burgenſatica exiſtentia in feudo, an ſpectet ad ſucceſſorem in feudo, an verò ad ſucceſſorem in burgenſaticis.f.269.n.46.

Camerarius.

CAmerar.dum intelligit Iſerniā tenuiſſe, quod ius feudorum eſt obſeruandū, licet ſit irrationabile, reprehenditur.f. 19. n.14.

Camerar.reprehenditur circa diuiſionem fructuum pendentium poſt Kalendas Martias inter primogenitum, & ſecundum.fo. 205.n.48.

Camerar.falsò ſibi adſcribit opinionem Soccini fol.218.n.81.

Camer.in articulo, an reſoluto iure infeudantis, reſoluatur ius infeudati in Regno, impugnatur.f.305.n.53.

Camerarij opinio, quod non poſſit vendi feudum inter agnatos ſine aſſenſu, reprobatur. f.309.n.62.

Camerar.reprehenditur, dum refert Iſerniā, dicentem ſeruitium non eſſe de ſubſtantia feudi.f.404.n.83.

Camerarii opinio ab Auctore declaratur.fo. 504.n.12.& f.505.n.13.& 14.

Capitulum.

Capitula extraordinaria ſunt apocrypha. f.553.n.30.

Capitulum primum, de his, qui feud.dar.poſſ. an ſit correctum per conſtit. conſtitutioni Diuæ memoriæ, quoad perſonas Eccleſiaſticas.f.104.n.3.& f.105.n.6.& 8.

Cap.ſi quis per triginta, an requirat ſcientiam, & præſentiam Domini f.506.n.17.

Capycius.

Capyc.deciſ.166.declaratur fol.116.n.29.

Capyc ſibi contrarius in articulo, quando aſſenſus impetratur ſuper teſtamento poſt mortem.f.235.n.120.

Capyc.reprehenditur circa intelligentiam Iſern.f.402.n.119.

Caſale ſi eximitur, & ſeparatur à ciuitate, retinet priuilegia f.55.n.124.

Caſtrum.

Caſtra omnia in Regno ſunt quaternata.fo. 51.n.112 & f.135.n.78. ſaltem præſumptiuè.f.139.n.92.

Caſtrum, quod tenetur in capite à Comite, eſt quaternatum ſecundùm quid.fol. eodem, nu.111.

Caſtra in Regno præſumuntur eſſe feuda quaternata, niſi poſſideantur per Eccleſiā. f.105.n.7.

Caſtrum ſi tenetur à Barone, adhuc dicitur feudum quaternatum.f.137.n.86.

Caſtrum dirutum deſinit eſſe feudum quaternatum.f.eod.n 87.

Caſtro diruto, poſſeſſor non tenetur præſtare ſeruitium domino, ſicut de feudo habitato cum vaſſallis.f.138.nu.88. & 89. Affertur deciſio de Caſtris à terræmotu euerſis in Apulia.

Caſtrum poſſeſſum per Eccleſiam non præſumitur quaternatum, niſi ſit conceſſum in feudum, vel dominus ſit in poſſeſſione exigendi ſeruitia.f.eod.n.90.

Caſtrum ſi teneatur in allodium ab Eccleſia, remanet ius ſuperioritatis Regis, & appellandum eſt ad officiales Regios.f.139. n.91.

Caſtrum an poſſit eſſe allodiale, & iuriſdictio feudalis.f.140.n.94.

Caſtro conceſſo cum molendinis, trappetis, & alijs bonis, an ſint feuda quaternata ſicut & caſtrum. ſi non ſint deſcripta iu quaternionibus.f.143.n.97.

Caſtri conceſſio an præſumatur in feudum. f.417.n.134.

Caſtrum in dubio præſumitur feudum quaternatum etiam extra Regnum.fol.417. n.135.

Caſtrum ſi concedatur Eccleſiæ, præſumitur

in

in allodium,f.418.n.137.
Cauſæ in Regno quomodo deciduntur. fol.23. nu.26.
Cedularium adobæ differt à quinternionibus Regiæ Cameræ.f.50.n.107.

Cenſus.

Dominus cēſus præfertur emptori pro æquali pretio f.322.n.15.

Ciuis.

Ciuis non poteſt à Ciuitate diſcedere poſt impoſitionem muneris publici.f.351.n.27.
Ciuis tenetur ad debita Ciuitatis contracta vſque ad ſuum diſceſſum.f.355.n.42.

Clauſula.

Clauſula in priuilegiis, Quæ de demanio in demanium, quæ de ſeruitio in ſeruitium, quid operetur.f.64.n.153.& f.65.n.155.
Clauſulæ poſitæ in eadem ſubſtantia, & oratione, illam regulant, & reſtringunt .fol. 246.n.8.
Clauſula in priuilegio, Quam inueſtituram vim,& robur veræ,& realis traditionis habere volumus, transfert dominium.
Clauſula,ſaluis iuribus,nō intelligitur quoad expreſſa in aſſenſu, nec quoad ea, quæ inſunt expreſſis.f.416.n.127.
Clauſulæ,ſalua fidelitate, ſaluo homagio, & ſalua ſuperioritate, an arguant conceſſionē in feudum.f.419.n.140.

Clericus.

Clericus non poteſt quis ordinari niſi cum Eccleſia,vel patrimonio tanti redditus,vt ſufficiat pro alimentis.f.37.n.68.
Clericus faciens infeudationem de rebus ſuis allodialibus,non habet hæredes vocatos à lege feudali in illo dominio directo,ſed hæredes iuris ciuilis.f.462.n.41.
Cognati,iure Romano admittuntur vſque ad ſeptimum gradum f.154.n.19.
Collateralis deſcendens feudatarij,in feudo à communi parente quæſito,vſque in infinitū ſuccedit f.254.n.70.

Collecta.

In collectarum exactionibus attēditur quinternus, in quo nomina collectantium deſcripta ſunt.f.134.n.75.

Comes.

Comites, de quibus in prima rubrica feudorum,differunt ab alijs feudatariis circa licentiam infeudandi.f.32.n.52. Non poſſunt alienare in magnam diminutionem. f.33.n.56.
Comites,de quibus in vſibus feudorum, aſſimilantur Principi;& quæ poſſint. fol. eod. nu.53.
Licet recognoſcant Comitatum in feudum ab Imperio,tamen res particulares habent quoad directum dominium.f.eod.n.54.
Poſſunt infeudare res ſingulares cum pacto,vt poſſint transferri in allodium. f.34. nu.60.
Comes habens comitatum hæreditarium, ſi inueſtit aliquem de feudo vacaturo,an eius ſucceſſor teneatur ad obſeruantiam f.462. nu.38.
Quid ſi eſt feudum hæreditarium. fo.eodem. nu 40.
Comes poteſt infeudare rem particularem comitatus abſque Imperatoris aſſenſu.f.466. n.62. Et infeudationem non poteſt eius hæres reuocare,niſi tendat in magnam dignitatis læſionem.f.eod. n.61.

Commune, Communio.

In re communi habens maiorem partem,præfertur offerendo æſtimationem f.317.n.10.
Quid ſi duo poſſident caſtrum in communi, & venerint ad diſcordias,an poſſit cogi alter alteri vendere.ibid.affertur deciſio.
Quid ſi fiſcus habet rem communem cum aliis.f.318.n.11.
Communione contracta inter duo caſtra,in qua vixerunt per 30.40.vel 80. annos, an ſit ius quæſitum ſuper illa communione, itavt ab ea non poſſit recedi, contradicente altera parte,f.514.n.38.affertur deciſio.

Concedere, Conceſſio.

Verbum concedere, licet ſit generale, recipit interpretationem à re, de qua agitur .fol. 170.nu.151.
Conceſſio ex quibus ſignis præſumatur facta in feudum.418.n.139.
Conceſſio an præſumatur facta in allodium, quando concurrunt ſigna feudi,& allodii. f.419.n.141.

Confeſſio.

Confeſſio Prælati præiudicat Eccleſiæ, quando habet pro ſe iuris præſumptionem.f.69. nu.168.
Confeſſio Prælati admittit probationem in contrarium,f.71.n.174.
Confeſſio vaſſallorum, vel alicuius vniuerſitatis in inſtrumento aſſerentium ſe eſſe obligatos Baroni ad aliqua ſeruitia perſonalia iuxta antiquum ſolitum, eis non nocet,nec per dicta verba probatur antiquū ſolitum f.526.n.65.
Conſanguineus præfertur extraneis in venditione bonorum debitoris.f.328.n 38.
Conſenſus Domini non facit alienationem, ſed ſolùm non impedit.f.153.n.117.

I N D E X.

Conſilium.

Sacrum Conſilium habet Regiam auctoritatem.f.266.n.38.

Conſtitutio.

Conſtitutio Regni *eſt interpretanda, vt deroget iuri communi quantum minus fieri poteſt.f.80.n.204.*

Conſtitutio Regni Poſt mortem, *an ſit correcta per capitulum Papæ Honorij. fol.150. n.113.*

Conſtitutio Regni Vt de ſucceſſionibus, *habet locum in feudis quaternatis, non in planis, & de tabula.f.246.n.11.*

Conſtitutio Regni Scire volumus, *de quibus conceſſionibus regalibus intelligatur; & in quibus officijs extendatur.f.278.n.58.*

Conſuetudo.

Conſuetudo localis non ſeruatur in vniuerſo. f.13.n.2.

Conſuetudines feudales an ſint locales; an verò pro legibus vbique obligent fol. 12.n.1. & ſeqq.

Conſuetudo generalis eſt attendenda, quando alia non inuenitur.f.14.n.4.

Conſuetudines feudales, & tacitè, & expreſsè fuerunt ab Imperatoribus approbatæ f.13. nu.3.

Conſuetudines feudales, quæ ſint irrationabiles, ſecundum Iſern fo.16.n.7.

Conſuetudo Mediolanenſis in libro feudorũ nunc recipitur, nunc reijcitur.f.17.n.11.

Conſuetudines feudales obſeruantur etiam in feudis Eccleſiaſticis f.21.n.21.

Conſuetudines feudales an pro legibus obſeruentur in Regno Neapolis f.21.n.22.

Conſuetudines diuerſarum Curiarum enunciantur in libro feudorum; & nunc recipiuntur, nunc reprobantur.f.42.n.74.

Conſuetudo quanto tempore præſcribatur. fo. 45.n.86.

Conſuetudo, niſi ſit immemorabilis, non poteſt minuere ſolemnitates requiſitas in alienatione rerum Eccleſiæ f.eod.n.87.

Conſuetudo quot actibus inducatur. fol. 45. nu.88.

Conſuetudo tantum habet de effectu, & potentia, quantum de vſu.f.73.n.186.

Conſuetudo Neapolis, quæ in alimentis diuidit fructus bonorum inter patrem, & filiũ, an comprehendat bona feudalia intus diſtrictum.f.94.n.249.

Conſuetudo feudalis, licet quoad quadam ſit odioſa; tamen eſt fauorabilis.f.468.n.78.

Conſuetudine feudali decidente aliquem caſum, non eſt recurrendum ad argumenta iuris ciuilis.fol.471.nu.101.

Contractus.

Contractus iudicatur ex qualitate pactorum in illo appoſitorum.f.385.n.12.

In contractu non valent pacta contra ipſius definitionem.f.384.n.10.

Contractus quanam tacitè comprehendat ab intellectu iuris.f.399.n.63.

In contractibus attenditur conſuetudo contrahendi, in expreſſis.f.400.n.64.& f.404. nu.82.

Contractus non iudicatur ex verbis, ſed ex effectu.f.420.n.145.

Contractus fieri non poteſt ſuper hereditate viuĕtis, eo nõ conſentiente .f.467. n.69.

Contractus prædeceſſoris Prælati an obliget ſucceſſorem.f.468.n.79.

Contractus, qui ex ſui natura exigunt aliquam annuam præſtationem, vel ſeruitiũ, præſumuntur præceſſiſſe ex poſitione triginta annorum f.502.n.3.

Quid de ijs, qui annuum ſeruitium, vel præſtationem de ſui natura non exigunt ibid.

Cõtractum præceſſiſſe præſumitur ex diuturna ſolutione.f.502.n.5.

Contractus feudalis dicitur conditionalis, ſi acceptor, & eius deſcendentes fuerint fideles.f.577.n.2.

Contrahens.

Contrahentes licet non ligentur conſuetudine municipali alicuius loci; poſſunt tamen illi ſe ex pacto ſubmittere.f.20.n.18.

Contrahentium verba debent ſaluari ne inducant contrarietatem f.419.n.142.

Correlatiuorũ poſito vno, ponitur alterũ f.45. n.85.

Creditor.

Creditor cui maior pars debetur, præfertur aliis creditoribus in venditione bonorum debitoris.f.328.n.38.Vbi affertur deciſio.

Creditores an poſſint reuocare ceſſionem feudi factam Regi in ipſorum fraudem. fol. 352.n.34.

Crimen.

Crimine læſæ maieſtatis an confiſcentur bona ipſo iure.f.363.n.70.

Crimine læſæ maieſtatis amittitur feudum ipſo iure.f.365.n.70.

Curtius.

Curtius reprehenditur, dum allegat Iſern.tenentem, quod conſuetudines feudales ſint vbique ſeruandæ.f.16.n.8.

Curt.reprehenditur.f.419.n.143.

Deciſio.

D*Eciſio de Franch. clarè dilucidatur; quod non ſit contra noſtram opinionẽ. f.174.n.157.*

De-

I N D E X.

Delictum.

Delictum patris an noceat filio in ſucceſſione feudi.fol.182.n.14.

Demaniale .

Res demanialis baroniæ quomodo efficiatur exeadentialis f.46.n.90..

Demanialia an fiāt exeadentialia per vnicā infeudationem cum aſſenſu Regis . fol. 48. nu. 100.

Demanialia Regni poſſunt à Rege ad libitum alienari ſi alienatio non tendit in diminutionem Coronæ.f.106.n 11.

Demanii ſui caſtra Rex poteſt infeudare, etiam inuitis vaſſallis.f.107.n.13.& 14.

An ea poſſit alienare quoad directum dominium.f.108.n.15.

Demanii priuilegium an Rex poſſit reuocare. f.109.nu.18.Vbi plures caſus diſtinguuntur.

Demanialia feudi quænam dicantur.f.122. nu.43.

Demanialia feudi ſterilia poſſunt à Barone concedi ſub natura burgenſatica ad certam partem fructuum, & non in pecunia. f.127 n.58.

Demanialia iura feudi quaternati ſecundū quid, vt ſeruitia releuia &c. præter eius collationem ſunt Baronis f.149.n 110.

Res demanialis ſemel conceſſa lapſu triginta annorum fit exeadentialis.f.165 n.141.

Demanialem hominem vendicans tanquam ſuum vaſſallum,debet habere priuilegium, vel publicum inſtrumentum , vel teſtes omni exceptione maiores f.448 n 120.

Tenens aliquid de demanio Regis, abſq; præ deceſſorum Regum priuilegio , tenetur infra certum tempus reſtituere etiam fructus ſub pœna quadrupli.f.448.n.121.

In terris demanialibus prohibitum eſt tenere homines affidatos,abſque priuilegio, vel ſcripto ſolemni f 449 n.122.

Demanialia non efficiuntur excadentialia Baroniæ ,niſi ſpatio centum annorum.fol. 492.n.62.

Deſcriptio an ſit neceſſaria pro forma in libro rerum fiſcalium ad finem incorporandi. f. 483.n.47.& f.486.n.44.

Diuitiæ antiquæ poſſunt conferre nobilitatē. f.149.n.108.

Diſcrimen recenſetur inter cap. ſi quis per triginta.c.1.de conſuet.rect.feud.& cap.1. §.ſi.de controuerſ inueſt.f.106.n.18.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio cap.ſi quis per triginta , ſi de feud. defunct. mil. an procedat contra fiſcum in Regno.f.501.n.1.& fo.503. vbi Camerarij opinio recenſetur.

Diſpoſitio cap.ſi quis per 30.an habeat locum contra Comites , & Barones in Regno , & Auctoris affertur diſtinctio.fo.509.nu 29. fol.511.nu.31.& 32.f 512. num. 33. & 34. f.513.nu.35.36 & 37 fo.5 .4.& 515. n. 38. 39.& 40.

Diſpoſitio S.C. Tridentini circa præſcriptionem iuriſpatronatus affertur.f.538.n 86.

Dominium.

Dominium vtile aliud inferius, aliud ſuperius.f.122.n. 48.

Dominium vtile dominij vtilis non datur.fol. 287 n.23.

Dominium vtile , finito feudo , conſolidatur cum directo.f.416 n.125.

Dominii ciuilis poſſeſſio,an finito feudo, trahat ad ſe naturalem f eod n.126.

Idem dominium vtile nō poteſt eodem tempore eſſe in ſolidum penes duos.fol. 470. nu.96.

Dominus.

Dominus directus præfertur in venditione vtilis dominij ſuper re emphyteotica , & feudali f.320.nu.12. Fallit concurrente agnato proximiore.ibid.

Domino alieno non poteſt quis ſe in Regno ſubmittere abſque Regis aſſenſu. fol. 104. num 4.

Donatio.

Donatio facta cum conſenſu , inſinuanda eſt tanquam facta à Domino conſentiente, non tanquam facta à donante.f.234. n.113.

Donatio purè facta transfert dominium rei, quæ prius vendita , aut tradita fuerat ſub conditione.f.470.n.94.

Donatio feudi Vide Feudi donatio.

Dux.

Duces,de quibus in prima rubrica feudorum, differunt ab alijs feudatarijs circa licentiā infeudandi f.32.n 52.Non poſſunt alienare in magnam diminutionem.f.33 n.56.

Duces.de quibus in vſibus feudorum, aſſimilantur Principi,& quæ poſſint. fol. eodem, nu. 53.

Eccleſia.

ECcleſiæ bona quanto tempore efficiantur ſolita infeudari f.44.n.83.

Eccleſiæ iuriſdictio acquiritur per vſum infeudationis f eod.n.84.

Eccleſiæ deuoluta poſſunt à Prælato concedi ſine ſolemnitate.ſi ſolemnitas interuenit in prima conceſſione.f 49 n 101.

Eccleſiæ res conſueta concedi , quid requiratur

tur,vt efficiatur de menſa.fol.57.num.132.
Sufficit ſola deſcriptio inter alia bona de menſa Eccleſiæ.f.59.n.134.
Et huiuſmodi deſcriptio, ſaltem tacita, requiritur,vt res efficiatur de menſa Eccleſiæ.f.60,n.137.
Eccleſia habet fiſcum.f.60.nu.138.
Contra Eccleſiæ immunitatem non poteſt ſtatuere Princeps, quantumuis ſummus .fol. 104.n.5.
Effectus conſumatus non ceſſat ceſſante cauſa.f.80.n.202.

Emphyteuſis.

Emphyteuſis ſi non renouatur conſanguineis, an,& quando fiat iniuria.f.60.n.142.
Emphyteuſis ſi eſt ſolita concedi vſque in tertiam generationem, ſi concedatur in quartam,vel in perpetuum, an corruat in totũ. f.74.n.188.
Emphyteuſis pro ſe, & liberis recepta à patre,an ab ipſo poſſit vni ex filijs prælegari. f.228.n.100.
An in ea poſſit pater filijs præiudicare.f.229. nu.202.
Emphyteuſi ad Dominum reuerſa ob lineam finitam,ſi dominus velit iterum illam concedere, præferuntur proximiores conſanguinei pro æquali pretio.f.324.n.23.
Quid ſi concurrant proximiores eius,cui facta eſt prima conceſſio;& eius, in quo finita eſt emphyteuſis.n.24.
Emphyteuſis an tranſeat in contractum cenſualem,ſi transfertur directum dominium f.384.n.8.& 11.
Emphyteuſis pro maſculis, & fœminis, an recipiat interpretationem à conſuetudine,vel ſtatuto.f.402.n.76.
An à conſuetudine Eccleſiæ concedentis. nu.77.
Emphyteotici contractus forma an ſit ſcriptura f.429.n.10.
Emphyteuſis non præſumitur niſi ſpatio quadraginta annorum.f.481.n.24.
Emphyteuta an præferatur vaſſallo pro æquali pretio,quando dominus directus vẽdit ſua iura dominicalia f.321. num. 14. Vbi afferuntur, & conciliantur contrariæ deciſiones.

Emptor.

Emptor malæ fidei, non poteſt repetere pretium,etiam ſi ſibi cauerit de euictione. fol. 298.n.39.
Emens feudum in fraudem legis prohibentis alienationem feudi,amittit pretium.f.eod. nu.38.

Epiſcopus.

Epiſcopus,qui iurauit non infeudare feudũ nouum,an poſſit infeudare feudum deuolutum poſt annum.f.58.n.133.
Epiſcopo aſſerenti,quod feudum eſt antiquũ, an credatur.f.68.n.165.
Epiſcopus tenetur inueſtire vaſſallum de feudo,ſi producat duas,vel plures inueſtituras;immo etiam ſi producat vnam. f.69. nu.170.
Epiſcopus an ligetur proprio ſtatuto.fo.237. n.131.
Epiſcopus concedens feudum cum pacto, vt non poſſit alienari in Eccleſiam,non intelligitur excluſiſſe ſuam Eccleſiam. f. eodem n.132.
Epiſcopus electus viuæ vocis oraculo,licet ſit ſtatim Epiſcopus; tamen non eſt in Ciuitate recipiendus abſque litteris Apoſtolicis. f.447.n.112.

Excadentialia.

Excadentialia per quantum tempus, & per quot actus fiant.f.44. n.82.
Excadentialia quomodo efficiãtur demanialia baroniæ f.57.n.131.& f.125.n.55.
Excadentialia fiunt demanialia,ſi Baro tempore reintegrationis fecit illa deſcribere in inuentario rerum demanialium.fol. 63. n.148.
Excadentialia feudi quæ dicantur. fol. 122. n.44.
Excadentialia deuoluta Baroni, & applicata ſuæ menſæ non poſſunt de nouo à Barone concedi abſque ſolemnitate.f.125.n.54.
Excadentialia,ſi non conſtat expreſsè, quòd ſint incorporata,ſed tenentur ſeparata,an, & quando dicantur effecta demanialia. f.126.n.56.
Excadentialia feudi an differãt à ſterilibus. f.163.n.138.
Excadentiæ dicuntur res conſuetæ alijs concedi per Comites,& Barones.f.54.n.122.
Exceptio debet eſſe de regula.f.81.n.208.
Extenſio de re ad rem, & de caſu ad caſum, non fit ſecundum veritatem,ſed per fictionem.f.176.n.162.

F.

FAlcidia an detrahatur in feudo.fol. 237. n.128.
Federicus Imperator fuit depoſitus, quia homines Regni ſeruiliter tractabat. fol. 406. n.93.
Felinus, & Stephan. Aufrerius reprehenduntur in articulo, an liceat feudum renunciare domino inuito.f. 356.n.46.

INDEX.

Felonia.

Felonia reſpiciens dominum, non nocet agnatis, ſecundùm Iſer. f. 307. n. 55.

Felonia in Regno an praiudicet agnatis. fol 393. n. 45.

Felonia in omittendo poteſt pacto remitti; ſecus in committendo. f. 411. n. 110.

Felonia comprehendit omne factum illicitum feudatarij, & domini. f. 542. n. 4.

Felonia vnde deriuetur; & quid ſit largè, & ſtrictè ſumpta. f. eod n. 5.

Felonia alia contractus, alia delicti. f. eodem. nu. 6.

Felonia alia reſpicit dominum, alia non. fol. 543. n. 7.

Felonia alia in omittendo, alia in committendo f. 544. n. 8.

Felonia alienationis an dicatur reſpicere dominum. f. 556. n. 37.

Felonia patris, an & quando noceat filijs in feudo. f. 561. n. 42.

Feloniam committens, facit contra naturam contractus. f. 562. n. 43.

Felonia commiſſa directè contra Dominum, an feudum applicetur domino, vel agnatis. f. 577. n. 1. 4. & 5.

Feudatarius.

Feudatariorum plura nomina f. 25. n. 30.

Feudatarius eſt vtilis dominus. f. 28. n. 46.

Feudatarius poteſt augere feudum per ædificia f. 128. n. 61.

Feudatarius dicitur Regis Conſiliarius. f. 147 n. 105.

Feudatarius de iure communi, & generali conſuetudine poteſt ſterilia feudi concedere in emphyteuſim: ſecus de iure Regni. ſo. 171. n. 154.

Feudatarius habet duas hæreditates, & poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus f. 211. n 63.

Feudatarius eſt miles f. eod. n. 64.

Feudatarius tenetur ad contributionem onerum pro rata bonorum, quæ poſſidet. ſo. 266. n. 39.

Feudatarius de iure communi feudorum poteſt ſubinfeudare f. 286. n. 1.

Feudatarius quãdo habeat vtile dominium. f. 386. n. 18.

Feudatarius ſubinfeudando transfert vtile dominium. f. 287. n. 23. Sic etiam dans feudum planum, & de tabula. f. 388. n. 24.

Feudatarius habet inueſtiendi poteſtatem, quæ tamẽ reſoluitur per mortem inueſtiẽtis abſque hærede maſculo. f. 459. n. 17.

Feudatarius conſentiẽs inueſtituræ à domino in alterius perſonam factæ, an ex hoc conſenſu amittat dominium, & ius ſuum. f. 469. n. 89.

Feudatarius alienans feudum abſque aſſenſu; vel cum aſſenſu ex conditionibus non impletis reſoluto; ſi reuocet alienationem, & per triginta annos taceat, & poſtea petat feudum, an poſſeſſor valeat ſe tueri præſcriptione triginta annorum. f. 518. n. 45. & ſeqq.

Feudatarius ducitur per præcepta fidelitatis tanquam equus per habenas. f. 544. n. 9.

Feudatario delinquente in Regem, & effecto contumace, ſtatim ſequeſtratur iuriſdictio f. 582. n. 13.

Feudum.

Feudorum liber an pro lege ſit ſeruandus. ſo. 12. n. 1. & ſeqq.

Feudorum liber & expreſsè, & tacitè fuit approbatus ab Imperatoribus. f. 13. n 3.

Feudorum liber eſt approbatus per ius Canonicum. f. 14. n. 4.

Feuda Romanis Iureconſultis, & antiquis Romanorum Imperatoribus fuerun; incognita f. 24 n. 28.

Feudorum librum quis compoſuerit. f. edem n. 29.

Feudum dare, in feudum dare, & per feudũ dare, an differant. f. 27. n. 40.

In feudum dare, & dare per feudum, denotãt feudi infeudationem. f 27. n. 41.

Feudum dare, videtur denotare infeudationem rei burgenſaticæ f. 28. n. 42.

Feudum non dicitur de menſa Eccleſiæ ſo. 47. n. 92.

Feudi pars diuiſa, eſt feudum de per ſe f. 55. n. 123.

Feudum in dubio præſumitur antiquum vaſſallo poſſidente. f. 69. n. 167.

Feudum præſumitur nouum, ſi poſſidetur ab Epiſcopo. f. 69. n. 169.

Feudum præſumitur antiquum in iudicio poſſeſſorio. f. 70. n. 173.

Feudum conceſſum ſub annuo reddito in pecunia, vel fructibus, non eſt propriè feudum, ſed intelligitur quando non in feudum. f. 84. n. 217.

Feudum cohæret magis perſonæ, quam patrimonio f. 85. nu. 218. & maximè quando eſt ligium. f. 88. n. 219.

Feudum an ſit peculium caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, vel aduentitium, f. eod. n. 220.

Feudum eſt ſeruitus. f. 86 n. 224.

Feudum à ſolo Rege poteſt in Regno fieri allodium, & è contra f. 105. n. 10.

INDEX.

Feuda poſſunt augeri fluminis alluuione. f.128.n.62.

Feuda poſſunt augeri cum animalibus, & aliis mobilibus ad vſum feudi; & quibus modis hæc efficiantur feudalia. f.128.n.63.

Feuda ad Regis collationem pertinentia, iudicantur ſecundum leges Regni tam circa alienationem, quam circa ſucceſſionem. fol. 133.n.71.

Feudum an ſit nobile, vel ruſticum, cognoſcitur ex ſeruitio. f.148.n.106.

Feudum collatum à Barone, non dicitur nobile, niſi ſit caſtrum, & conceſſum ab antiquis temporibus. f.148.n.107.

Feudum ſi conceditur cum aſſenſu, vt immediatè, & in capite teneatur à Barone, dicitur planum & de tabula. f.156.n.125.

Feudum an veniat in petitione, ſeu reſtitutione fideicommiſſi; plures caſus diſtinguũtur f.273.n.53.

An in feudo poſſit fieri fideicommiſſum. f.175.n.54.

Feudorum natura generalis oritur ex diſpoſitis in libro feudorum f.349.n.24.

Feudi natura idem eſt, quod lex feudi. fol. 354.n.39.

Natura feudi alterata in vno, non alteratur feudum in aliis, præterquam in illis, quæ veniunt in conſequentiam pacti alteratiui. f.354.n.40. & f.415.n.123. & fo. 395.n.50. & f.55.n.125. & f.395.n.50.

Feudum in Regno eſt ſub certo ſeruitio, ideoq; non poteſt inuito Domino renunciari. fol. 356.n.45. & ſeqq.

Feuda æquiparantur officiis, & beneficiis. fo. 352.n.52.

In feudis non habet locum l. Iulia, de ambitu f.382.n.3.

Feudum conſiſtit in pedagijs, gabellis, redditibus dohanarum, & annuis introitibus. fo. 385.n.13.

An & quando conſiſtat in nominibus debitorum. n.14.

An in pecunia. n.15.

Feuda de ſui natura non ſunt hereditaria. fo. 389.n.27.

Feuda Regni an debeant à capite, ideſt à Regno regulari. f.390.n.34.

Feudum emptum an ſit hæreditarium, vel non. f.394.n.46. & ſeqq & n.51.

Feudum emptum abuſiuè, & impropriè eſt feudum f.eod. n.47. & n.49.

Feudum eſt inductum propter ſeruitium. fol. 401.n.68.

Feudo creditoribus obligato cum aſſenſu, & clauſula, quod ſit proficuus creditoribus, & eius hæredibus; eoque ad Regem deuoluto, an poſſint hæredes creditorum agere ſuper feudo actione hypothecaria pro portionibus hæreditariis, vel primogenitus tãtùm. f.412.n.120.

Feudum quando detur gratia vaſſalli, & domini; & quando gratia vnius tantùm. fol. 414.n.121.

Feudum eſt ſeruitus perſonalis, vel mixta, & indiuidua. f.428.n.1.

Feudum cur ſit ſeruitus. f.eod.n.2.

Feudum, cum ſit ſeruitus, non præſumitur. f.eod.n.3. & 4.

Feudum non naſcitur naturaliter, ſed ſit per accidens f.eod.n.5.

Feudum an debeat probari per ſcripturam, & non per teſtes f.450.n.129.

Feudum quãdo omnino finiatur per mortem. f.446.n.1.

Feudum integrum vbi infeudatur, dicitur inueſtiri per feudum f.465.n.55.

Feudum eſt beneficium f.467.n.68.

Feudum dicitur ſubiacere, ſeu quaſi reſtitutioni. f.55.1.n.25.

Feuda habent naturam diſtinctam, & non ſemper iudicantur res non hæreditariæ, ſed quatenus habent ſimilitudinem cum re non hæreditaria f.554.n.33.

Feudum ſi amittitur ob ſeruitium non præſtitum, an reuertatur ad dominum, an ad agnatos. f.560.n.61.

Feudum dicitur Vniuerſitas quædam apta continere nedum membra feudalia, ſed etiã cenſualia, & emphyteotica. feudo redditiтia. f.167.n.146.

Feuda à Regibus Longobardorum à Germania in Italiã introducta f.181.n.185.

Feudi natura conſideratur in ipſius natiuitate, vita, & morte. f.191.n.1.

Feudum foriudicati liberos non habentis, ad Baronem vadit, ſi ab illo tenet. f.198.n.21.

Feudum an veniat in petitione hæreditatis. f.205.n.49.

Feudum non eſt liberè corpus hæreditarium, licet ſit ius quoddam hæreditate annexum. f.eod.n.51.

Feudum in Regno ſi non ſit deſcriptum in quinternionibus, & ignoretur, à quo poſſidetur, præſumitur teneri à Rege. f.144.n.99.

Res feudo reddititia quot modis conſtituatur f.168.n.147.

An dicatur feudalis, an allodialis. fol. 177.n.167.

Digitized by Google

INDEX.

Res feudo parum vtiles ex Regiſtro Federici Imperatoris, an concedantur in allodium, an in feudum. f. eod. n. 168.

Feudum an veniat in petitione hæreditatis. f. 205. n. 49. Qua in re reprehẽditur Bart. f. 208. n. 56.

Feudum non eſt liberè corpus hæreditarium, licet ſit ius hæreditati annexum. fo. eod. n. 51. & f. 234. n. 88.

Feuda annumerantur caſtrenſi peculio. fol. 211. nu. 65.

Feudi diuiſio per partes inæquales, ſuſtinetur in vim refutationis. f. 234. n. 115.

Feuda veniunt in generali obligatione, quando quis habet facultatem alienandi. f. 235. n. 119.

Feudum, an & quando veniat in reſtitutione fideicommiſſi. f. 235. nu. 125.

Quid ſi conceſſum ſit pro hæredibus quibuſcunque. f. 236. n. 126.

Feuda non includuntur in generali approbatione, & generali conſenſu. f. 234. n. 116.

Feudum an veniat in confiſcatione bonorum. f. 566. n. 48.

Feudum an ſit de ſui natura tranſitorium ad hæredem extraneum. f. 567. n. 49.

Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcũque, an, & quando tranſeat in Fiſcum ex publicatione bonorum. f. 569. n. 52.

Feudum cõceſſum alicui, & cui dederit, quãdo tranſeat in fiſcum. f. 570. n. 53.

Feudum pro quo non præſtatur ſeruitium perſonale, ſed reale, an veniat in confiſcatione bonorum. f. eod. n. 54.

Feudum quoad conſtitutionem, ſeu formationem.

Feudi conſtitutionem quænam impediant, remiſſiuè. f. 428. n. 7.

An in feudi conſtitutione ſint neceſſaria hæc verba, Inueſtio te de tali re in feudum. fol. 430. n. 17. & fol. 435. n. 43.

Quid in Regno. f. 434. n. 39.

Feudum, ſecundùm Iſerniam, conſtituitur per inueſtituram verbalem per anulum; etſi per eam non transferatur dominium. f. 435. n. 45.

Feudum non conſtituitur ex inueſtitura abuſiua, niſi interueniant verba Inueſtio te. f. 436. n. 46.

Ad feudi conſtitutionem an ſufficiat ſola poſſeſſio f. 439. n. 66.

Feudum formatur ex præſcriptione, de re alterius, & de re alterius. f. 475. n. 2.

Feudum an formetur ex præſcriptione triginta annorum contra Regem in bonis delatis, de quibus fiſcus cepit poſſeſſionem, ſed eſt omiſſa deſcriptio in libro aliarum rerum fiſcalium f. 487. n. 46.

Feudum quomodo formetur ex præſcriptione contra fiſcum in bonis quærendis. fol. 489. nu. 49.

Feudum in Regno non formatur ex præſcriptione triginta annorum contra priuatum f. 494. n. 69.

Feudum extra Regnum nõ formatur ex præſcriptione cum priuato, qui non habet poteſtatem infeudandi f. eod. n. 70.

Feudum ſicut formatur ex præſcriptione de re alterius; ita formatur ex præſcriptione de re propria. f. 495. n. 72.

Feudum formatur ex præſcriptione triginta annorum regulariter. Ampliatur, & limitatur ſecundùm ius Regni. f. eod. n. 77.

Feudum rectum, ob ſeruitia Domino per longiſſimum tempus à vaſſallo præſtita, præſumitur ipſo facto conſtitutum. f. 305. n. 7.

Feudum conſtituitur ſi quis recognoſcit res proprias ab alio in feudum. f. 44. n. 79.

Feudum quoad conceſſionem.

Feudum in dubio præſumitur conceſſum ſecundùm propriam naturam. f. 350. n. 25.

Et ſecundùm legem feudi. f. 400 n. 67.

Feudum quando dicatur dari gratia recipientis; & quando gratia vtriuſque. f. eod. n. 26.

Feudum ſimpliciter conceſſum, an ſit hæreditarium. f. 388. n. 25.

Feudi deuoluti conceſſio an intelligatur facta in feudum, vel in allodium. f. 417. n. 132.

Quid ſi conceſſio fiat per Eccleſiam. ibid.

Quid ſi non conſtet de conceſſione Eccleſiæ, ſed ei ſoluatur cenſus. n. 133.

Feudi vacaturi conceſſio eſt prohibita Prelatis. f. 470. n. 92.

Feudum planum, & de tabula ad Baronem deuolutum, poteſt ab eo concedi abſque Regio aſſenſu ſub natura feudi ex pacto, & prouidentia f. 244. n. 6.

Feudum deuolutum ad Regem, ſi cõcedatur, & non dicatur in feudum, cenſetur dari in allodium. f. eod. n. 102.

Feudi conceſſio vt poſſit alteri dari, de iure communi feudorum intelligitur in allodiũ; iure verò Regni in feudum. f. 170. n. 152.

Feudum in dubio præſumitur datum in forma communi. fol. 192. n. 8. & f. 14. n. 5.

Feudo conceſſo, veniunt fructus. f. 203. n. 41.

Feudum conceſſum patri, & filio, præſumitur conceſſum contemplatione filij. fol. 214. nu. 72. & in eo non poteſt filius à patre exhæredari. f. 215. n. 74.

Feu-

Digitized by Google

I N D E X.

Feudum conceſſum non ſub ſeruitio perſonali, ſed ſub reali, an ſit propriè feudum, ita vt in eo ſuccedãt Monaſterium, fœmina, & hæres extraneus. f.217.n.83.

In feudum conceſſiones tot ſunt, quot ſunt perſonæ in inueſtitura comprehenſæ f.333 nu.56.

Feudum quoad acquiſitionem.

Feudum an poſſit acquiri mediante pecunia. f.381.n.1.

Quid ſi oriatur ex pacto legis commiſſoriæ. f.383.n.4.

Feuda deferuntur iure ſanguinis iuſti deſcẽdentis f.389.n.28.

Feudum acquiritur per inueſtiturã, & ſucceſſionem f.191.n.2.

Feudum quoad dominium.

Dominium directum feudi, an poſſit ex pacto trãsferri in feudatarium, ita vt remaneat feudum f.384.n.7.

An ſit de feudi ſubſtantia, vt directum dominium retineatur. f.eod.n.9.

Feudum, translato directo dominio, eſt impropriè feudum. f.385.n.1.

Dominium vtile feudi quomodo recõſolidetur directo cum deuoluitur. f.489 n.50.

Feudum quoad fructus.

Super fructibus feudi an poſſit teſtator ordinare multiplicum vltra decennium. fol. 275.n.56. Vbi affertur deciſio.

Fructus feudi aduentitÿ an ſint communes patris, & filÿ ſimul habitantium. f.86. nu. 222. & f.92.n.243.

Fructus feudi poſtquam ſunt ſeparati, non dicuntur feudales. f.87.n.277.

Feudum quoad præſcriptionem.

Feudum præſcriptum quomodo reguletur ſecundùm naturam feudi. f.405.n.89.

Præſcriptio feudi formandi ſub Barone, *quomodo perficiatur. f.491.n.58.*

Quid quoad feudalia; quid quoad excadentialia. f.492.n.60. & 61.

Feudi præſcriptio trigenaria contra priuatum, an noceat fiſco. f.519.n.49.

Feudum non præſcribitur contra Regem, niſi ſpatio centum annorum. f.485.n.37.

Feudum præſcriptum ſortitur naturam feudorum. f.199.n.24.

Vide Præſcriptio.

Feudum quoad ſucceſſionem.

In feudo plano, & de tabula ſuccedũt æqualiter omnes filii. f.244.n.5.

In feudo non ſuccedit, de iure communi feudorum, qui non deſcendit à primo acquirente. f.256.n.23.

In feudo nouo, eodem iure non ſuccedit frater fratri; nec deſcendentes ex fratre. f. eod. nu.24.

Feudi ſucceſſor an oporteat vt extet tempore mortis, vel aſſenſus. f.260.n.25.

Succedens in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario, an teneatur oneribus hæreditariÿs, ſi confecit inuentarium. fol. 262. nu.30.

Succedens in feudo venit iure ſucceſſorio feudorum. fo.362.n.39.

In feudis cur non ſuccedãt fœmina, nec maſculi ex ea deſcendentes. f.397.n.55. & 56. & fo.394.nu.48. & 51. Vide limitationes. nu.57.

Et quod fœmina ex primogenito excludit ſecundogenitum. n 58.

In feudis in Regno frater ſuccedit fratri. f. 401.nu.72. Ampliatur in fratribus vterinis. f.192.n.6. & patruelibus. f.294.n.90.

Succedens in feudo an dicatur hæres in re certa f.211.n.61.

Feudum non hæreditarium dicitur ſubiectũ reſtitutioni f.212.n.68.

In feudo an ſuccedat filius exhæredatus. fo. 213.n.71.

An ſuccedat in feudo nepos ex filio exhæredato f.215.n.75.

Succeſſio tam in feudo hæreditario, quàm in alio, in linea tranſuerſali, an deferatur per capitã, an in ſtirpes. f 223 n.83.

Feudum an poſſit à patre vni ex filiis prælegari. f.226.n.94.

In feudo empto ſuccedit frater, ſeu ſoror, etiam vterinus tantùm, & tantùm conſanguineus, non obſtante inueſtitura pro ſe, & hæredibus ex corpore. f.242.nu.1.

Vbi refertur gratia.

In ſucceſſione feudi plani, & de tabula, an attendatur conſtitutio Regni Vt de ſucceſſionibus, *an ius commune, an ius feudorum, f.244.nu.4. Vbi affertur deciſio, & allegationes eruditiſſimi Io.*Camilli Cacacÿ. *n.7. & ſeqq. & f.246. n.12.*

Succeſſor vocatus ad feudum dominans, à lege, vel ex pacto, alio modo tenetur; aliter hæres etiam extraneus, aliter filius, aliter agnatus, & aliter ſucceſſor Prælatus. fo. 458.n.10. & 11.

Feudi ſucceſſor aliter tenetur ad obſeruantiã inueſtituræ perfectæ, aliter imperfectæ, aliter conditionalis. f.eod.n.12.

Feudi ſucceſſio conſideratur vel ſecundùm leges Regni, in quo eſt feudum; vel ſecundũ vſus feudorum; vel ſecundùm legem inue-

ſti-

ſtitura.f.191.n.4.

Succeſsioni feudorum naturali derogari poteſt ex pacto f.192.n.5.

Feudorum ſucceſsio ex forma contractus, & ſecundùm propriam naturam actus.f.eod. nu.6.

Feudorum ſucceſsio ſecundùm diuerſa tempora, inſpecto iure communi feudorum, & Regni.f.eod.n.8.

Succeſsio non eſt, cum feudum redit ad Dominum.f.196.n.15.

In feudi ſucceſsione an frater præferatur patri.f.197.n.18.

Feudum quoad alienationem.

Domino conſentiente ad feudi alienationem, non eſt impetrandus aſſenſus ſuper alienatione, ſed ſuper ipſo Domini conſenſu .fol 234.n.112.

Feudi alienatio an liceat inter agnatos .fol. 289.n.11.

Feudi alienatio inter agnatos eſt potiùs refutatio f.eod.n.13.

Feudum poteſt refutari domino f.eod. n.12.

Feudi alienatio licita reſoluitur poſt mortẽ alienantis, Secus eſt in donatione illicita. f.290.n.15.& 17.

Feudi alienatio licita non reuocatur ab emptore durante vita alienantis.f.290.n.16.

Feudi alienatio licita, tam de iure antiquo, quàm de nouo, reſoluitur poſt mortem alienantis.f.290.n.15.& 17.

Alienatione feudi illicita amittitur feudũ. f.293.n.23.

Feudi antiqui alienatio an inter agnatos permittatur proximiori tantùm, vel etiam vlteriori f.293.n.24.

Refutatio feudi antiqui, quæ fit Domino, tenet in vita refutantis tantum.f.295.n.27.

Feudi antiqui alienatio ex pacto, & prouidentia non pendet à voluntate Domini, ſed f.295.n.28.

Feudi alienatio permittitur in vlteriorem agnatum cum conſenſu proximioris.f. eod. agnatorum.nu.29.

In feudi alienatione conſideratur intereſſe Domini, ratione voluntatis.f.eod.n.31.

Feudum antiquum ſi amittitur ob alienationem, reuertitur ad agnatos, ſecũdùm Iſer. f.296.n.32.

Feudum alienatum in vlteriorem agnatum, reuertitur ad proximiorem poſt mortem alienantis.f.eod.n.33.

Feudi alienatio inter agnatos, ex quibus iuribus feudalibus permittatur.f.297.n.34.

Feudum vendens in fraudem legis prohibentis feudi alienationem, amittit feudum, & emptor pretium f.298.n.38.

Feudum antiquitus poterat alienari ſine aſſenſu ſecundùm prauam conſuetudinem; ſed ſecundùm bonam poterat alienari vſq; ad medietatem f.299.n.41.

Et prælatio competebat Domino poſt agnatos.n.42.

Feudi alienatio, quæ fit conſuetudine, & lege approbante, reſoluitur mortuo alienante abſque filijs.f.459.n.18.

Feudum antiquum non alienatur in agnatorum præiudicium.f.459.n.20.

Feudi alienationem tenetur habere ratam agnatus, quando ad feudum vocatus eſt eius hæres f.463.n.49.

Feudum ob alienationem amiſſum, an reuertatur ad Dominum, an ad agnatos. fo.556. nu.36.

Feudum alienatum abſque aſſenſu, poteſt reuocari tum à venditore, & eius hæredibus, tum ab emptore, & eius hæredibus.f.579. n.7. Vbi affertur deciſio.

Feudi pars ſi alienetur in contemptum Domini, totum feudum amittitur. f.78.n.193.

Feudi alienatio in agnatum remotiorem ſine aſſenſu Domini, & conſenſu agnati proximioris in vita feudatarij, non tenet. f.339. nu.74.

Feudi refutatio.

Feudum non conceſſum ſub certo ſeruitio, refutari poteſt inuito domino.f.307.n.56.

Quid in Regno.n.58.

Venditio feudi inter agnatos, an hodie ſit licita; vel ſolùm ſimplex refutatio.fol. 308. nu.61.

Refutare non licet partem feudi iuris Frãcorum.f.310.n.66.

Feudum abſque noua qualitate refutatum, cenſetur antiquum; cum noua, & cum aſſenſu Regio, nouum f.339.n.73.

Feudi refutatio in proximè ſucceſſurum, valet abſque aſſenſu.fol.341.nu.77. Vbi an ſi fuerit impetratus aſſenſus, an ſubiaceat diſpoſitioni pragmaticæ, vt expediatur infra biennium.

Feudi refutatio, alia in manibus Domini; alia in manibus agnatorum f.345.n.2.

Refutatio in manibus agnatorum, alia realis, alia perſonalis f.eod.n.3.

In dubio an præſumatur realis, an perſonalis.f.345 n.5.

Refutatio feudi, quæ fit in manibus Domini, alia ſimplex, alia conditionalis.f.eod.n. 4. Et in dubio præſumitur ſimplex.f. 346. nu.6.

nu.6.& nu.7.Explicatur opinio Iſerniæ.
Feudi refutatio pro hæredibus eſt perſonalis, etiam quando in beneficium agnatorum. f. eod.n.8.
Feudi refutatio cum clauſula, quod refutans cedit omne ius, quod habet, vel habere poteſt, non eſt realis.f.346.n.9.
Feudi refutatio facta pro aliquo, & cui dederit etiam, non eſt omnimoda, quando in manibus agnatorum.f.eod.n.10.
Feudi refutatio, in qua interuenit Aquiliana ſtipulatio, an ſit realis.f.347.n.11.
Feudi refutatio, in qua eſt appoſitum verbũ, Omnino*, ſed eſt conuentum, vt remaneat feudum antiquum, & ſub natura feudi antiqui, an ſit realis.f.eod.n.12.*
Feudi refutatio alia ſit Domino mediato, alia immediato; & hæc tripliciter conſideratur. f.eod.n:13.& 14.
Refutatio feudi plani, & de tabula poteſt fieri Baroni ſine aſſenſu Regis.fol.347. n.15. Secus de refutatione feudi quaternati ſecundùm quid.n.16.
Feudum quaternatum ſecundùm quid, non poteſt refutari Regi ſine conſenſu Baronis f.347.n.17.
Feudi refutatio in manibus Domini, alia in feudo hæreditario, alia in feudo ex pacto, & prouidentia.f.eod.n.18.
Item alia feudi quæſiti, alia quærendi .fol. 348.n.19.
Refutatio feudi in manibus Domini, alia voluntaria ex parte vaſſalli, & neceſſaria ex parte Domini; alia è contra; alia voluntaria ex parte vtriuſque.f.348.n.20.
Feudum an poſſit refutari, Domino inuito.fol. eod.n.21.
An poſſit refutari ipſi Domino, eo inuito.fo. 415.n.122.
Refutatio feudi antiqui, quæ ſit Domino, tenet in vita refutantis tantùm.f.295.n.27.

Feudum quoad finem, ſeu delitionem.

Feuda quoad feudatarios, quatuor modis finiuntur.f.541.n.1.
Feudum, cum finitur, non ſemper vadit ad Dominum.f.eod n.2.
Cauſæ generales feudum amittendi.fol.eod. nu.3.
Feuda non finiuntur per mortem, quando ſuperſunt ſucceſſores, ex pacto, aut per legem vocati.f.456.n.3.
Nec finiuntur morte Prælati, quando Eccleſia eſt feudataria.f.457.n.5.
Feudum ſoldatæ non tranſit ad hæredes, ſed morte finitur.f.463.n.47.
Feudum, quod finitur ob ſeruitium non præſtitum, an reuertatur ad Dominum, an ad agnatos.f.559.n.40.
Feudum ſi amittitur, & non reuertitur ad Dominum, an præferatur filius, an agnatus f.563.n.45.
Feudum ſi amittitur, & applicatur Domino an applicetur domino mediato, an immediato.f.564.n. 46.
Feudum non amittitur ipſo iure ex culpa alienationis.& in crimine læſæ Maieſtatis f.365,n.79.& 80.
Feudum ſi amittitur ob inueſtituram non petitam, an reuertatur ad Dominum, vel ad agnatos.f.560.nu.41.

Feudum quoad deuolutionem.

Feudum poſt deuolutionem deſinit eſſe feudum f.34.n.59.
Feudorum deuolutorum incorporatio cum baronia, eſt vtilis Regi.f.67.n.160.
Feudo deuoluto ad fiſcum ob lineam finitam, vel crimen læſæ Maieſtatis, fiſcus tenetur ad debita.& onera ſuper feudo contracta cum aſſenſu.f.422. n.1.
Intellige reſpectu creditoris principalis, habilis ad ſuccedendum, vel reſpectu eius hæredum n.2.
Feuda ſi fiſco deuoluuntur, an procedat præſcriptio triginta annorum, ſicut in bonis quærendis.f.489.n.52.
Feuda, quæ deuoluuntur, an præſcribantur contra fiſcum, trigenaria præſcriptione.fol. 390.n.53.
Feudum deuoluitur ad Dominum immediatum durante vita feudatarij delinquentis. f.552.n.29.
Feudum planum, & de tabula ad Baronem deuoluitur.f.144.n.7.
Feudum planum, & de tabula refutatur Baroni abſque aſſenſu.f.238.n.138.
Feudum ſibi deuolutum, ſi velit Dominus iterum concedere, præferuntur proximiores cõſãguinei pro æquali pretio.f.324.n.23.

Feudum antiquum, & nouum.

Feudum antiquum in felonia non reſpiciente Dominum ſi non eſt hæreditarium, aperitur agnatis.f.545.n.12.13.& 14.
Feudum antiquum ex pacto, & prouidentia, an propter alienationem factam irrequiſito domino, aperiatur ipſi Domino, an agnatis f.579.n.6.
Feudum an remaneat antiquum, remiſſa felonia.f.357. n.56.
Quid poſt ſententiam, quando eſt interpoſita appellatio.f.360.n.60.

Feudum

INDEX.

Feudum an iudicetur antiquum, vel nouum, ſi bares pecunia ſua emit, virtute pacti de retrouendendo. f. 368. n. 2.

Feudum nouum ex pacto, & prouidentia habet vim hæreditarii f. 396. n. 53.

Feudum nouum an aperiatur Domino, an agnatis f. 544. n. 11.

Feudi contractus.

Feudi contractus habet ſua naturalia, ſicut cæteri contractus; & in iſtis naturalibus eſt recurrendum ad argumenta iuris ciuilis. f. 464. n. 51.

Quibus contractibus comparetur, & de quibus participet f. eod. n. 52.

Feudum an ſit contractus nominatus. fo. 348. n. 22.

Feudum eſt contractus de per ſe. fol. 429. nu. 14.

Vide contractus.

Feudi donatio.

Feudi donatio facta ſecundogenito cum conſenſu primi, valet f. 295. n. 30.

Donatarius feudi in fraudem creditorum, an teneatur. reſciſſa donatione, ad debita in actione perſonali. f. 307. n 60.

Feudum donatum contemplatione matrimonij ex nunc pro tunc, ſequuta morte, iudicatur feudum paternum antiquum. f. 368. nu. 4.

Si de feudi donatione conſtet per breue teſtatum, & feudatarius reperiatur poſſidere, an requiratur inueſtitura. f. 434. n. 40. 44. 50. & 76.

Feudi, & rei feudalis donatio non tenet, nec debetur æſtimatio. f. 267. n. 41.

Quid ſi donetur contemplatione matrimonij abſque aſſenſu, vel pro quarta ſolita conſtitui, vel in remunerationem ſeruitiorum, vel in dotem. f. eod. n. 42. Vbi afferuntur deciſiones.

Feudum hæreditarium, & non hæreditarium.

Feudum non hæreditarium eſt ſubiacens, ſeu quaſi, reſtitutioni. f. 390. n. 32.

Feuda hæreditaria dicuntur etiam ex pacto, & prouidentia, & in ſucceſſore dicuntur tot donationes f. 90. n. 233.

Feudum hæreditarium non fuit cognitum in iure feudorum. f. 462. n. 37.

Feudum hæreditarium ſubiectum fideicommiſſo ex diſpoſitione cum aſſenſu, differt a feudo ex pacto, & prouidentia. fol. 554. nu. 31.

In feudo hæreditario admittitur ſucceſſor, etiam ſi alius ſit inſtitutus hæres. fol. 200. n. 28. & 31.

Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, an ſit hæreditarium. f. 218. n. 85.

Feudum ſimpliciter conceſſum, an ſit hæreditarium. f. 226. n. 95. & fol. 388. n. 25. & 27.

Feudi legatum.

Feudi legatum in ſecundogenitum, abſque aſſenſu, an validetur ex aditione generali primogeniti. f. 235. n. 123.

Feudo legato an debeatur æſtimatio. f. 266. n. 40. & f. 202. n. 35. & 36.

Feudo legato ſecundogenito, ſi primogenitus taceat per annum à die aditionis, valet diſpoſitio, & tranſit in vim refutationis. fol. 272. n. 52.

Feudum à patre receptum in emphyteuſim pro ſe, & liberis, an ab ipſo poſſit vni ex filijs prælegari. fol. 228. n. 100. & an pater in eo poſſit filiis præiudicare. f. 229. n. 202.

Feudum ex pacto, & prouidentia.

Feudum paternum ex pacto, & prouidentia alienari non poteſt ſine conſenſu agnatorũ. f. 287. n. 7.

In feudis ex pacto, & prouidentia non hæreditarijs, omnes capiunt ex pacto, & prouidentia primi acquirentis; ideoque vltimus moriens non poteſt nocere ſucceſſori; ſecus in hæreditariis. f. 334. n. 59.

Feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium, qua ratione dignoſcatur à non hæreditario. f. 335. n. 61.

Natura feudi ex pacto, & prouidentia antiqui, non poteſt alterari per Regem in præiudicium agnatorum f. 362. n. 68.

Feuda ex pacto, & prouidentia non habemus à moriente, ſed maiorum prouidentia. f. 155. n. 123.

Feudum planum, & de tabula.

Feudum planum, & de tabula quid ſit. f. 162. nu. 136.

Feudum planum, & de tabula per primam conceſſionem formiter factam cum aſſenſu, an efficiatur alienabile in quemcunque cũ ſolo aſſenſu Baronis. f. 49. n. 102.

Feudum planum, & de tabula poteſt ſub Rege conſiderari. f. 54. n. 120.

Feudum planum, & de tabula poteſt refutari Baroni ſine aſſenſu Regis. f. 67. n. 160.

Feudum planum, & de tabula, an poſſit teneri à Rege. f. 145. n. 101.

Feudum planum, & de tabula ſi reperitur deſcriptum in quaternionibus Regis, an ſit

iudicandum, prout de feudo plano, & de tabula, an prout de feudo quaternato. fol. 158. num. 130.

Feuda plana, & de tabula ſolent appellari ruſtica; quandoque ſolita concedi; quandoq; attenaſia, & quandoque excadentiæ fol. 163. nu. 137.

Feudum planum, & de tabula qualiter formetur. fol. 164. nu. 139.

Feuda plana, & de tabula quæ ſint, remiſſiuè fol. 194. num. 10.

In feudis planis, & de tabula an ſucceſſio reguletur ſecundum ius commune feudorum, an ſecundum ius Regni fol. eodem num. 11.

Feuda plana, & de tabula, tanquam membra baroniæ, debent regulari ſecundùm caput. fol. 200. num. 25.

Feudum planum, & de tabula formatur præſcriptione triginta annorum, & vnica collatione, dum Rex eſt abſens à Regno. fol. 167 num. 145.

Feuda plana, & de tabula non contribuunt in collectis fol. 183. num. 187. Explicantur contrarium tenentes, num. 188.

Feudum planum, & de tabula an in crimine læſæ Maieſtatis applicetur Baroni, an Regi. fol. 568. num. 51.

Feudum planum, & de tabula cui aperiatur ex delicto Baronis. fol. 571. nu. 55.

Feuda plana, ex quibus debetur militare ſeruitium, ſunt nobilia fol. 246. num. 10.

Feuda plana, & de tabula militaria per omnia habentur iure feudi. fol. 250. nu 14.

In feudis planis, & de tabula nulla Regni lege cautum eſt, vt ſuccedatur iure communi Romanorum. fol 250. num. 15.

Feuda plana, & de tabula non dicuntur propriè infeudari. fol. 251. num. 16.

Feudum quaternatum.

Feudi quaternati vox vnde originem ſumpſerit, & quæ dicantur feuda quaternata. fol. 50, nu. 105. & 106. & fol. 63. num. 150. & fol. 132. num. 65.

Feudum quaternatum, quod Rex habet in Baronia, ſi concedatur ſimul cum Baronia, erit feudum quaternatum ſecundum quid fol. 52. num. 112.

Feudum quaternatum de iure communi cognitum eſt quoad effectum, licèt non quoad nomen. fol. 132. n. 66.

Quaternatum dicitur feudum, quod ad Regis collationem ſpectat, licèt non ſit deſcriptum in quaternionibus fol. 132. nu. 67. & fol. 142. num. 96.

Feudum quaternatum ſub Barone quando aperiatur ei ex delicto feudatarii. fol. 571. num. 55.

An ex ſola deſcriptione in cedulario feudum conſtituatur quaternatum. fol. 134. n. 74.

Feuda quaternata non veniunt in generali conceſſione. fol. 144. nu. 100.

Feudum quaternatum aliud verè, aliud præſumptiuè: & verè quaternatum, aliud ſimpliciter, aliud ſecundum quid fol. 132. num. 68.

Feudum quaternatum ſimpliciter dicitur tribus modis. fol. 132. num. 69.

Feudum quaternatum, etiam ſi non habeat vaſſallos, verè nobilitatem parit. fol. 146. num. 104.

Feudum quaternatum verè, & propriè quod dicatur fol. 133. num. 70.

Feuda quaternata ſecundum quid quæ ſint fol. 51. num. 110. & 111. & fol. 52. nu. 115.

Feuda quaternata, ſecundum quid, cui aperiantur cum deuoluũtur, Regi, an Baroni, fol. 53. num. 116.

Feudum quaternatum ſecundum quid, fuit cognitum quoad quædam de iure communi feudorum. f. 149. nu. 107.

Feudum quaternatum ſecundum quid qua ratione cœperit vſitari in Regno. f. 150. num. 112.

Quomodo formetur, & quæ ad illud ſint neceſſaria. f. 151. nu. 114.

Non conſtituitur ſine voluntate Baronis fol. 152. n. 115.

Feudum conceſſum per Baronem cum Regio aſſenſu, vt teneatur in capite, & immediatè à Regia Curia, non dicitur quaternatũ ſecundum quid, ſed ſimpliciter. fol. 256. num. 124.

Feudum quaternatum ſecundum quid ſi concedatur à Barone, vt valeat facere inueſtituras ſine alio aſſenſu Regis, eſſet feudum planum, & de tabula. f. 156. nu. 126.

Feudum quaternatum ſecundum quid non poteſt mutari per actus poſſeſſoris, niſi interueniente legitima præſcriptione fo. 157. num. 127.

Feudum quaternatum ſecundum quid debet regiſtrari in quaternionibus Regiæ Cameræ. f. 158. nu. 129.

Feudum quaternatum ſecundum quid, quare nuncupetur mixtum à Doctoribus; & an comparandum feudo plano, & de tabula, an potius quaternato ſimpliciter. f. 158. num. 132.

Feudum quaternatum ſecundum quid alienari,

Digitized by Google

nari non poteſt abſque aſſenſu Regis, & Baronis.f.150.nu. 111.

De eſſentia feudi quaternati ſecundum quid eſt, vt ſimul teneatur à Rege, & à Barone. fol.155.num.122.

Feuda quaternata ſecundum quid in quibus caſibus iudicentur, vt feuda quaternata ſimpliciter f.160. num. 134.

Feudum quaternatum ſecundum quid ad Baronem deuoluitur.f.244.nu.7.

Feudum quaternatum præſumptiuè quod dicatur .f.161.n.135.

Fideicommiſſarius.

Fidecommiſſarius vniuerſalis an habeat remedium l.fin.C.de edict. D. Adrian. toll.f. 112.num.69.

Fideicommiſſarius non eſt propriè hæres.fol. 233. num.108.

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſum an poſſit fieri in feudo.fol. 235.n.124. & f.236 n. 127.

In fideicommiſſo Rex ſolus poteſt præſtare aſſenſum. fol.275.num.55. vbi affertur de eiſio.

Fideicommiſſum an poſſit fieri in officio conceſſo à Rege pro ſe, & hæredibus in perpetuum.f.276.,n.57.

Fidelitas.

Fidelitas eſt de ſubſtantia feudi.f.399.n. 62. & fol.410.n.107. & ſeq.

Fidelitatis iuramentum. Vide Iuramentum

Fidelitas an ſit præſtanda ſecundum ius commune feudorum.f.401. n.71.

Fidelitas includit ſeruitia ſecundum ius cōmune feudorum f.403. num.79.

Fidelitas differt à iuramento fidelitatis, licèt quandoque confundantur.f.410.n.108.

Fidelitas alia in committendo, alia in omittendo.f.411.n.113.

Fides.

Bona fides requiritur in præſcriptione conſuetudinis infeudandi.f.47.nu. 91.

Fides negatiua contra præſumptionem tituli, quæ naſcitur ex longæuo tempore, admittitur.f.504.num.11.

Filius.

Filius non poteſt alienare bona, in quibus pater habet vſumfructum f.89.n. 231.

Filius tenetur alere patrem de fructibus feudi deducto ſeruitio; de fructibus peculij caſtrenſis; & de fructibus beneficij.fol. 94.num.248.

Filius, licèt non ſit hæres patris; habebit tamē eius feudum.f.200.n.27.

Filius ſuccedens in feudo contra patris diſpoſitionem, an teneatur ad onera paterna.fol. 201. n.29.

Filius non habeat feudum ex pacto, & prouidentia iure hæreditario.f.205.n.50.

Filius exhæredatus an ſuccedat in feudo. fo.213.n.71.

Filius an ſubintret in locum patris in diſpoſitione hominis.f.225.n.92.

Filius primogenitus inſtitutus hæres vniuerſalis, an adeundo hæreditatem; validet legatum feudi, in ſecundogenitum quoad dominium.f.233.n.109.

Filius inſtitutus in re certa, vel in legitima, an priuetur feudo, & an non conficiens inuentarium, teneatur ad onera.fol.263. num.35.

Filius hæres particularis in feudo, non debet pati aliquod incommodum.f.265.n.36.

Filius iuſtè exhæredatus, non ſuccedit in feudo; & an poſſit priuari primogenitura. fol.270.n. 69.

Filius ſecundogenitus poteſt exhæredari in vita militia.ibid.

Filius eſt proximus agnatus.f.459.n.21.

Filius eſt deterioris conditionis, quàm agnatus.fol.465.num.59.

Filius quando excludatur à feudo conceſſo pro ſe, & liberis, ex delicto patris; & quid ſi pro ſe, & filijs f.562.n.44.

Si filius occidat patrem, an eius filius ſuccedat auo in feudalibus, & burgenſaticis.fol. 583.n.15.vbi afferūtur deciſiones remiſſiuè

Filio primogenito committente rebellionem in vita patris, an patre defuncto veniat fiſcus ex perſona primogeniti rebellis, vel ſecundogenitus, qui non deliquit.fol.583. num.16.

Filiusfamilias.

Filiofamilias poteſt dari aliquid, nè patri vſusfructus acquiratur.f.85.n.221.

Filiofamilias feudatario an ſit dandus balius, curator, vel adminiſtrator. fol.92. num.243.

Fiſcus.

Fiſcus ſi detinet feudum in ſequeſtrum, vigore cap. Regni ex præſuntuoſæ, non eſt ſucceſſor onerandus ſtrictioribus probationibus.fol 69 nu.171.

Fiſcus, rem communem cum alijs habens, poteſt illam vendere, & ſocijs dare æſtimationem partium etiam ſi pars fiſci ſit minima fol.318.n.11.

Præſcriptio quinquennalis contra fiſcum, dū vult agere de crimine poſt mortem, procedit etiam reſpectu bonorum.f.366.n.83.

I N D E X.

Pro fiſco præſumitur quoties eſt quæſtio inter eum, & alium ſuper alterius vaſſallagio, niſi poſſeſſor probet per priuilegium, vel inſtrumentum publicum, vaſſallum ad ſe pertinere.f.449.n.123.

Fiſcus noe excluditur à vendicatione feudorum deuolutorum, niſi ex præſcriptione centum annorum.f.491.n.56.

In bonis fiſco apertis per lineam finitam, aut aliter, an ratione conſolidationis directi dominij cum vtili, requiratur centenaria, vel ſufficiant minores præſcriptiones contra fiſcum.f.508.n.26.

Fiſcus qua ratione præſcribat contra vaſſallos.f.520.n.52. & ſeq.

Fiſcus in bonis publicatis dicitur quaſi hæres.f.567.n.50.

Fœmina.

Fœmina an ſuccedat in feudo plano, & de tabula.f.198.n.22.

Fœmina instituta hæres an mittatur in poſſeſſionem feudi vbi non ſuccedit.f.209.n.60.

Fœmina an ſuccedat in feudo empto.fol.394. num.48. & n.51.

Fœmina cur non poſſit ſuccedere in feudo.fo. 397.n.55. cur non ſuccedant maſculi ex ca deſcendentes f.398.n.56.

Afferuntur caſus in quibus poteſt ſuccedere.n.57.

In his caſibus fœmina ex maſculo primogenito excludit ſecundogenitum.n.58.

Frater.

Frater etiam vterinus ſuccedit in Regno, niſi ſit conceſſum pro hæredibus ex corpore.f. 192.n.6. & f.401.n.72.

Fratres tenentur alere, & dotare ſororem.fo. 204.n.46.

Fratres patrueles, ſecundùm capitula Regni Neapol.ſuccedunt in feudo f.224 n.90.

Fraus ceſſat quando fit id, quod à lege permittitur.f.471.n.101.

Freccia.

Marin.Frecc.dicit, quod gentilitia vſu cœperunt in Aprutio anno 974.à Comitibus Pēna inſtituta.f.182.n.184.

Fructus.

Fructus feudi à ſolo ſeparati, non ſunt feudales.f.202.n.38.

Fructus pendentes feudi an retineant naturã burgenſaticam, ſi feudatarius moriatur poſt Kalendas Martias.f.202.n.38. & 39. & 47. & f.268.n.44.

Fructus veniunt in omni traslatione rei, quæ fit de perſona ad perſonam.f.203.n.40.

Fructus, & res ipſa faciunt vnũ.f.203.n.42.

Fructus feudi. Vide feudi fructus.

Fundi conſtituuntur deſtinatione patrisfamilias f.61.n.144.

G Eneralia verba reſtringuntur, nè quis indebitè damnum patiatur; & vt minùs recedatur à iure communi.fol.548. num.17.

Gerardus.

Gerardus, & Obertus fuerunt auctores conſuetudinum feudalium.f.440.n.71.

Gloſa.

Gloſ..... quæ negat approbationem conſuetudinum feudalium à Federico Imperatorem reprehenditur fol.19.n.16.

Gloſ..... reprehenditur fol.71.n.175.

Gloſ.in conſtit.Regni, vt de ſucceſſionibus, reprehenditur.f.195.n.12.

Gloſ.in conſtit.Regni ſi quando contigerit circa intellectum illius reprehenditur.fol. 196.n.14.

Gloſ. quæ allegatur in cap.1. §. præterea de cap.conrad.eſt impreſſa in rub.de alienat. feud. pater.fol.286.n.2.

Gloſ.in §.ſed & res per quos fiat inueſtit. in verbo reſtituere impugnatur.f.297.n.36.

Gloſ.in §.ſed & res, per quos fiat inueſtitura dum dicit, quod ille tex. loquitur in contrahente bona fide, reprehenditur.fol.298. num.40.

Gloſ.impugnatur dum tenet contra Iſern.fol. 363.n.71.

Gloſ.intellectus ad conſtitutionem Regni probationum defectum recẽſetur, & reijcitur. fol 449.n.124.

Gloſ.reprehenditur in articulo an feudum antiquum hæreditarium aperiatur agnatis.fol.545.n.13.

Gratia.

Gratia Principis an ad ſui ſubſtantiam requirat ſcripturam.fol.445.n.102. & fol.451. num.132.

Gratia an expiret ſi moriatur concedens antequam literæ expediantur, vel ſignentur. fol.445.n.103.

Gratia Apoſtolica, ſi de ea conſtet, valet, etiã ſi non ſit ſcripta.f.446.n.104.

Gratia poteſt fieri abſque literis.fol.446. num.106.

Hæreditas.

Hæreditatis petitio datur etiam pro rebus in quibus defunctus habebat nudam poſſeſſionem.f. 206 .n.52.

Super hæreditate viuentis fieri non poteſt contractus, ipſo non conſentiente.fol. 467. num.69.

Hæ-

INDEX.

Hæres.

Hæres extraneus ſuccedit in iure vaſſallagij quando eſt infeudatum proprium allodium.f.35.n.64.

*Hæres in re certa non habet remedium l.ſi.*C. *de edict.Diu.Adrian.toll.f.211.n.62.*

Hæredes feudi, & allodij tenentur ad onera pro rata bonorum f.211.n.67.

*Verbum,*hæredes, *quando reſtringatur ad liberos f.216.n.78.*

*Verbum,*hæredes, *in inueſtitura appoſitum, an intelligatur tantum de liberis; & quid in Regno f.217.n.80.*

Hæres fundi an teneatur ad debita legata pro rata bonorum, etiam quando alius eſt inſtitutus hæres in feudo ſine aſſenſu.fol. 201.*num.*32.

Hæres feudi hæreditarij poteſt grauari in pecunia vſq; ad valorem feud.f. eod.n 33.

Ex pluribus hæredibus ille tenetur ad legata,&c.de quo apparet teſtatorem voluiſſe. fol.eod.n.34.

Hæres actione perſonali tenetur ad reſtitutionem ex contractu defuncti f.108.n.56.

Hæres adeundo hæreditatem, videtur quaſi contrahere cum creditoribus legatarijs.f. 233.*n.*110.

Hæres adeundo, videtur approbare diſpoſitionem paternam.f.234.n.111.

Hæres reuocat contractum defuncti nullum. fol.234.& 235.*n.*118. *&* 121.

Hæres reuocat quod defunctus fecit in fraudem ipſius.f.235.n.122.

Hæredum appellatione in allodialibus etiam extranei continentur: ſecus in feudalibus. f.257.n.22.

Hæres feudi hæreditarij tenetur ad ſolutionē legatorum pro valore feudi, etiam ſi alius ſit inſtitutus hæres.f.261.n.27. vbi referūtur deciſiones.& praxis.

Hæres in feudo tenetur contribuere pro rata cum hærede in allodialibus pro oneribus hæreditarijs. fol.eod.n.28.

Hæres in feudo hæreditario non conficiens inuentarium an teneatur vltra valorem feudi afferuntur deciſiones.f.262.n. 29. quid ſi ſit etiam hæres in allodio. n.31. quid ſi in feudo tantum ſit hæres. n.32.

Hæres inſtitutus in re certa cū alio hærede vniuerſali, vel ēt inſtitutus īre incerta à milite,nō tenet; cōficere inuētar.f.262.n.33

Hæres anomalus quis ſit,& an teneatur conficere inuentarium.f.263.n.34.

Hæres non conficiens inuentarium, ſi conſtet de hæreditatis valore, non tenetur vltra vires hæreditarias.f.265.n.37.

Hæres, non obſtante omiſſione inuentarij. poteſt decreto Iudicis habentis Regiam poteſtatem, non compelli vltra vires hæreditatis.f.265.n.38.

Hæres vltimi morientis in feudo hæreditario tenetur habere ratam factum defuncti vſque ad vires feudi; & vltra,ſi non fecit inuentarium.f.334.n.60.

Hæres reemens feudum, an poſſit petere ſubuentionem à vaſſallis,& an debeat ſoluere releuium.f.368.n.3.

Hæres in feudo,quando ſubintelligitur,venit ab intellectu iuris; & intelligitur filius, vel deſcendens maſculus.f.389.n.30.

Hæredis mentio in iure feudorum ſemper intelligitur de filio,vel deſcendente maſculo. fol.432.n.27.

Hæredes laicorū an teneantur dare feuda,de quibus eorum anteceſſores, feudatario adhuc viuēte,alios inueſtiuerunt in caſu vocationis; licet conditio fuerīt verificata poſt mortem f.459.n.15.

Verbum Hæredes *in cap.* 1. *qui ſuce. feud. dar. ten.an comprehendat tantum filios, vel etiam agnatos.f 460.n.24.30.& 31.& f.461.n.33. & f.463.n. 45. & f. 464.n.54.* 57. *&* 56.

Hæres infeudantis alodium tenetur habere ratam inueſtituram factam à defuncto. f. 460.n.27.

Hieronymus Grat.

*Hieronymus Grat. reprehenditur circa intellectum tex.in §.denique quæ ſit prim.cauſ. Beneſic.ammittendi.f.*150.*n.*22.

Hypoteca tacita non comprehendit feudalia, tam illa quæ competit vxori;quàm illa; quæ competit pro legato.f.88.nu.230.

Ius hypotecæ acquiſitum creditori ſuper feudo,reſoluitur ſi feudum Domino refutatur per vaſſallum.fol.337.nu.67.

Iacobus de Ardizono.

Iacob.de Ardizo.tres alij referūtur intellectus.f 430.n. 20.

Iaſon.

Iaſon reprehenditur dum allegat Iſern. tenētem,quod conſuetudines feudales ſint vbique ſeruandæ.f.16.n.8.

Iaſon.in præludio feudorum reprehenditur, fol.35.n.63.

Immunitatis priuilegium an debeat ſtrictè interpretari.f.361.n.66.

Impedimentum.

Multis concurrentibus impedimentis, ſi de vno in aliqua lege quæritur,cætera ſubeſſe præſumuntur.f.437.n.54.

Imperator diſponens circa actum inualidum,

aut perſonam inhabilem, approbare videtur.f.14.n.4.

Incorporatio.

Incorporatio quomodo fiat in Eccleſia de re ad ipſam deuoluta, ad finem, vt poſſit iterũ concedi.f.486.n.39.

Quomodo fiat incorporatio in fiſcum.fo.eod.num.40.

Incorporatio eſt neceſſaria in Regno, ad finem, vt dicantur bona quaſita, & currat praſcriptio centum annorum.fol. eodem num. 46.

Incorporatio nominum debitorum fiſco delatorum, quomodo fiat.f.488.n.48.

Incorporatio in fiſcum an ſit neceſſaria quando deuoluitur feudum.f.489.n.51.

Incorporatio tunc dicitur facta fiſco, vbi capta eſt poſſeſſio rei, nomine fiſci, & deſcripta in libro patrimonij.f.507.n. 22.

Quid ſi adeſt corporalis poſſeſſio.ibid.

Indulgentia.

Indulgentia priuilegium cum reſtitutione bonorum, an debeat ſtrictè interpretari.fo. 361.n.65.

Indulgentia ſimplex non comprehendit bona. fol.364.n.72. Secus ſi eſt adiunctum verbũ Reſtituo.*n.73.*

Indulgentia an ſit quando Rex facit gratiam decreti, vel dicit, quod banditi rebandiantur.f.eod n.76.

Indulgentia an comprehendat bona quando ſunt amiſſa ipſo iure, ſed non confiſcata per fiſcum.f.365.n.77.

Indulgentia criminis fraudati vectigalis an comprehendat bona commiſſa.f.eod.n.81.

Infeudare.

Infeudandi licentia vnde oriatur in clericis, vnde in maioribus valuaſoribus. fol.31. n.50.& f.33.n.57.

Infeudare burgenſatica an liceat minoribus valuaſoribus, & alijs etiam ruſticis.f. 39. num.69.

Infeudandi conſuetudo non praſcribitur abſque bona fide.f.47.n.91.

Infeudare de iure communi feudorum erat permiſſum certis tantùm perſonis in dignitate conſtitutis. f.103.n.1. quid de iure Regni.f.eod.n.2.

Infeudandi conſuetudo introducitur ex vnica conceſſione cum concurſu triginta annorum.f.165.n. 140.

Infeudatio.

Infeudatio propria allodij, & infeudatio feudi differunt.f.35.n. 63.

Infeudatione contrahitur nobilitas. fol. 40. num.71.

Infeudatio ſolita fieri per Prælatos pro maſculis, ſi fiat pro maſculis, & fœminis, an corruat in totum.f.74.n.187.

Infeudatione acquiritur iuriſdictio in vaſſallos.f.104.n.4.

Infeudatio per mortem reſoluitur in beneficium agnatorum, quando ſine liberis moritur infeudans.f.461.n.34.

Inſtrumentum publicum, vt probet inueſtituram, an debeat eſſe ſubſcriptum à paribus f.442.n.84.& ſeq.

Interdictum quorum bonorum, *an habeat locum in feudalibus.f.207.n.55.*

Inuentario non confecto, ad quid teneatur hæres. Vide plura in verbo Hæres.

Intellectus.

Intellectus cap.1. de filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto; & quod illa conſuetudo ſit recitata tantum, & non approbata.f.17.n.10.

Intellectus §. notandum, de his, qui feud. dar. poſſ.f.28.n.43.

Intellectus cap.1.de Capitan. *qui cur. vend. f.29.n.45.*

Intellectus prima rubrica, de his, qui feud. dar. poſſ.f.31.n. 49.

Intellectus cap. Imperialem, de probib. feud. alien. per Feder. *& cap. 1. de probib. feud. alien. per lothar. quod non includunt Comites, & Marchiones, de quibus in vſibus feudorum.f.31.n.51.*

Intellectus cap.1. Epiſcopum, vel Abbatem, nouus per Auctorem.f.36.n. 66.

Intellectus dicti cap. varius inter Doctores. f.eod.n. 67.

Intellectus cap.1.de not.feu.f.40.n.72.

Intellectus §. noui verò, per quos fiat inueſtitura.f.43.n.76.

Intellectus l.ſi vacantia C. de bon.vacan. vt non loquatur de rebus, quæ alias fuerunt fiſci.f.60 n.139.

Intellectus §. profectò, de l. Conrad. ſecundùm Doctores, quos auctor reprehendit, cum nouis conſiderationibus.f.76.n.191.

Intellectus conſtit. Regni quoniam frequenter.f.82.n.209.

Intellectus cap.2. de fratribus, de nou. benef. inueſt.f.92.n.244.

Intellectus conſtit. Regni vt de ſucceſſionibus, dum patrem excludit à ſucceſſione feudi. f.197.n.12.

Intellectus conſtit. Regni ſi quando contigerit, quod non loquatur de rebus, quæ tenentur in feudum.f.196.n.16.

Intellectus conſtit. Regni in aliquibus.f.197. nu.19.

In-

INDEX.

Intellectus §.notandum,de his, qui feud.dar. poſſ.f.197.n.20.
Intellectus §. his conſequenter;& quod diſpoſitio illius legis eſt irrationabilis.fol.204. num.45.
Intellectus cap.1.de gradib.ſucceden. in feu. contra Natt.f.224.n.90.
Intellectus cap.1. de ſucceſſ.feu. an procedat inter filios.f.226.n.94.
Intellectus §.ſed, & res, per quos fiat inueſt. ſecundùm gloſ.in rubr. de alien. feud. pater.f.286.n.3.
Intellectus gloſ. prædicta impugnatur per Afflict.& per eum ponitur alius intellectus f.eod.n.4.
Intellectus Afflicti in dicto tex. impugnatur per Auctorem.f.287.n.5.
Intellectus primus Auctoris in d.§ f.eod.n.6.
Intellectus nouus Auctoris in §.ſed & res,per quos fiat inueſt.n.8.f.eod.
Intellectus tertius, & verus auctoris in d.§. f.eod.n.10.
Intellectus §.Titius,ſi de feud. defunct. mil. in prima parte.ſecundùm Iſern.& alios.f. 291.n.18. & 34.
Intellectus dicti §. in 2. part. ſecundùm Iſer. & alios.f.291.n.19.
Intellectus dicti §.Titius,ſecundùm Iacob.de Beluiſ.f.eod.n.20.
Intellectus Iſer. & aliorum impugnatur per Auctorem f.292.n.21.
Intellectus Iacob. de Beluiſ. impugnatur per Auctorem.f.eod.n.22.
Intellectus nouus,& verus in §.ſed & res,per quos fiat inueſtit.f.299.n.44.
Intellectus §. callidis, de probib.feud. alien. per Fed. Secundùm Iſern. vt loquatur in feudo nouo.f.300.n.46.
Intellectus §.& ſi libellum,de alien.feud. pater.& §.ſed, & res, per quos fiat inueſtit. an ſint correcta hæc iura per legem Lotharij,& Federici,vel per leges Regni.fo.310. num.65.
Intellectus cap.conſiderantes.f.393.n.44.
Intellectus Iſern.in cap.1.§. præterea Ducatus,de probib.feud.alien.per Feder.f.397. num.54.
Intellectus conſtit. Regni ſi quando fortè cõtigerit,dum loquitur de feudis militaribus f.417.n.13.
Intellectus §. ſi quis per triginta ,ſi de feud. defun.mil.an procedat ille textus contra Regem,& eius fiſcum.f.479.n.17.
Intellectus conſtit. Regni quadrigenalem, ſecundùm Iſern.f.479.n.19.
Intellectus §.ſi quis per triginta,ſi de feu. defun.mil.ſecundùm Auctorem.f.481.n. 26.
Intellectus conſtit. Regni quadrigenalem , ſecundùm Auctorem.f.483.n.30.
Intell.l.in omnibus, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.f.490.n. 54.
Intellectus cap. fin. de feud. dat. in vic. legis commiſſ.ſecundùm Iacob. de Beluiſ.f.477. num.7.
Intellectus §.præterea,de capitul. Conrad.& cap.Imperialem, verſ.nullius temporis, de probib feud.alien.per Feder.f.478.n.11.
Intellectus §. denique, quæ ſit prima cauſa benef.amitt.in verb. non ad proximos.fol. 547.num.16.
Intellectus §.hoc quoque, de ſucceſſ. feud. an loquatur in feudo nouo , vel in feudo antiquo f.549 n.19.
Intellectus §.ſed & res , per quos fiat inueſt. f.552 n.38.
Intellectus §.hoc quoque de ſucceſſ feu.vt loquatur reſpectu iuris antiqui. fol.559. num.39.
Intellectus legis Statius Florus, §. Cornelio Felics,ff. de iure fiſci , an habeat locum in feudalibus.f.572.n.56.
Intellectus §.denique , quæ ſit prima cauſa benefic.amitt.in verb.non ad proximos.fol. 547.n. 15.
Intellectus ad tex.in l.ad officium , C. commun.diuid.traditur.f.327.n.33.
Intellectus , & concordantia textus in §.ſed & res,per quos fiat inueſt. cum tex. in cap. Titius,ſi de feud.defun.mil.f.340.n.75.
Interpretatio cap. debet , quæ maiorem æquitatem continet, & per quam minùs receditur à iure communi, & nemini ſit iniuria fol.548.n. 18.

Inueſtitura.

Inueſtitura dum ſit , non inquiritur de titulo;ſecus in Regno.f.71 .n.176.
Inueſtitura vt dicatur antiqua,neceſſe eſt vt excedat centum annos.f.72.n.177.
Inueſtitura feudi pro ſe, & hæredibus, an reſtringatur ad liberos.f.215.n.76.
Inueſtitura pro hæredibus an reſtringatur ad liberos.f.217.n.80.
Quid ſi inueſtitus ſit clericus. n.81.
Inueſtitura feudi ſub annua præſtatione in pecunia , an vocet alios , quàm filios.f.eod. num.82.
Inueſtitura , vbi eſt facta mentio de hæredibus,quam vim habeat.218.n. 86.
Inueſtitura feudi pro ſe, & hæredibus,vel ſucceſſoribus quibuſcunque,an comprehendat lega-

legatarios fol.230.num.104.

An veniat in reſtitutionem fideicom.ibid.

An tranſeat ad heredes extraneos. ibid.

Quas vires habeat.ibid & n.ſeq.

Inueſtitura *pro ſe, & heredibus quibus vellet, quomodo intelligatur.f.232.n.106.*

Inueſtitura *noua an ſit petenda per feudatarium, qui amiſit feudum per culpam ei remiſſam.f.311. n.68.*

Inueſtitura *verbalis, vel abuſiua, per anulũ, non transfert dominium vtile, etiam ſi fiat à Rege, niſi conſtet de voluntate Regis f. 387.n.20.*

Inueſtitura *abuſiua transfert dominium ſtãte conſuetudine, f.387.n.22.*

Inueſtitura *ſimpliciter facta, intelligitur ex parte dantis, & recipientis pro heredibus. f.388.n.26.*

Inueſtituræ *communis forma in Regno eſt pro heredibus.f.391.n.35.*

Inueſtitura *pro eo, & cui dederit, operatur in Regno, vt poſſit infeudare tantùm. fol. eod.n. 37.*

Inueſtituræ *communis forma non præſumitur.f.393.n.43.*

Inueſtitura *feudi an ſit interpretanda ſecundùm legem Regni.f.401.n.70.*

Inueſtitura *an præſumatur ſecundùm communem formam f.402.n.75.*

An ſecundùm conſuetudinem infeudantis. f.404.n.87.

Inueſtitura *de feudo viuentis ſub conditione ſi vacauerit, an poſſit fieri.f.467.n.67.*

A ſolo Principe fieri poſſe concluditur ex Iſern.f.eod.n.76.

Huiuſmodi inueſtitura non tangit ius alterius.f.eod.n.75.

Nullum præiudicium affert nec Eccleſiæ, nec Prælatis.f.471.n.101.

Inueſtituræ *conditionales poſſunt fieri tam à Prælatis, quàm à laicis.f.471.n.102.*

Inueſtitura *in Regno an præſumatur contra Regem ex poſſeſſione triginta annorum, & præſtatione ſeruitij.f.479.n.18. & 20. & f. 483 n. 32.*

Inueſtitura *hominum demanij Regis præſumitur ex poſſeſſione triginta annorum. f.485. num.38.*

Inueſtitura *feudi habet tacitum pactum ſi erit fidelis.f.491.n.55.*

Inueſtitura *præſumpta ex quibus cauſetur. f.505.n.8.*

Inueſtitura *non recipit interpretationem à conſuetudine hominis, ſed à conſuetudine iuris.f.405.n.88.*

Inueſtitura *communis forma eſt pro heredibus ex corpore legitimè deſcendentibus.fo. 411.n.115.*

Inueſtitura *propria dicitur poſſeſſio f. 432. num.29.*

Inueſtitura *verbalis per anulum, & inueſtitura abuſia an conſtituant feudum. fol. 435.n.45.& 46.*

Inueſtitura *verbalis per haſtam requirit ſolemnitatem verborum.f.436.n.48.*

Inueſtitura, *& id, quod loco inueſtituræ eſt, an æquiparentur.f 438 n 57.*

De ſubſtantia inueſtituræ eſt præſentia Parium.f.441.n 79.& f 443.n.89.& ſeq.

Inueſtituræ *inualiditatem ob abſentiam Parium allegans Dominus, an ſit audiendus. fol.442.n.80.*

Inueſtitura, *vt probetur publico inſtrumento, an inſtrumentum debeat eſſe ſubſcriptũ à paribus .f.442.n.84. & ſeq.*

Inueſtitura *facta à Principe, an debeat neceſſario fieri in ſcriptis. fol.405.numer. 129.*

Inueſtituram *conditionalem, a Comite factam ſub conditione ſi feudum non vacauerit in eius vitam, an teneatur adimplere eius ſucceſſor in Comitatu f.466 n.63.*

Inueſtitura *præſumpta an hodie poſſit practicari.f.504.n.10.*

Inueſtitura *& conceſſio preſumitur ex poſſeſſione triginta annorum cum præſtatione ſeruitij.f.505.n.15.*

Inueſtituræ *præſumptæ an perpetuo firmæ maneant, an potius reſoluantur quoties Baroniæ, vel Comitatus aperitur Baroni per lineam finitam, ſiue felloniam. f.517. n.43.*

Inueſtitura *feudi habet tacitam conditionem reſolutiuam donec deſcendentes erunt fideles.f.551.n.24.*

Inueſtitura *feudi quando eſt facta generi, an delictum vnius noceat alteri.f.555.n 34.*

Quas clauſulas habere oporteat, vt delictũ vnius alteri non præiudicet f.eod.n. 35.

Inueſtitus *de feudo deuoluto dicitur tenere feudum nouum.f.34.n.59.*

Iſernia.

Iſernia, *licet vt varius allegatur in articulo an conſuetudines feudales ſint pro lege ſeruandæ, tamen verè tenuit, quod non ſunt obſeruanda niſi quatenus rationabiles fol. 16.n.6.*

Iſerniæ *varietas in articulo an liber feudorũ ſit vbiq; obſeruãdus cõcordatur.f.17.n.12.*

Iſernia *in cap.1.de feudo guardiæ declaratur. f.18.n.13.*

Iſerniæ

INDEX.

Iſerniæ varietas in articulo an ius feudorum ſit pro lege ſeruandum, aliter per Auctorē conſideratur, & concordatur. f. 19. n. 14.

Iſernia, tenens, quod conſtitutio, de conſuetudinibus, contra libertatem Eccleſiæ, ſit Imperatoris Federici I. reprehenditur. f. 20. num. 17.

Iſernia, dum tenet, quod ius feudorum non obſeruatur in Regno, reprehenditur. fol. 22. n. 25.

Iſer. ſibi cōtrarius in articulo an ius feudorū ſit obſeruandum, in Regno. f. 23. n. 27.

Iſern. in cap. 1. de his, qui feud dar. poſſ. reprehenditur f. 35. n. 62.

Iſerniæ contrarietas inſaluabilis. fol. 41. num. 73.

Iſern. in c. 1. de controu feud. apud par. term. declaratur contra Capycium. f. 66. n. 156.

Iſern. in cap. 1. de feud. cognit. ſaluatur à cōtrarietate. f. 215. n. 73.

Iſern. contrarius in articulo an poſſit pater vni ex filijs aſſignare feudum diuiduum; & ſi poteſt ſaluari de contrarietate. f. 228. num. 100.

Iſerniæ opinio, quod liceat alienare feudum proximiori tantùm, in quibus fundetur fo. 293. n. 25.

Iſern contrarius articulo ſi feudum remanet antiquùm remiſſa felonia, reprehenditur. fol 359 n. 59.

Iſern. in cap. 1. de vaſſall decrep. ætat. ſaluatur. f. 361. n. 64.

Iſern. reprehenditur in cap. 1. de vaſſall. decrep. eta. dum tenet, quod quæſtio an feudum remaneat antiquum, prodeſt circa ſeruitia, & poſtea ſaluatur. f. 362. n. 67.

Iſernia declaratur in §. huius autem generis, in quib. cauſis feud. amitt. & eſt noua declaratio Auctoris. f. 411. n. 116.

Iſern. impugnatur in articulo an præſumatur inueſtitura in Regno, ſpatio triginta annorum, contra Regem. f. 482. n. 29.

Iſernia, & alij allegantes Hoſtienſ. tenentē. quod feudū reuertitur ad agnatos, malè ipſum allegant, quia tenet contrarium. fol. 547. n. 15.

An Iſernia ſaluatur in articulo vtrum fiat confiſcatio bonorum ipſo iure in crimine læſæ maieſtatis, fol. 363. n. 71.

Iſernia in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. dum dicit, quod refutatio in dubio præſumitur realis, & omnimoda, intelligitur de ea, quæ ſit in manibus Domini contra alios. f. 346. n. 7.

Iſerniæ doctrina in conſtitutione poſt mortē, declaratur. fol. 142. n. 95.

Iuramentum.

Iuramentum fidelitatis præſtandum eſt ante feudi poſſeſſionem. fol. 83. n. 212.

Iuramentum imponit præciſam neceſſitatem. fol. 351. n. 28.

Iuramentum fidelitatis an obliget quādo eſt data pecunia in feudum. f. 386. n. 16.

In iuramento fidelitatis ineſt ſeruitium. fol. 401. n. 69.

Iuramentum fidelitatis poteſt pacto remitti. fol. 410. n. 109.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio poteſt quæri mediante legitima præſcriptione f. 105. n. 9.

A iuriſdictione Regia an poſſit quis eximi per priuilegium Regis f. 109. n. 17.

Iuriſdictio de nouo acquiſita per Baronem in caſtro, an efficiatur feudalis, & an vnus poſſit eſſe Dominus caſtri, alter iuriſdictionis. f. 128. n. 60.

Iuriſdictio an præſumatur feudalis, an allodialis. f. 135. n. 79. & n. 81.

Iuriſdictio eſt introducta de iure publico, & conſiſtit in magiſtratibus. f. eod. n. 80.

Iuriſdictio origine fuit penes Rempublicā, à qua fuit translata in Regem f. eod. n. 82.

Iuriſdictio in Regno an præſumatur feudalis. fol. 136. n. 84.

Iuriſdictio an poſſit concedi in allodium. fol. 139. n. 93.

Iuriſdictio feudalis an poſſit eſſe in caſtro allodiali f 140. n. 94.

Iuriſdictio præſumitur conceſſa in feudo. fol. 418. n. 138.

Quid ſi concedatur Eccleſiæ ibid.

Iuriſdictio, quæ à duobus in communi poſſidetur, ſi ad diſcordias venerint, exercenda eſt per perſonam ab ambobus deſtinandam. fol. 320. n. 11.

Ius.

Ius Romanorum ſumpſit originem a iure nō ſcripto, quo vna ciuitas vtebatur. fol. 14. num. 4.

Ius Regni non diſtinguitur per ius feudorū. fol 22 n. 24.

Ius Longobardorum ſeruatur in Regno. fol. 483. n. 31.

Iure datoris reſoluto cum aſſenſu Regis, non reſoluitur ius acceptoris. f. 494. n. 67.

Ius congrui.

Ius congrui an habeat locum in feudis, remiſſiuè. fol. 316. n. 3.

An habeat locum ratione communionis. fol. 317. n. 6. vbi quid de iure communi. & quid de iure Neapol.

Ius

Ius congrui ratione communionis pro indiuiſo, an habeat locum in feudalibus. fo. 217. num. 7.

Ius patronatus.

Ius patronatus poteſt præſcribi ſpatio quadraginta annorum. f. 538. n. 86.

Fallit in perſonis potentibus, contra quas eſt præſumptio quod ex vſurpatione potiùs, quàm ex debito poſſideant: & quænam requirantur, vt hæ præſcribant. ibid.

Ius protbomiſcos non habet locum in rebus feudalibus. f. 316. n. 5.

Ius retractus.

Ius retractus, ſeu prælationis pro æquali prætio ratione conſanguinitatis, an olim, & nunc competat in rebus allodialibus. fol. 316. n. 1.

Habet locum in feudis antiquis. f. eod. n. 2.

Competit ratione vicinitatis in toto Regno. fol. eod. n. 4. vbi an locum habeat in aquis.

An habeat locum ratione communionis. fol. 317. n. 6. vbi quid de iure communi, quid de iure Neapol.

Iuſſum Domini coram paribus de capiendo, an ſit loco inueſtituræ verbalis. fol. 439. n. 67. & fol. 440. n. 74.

Lex.

LEx eſt quidquid ratione conſiſtit. f. 14. num. 4.

Lex recipit reſtrictionem, & habilitationem de habilitate. f. 28. n. 44. & f. 43. n. 78.

Lex vna declaratur per aliam. f. 199. n. 23.

Lex fin. C. de edict. Diui Adrian. toll. an habeat locum in feudalibus. f. 209. n. 58.

Lex Imperialis præiudicans Eccleſiæ, non eſt recipienda. f. 105. n. 6.

Lex non debet eſſe eluſoria. f. 480. n. 21.

Lex Iulia de ambitu, quæ cadit in officijs, non cadit in feudis. f. 382. n. 3.

Liber.

Libri principium oſtendit id, de quo liber loquitur f. 63. n. 149.

Liber cedularij differt à libro quinternionum, contra Loffred. f. 134. n. 73.

Per libri inſpectionem probatio non admittitur contra immemorabilem præſcriptionem. f. 506. n. 19.

Liberè.

Verbum liberè *quid importet. f. 80. n. 203.*

Licitatio in re communi indiuiſibili habet locum extra diſtrictum Ciuitatis Neapolis, & quando extraneus licitator admittatur f. 317. n. 8 & 9.

Liparulus.

Liparulus reprehenditur qui male Iſern. allegat. fol. 17. num. 9.

Liparulus reprehenditur circa intelligentiam Iſern. in cap. 1. de feud. ſine. culp. non ammitt. fol. 365. n. 78.

Locatio.

Locatione finita, an, & quando præferatur primus conductor pro æquali prætio. f. 325. n. 25. 26. & 27.

Locatio intelligitur ſub mercede conſueta. f. 399. n. 61.

Locatio circa pacta particularia non ſuppletur à conſuetudine f. 404. n. n. 86.

Loffredus.

Loffred. reprehenditur circa intelligentiam Iſern. fol. 412. n. 118.

MAgiſter actorum an inter Officiales numeretur. f. 279. n. 59.

Maioratus.

Maioratus erectus per Regem de bonis proprijs, committente aliquo ex ſucceſſoribus in maioratu crimen læſæ maieſtatis, reuertitur ad Regem excluſis agnatis. f. 578. num. 3.

Fallit ſi maioratus fuerit inſtitutus de bonis eius, qui illum obtinuit. ibid. vbi affertur deciſio.

Mandatum.

In mandato generali ſemper cenſetur exceptuata poteſtas donandi, niſi ſpecialiter ſit conceſſa fol. 117. n. 30.

Marchio.

Marchiones, de quibus in prima rubrica feudorum, differunt ab alijs feudatarijs circa licentiam infeudandi. f. 32. n. 52. non poſſunt alienare in magnam diminutionem. fol. 33. n. 56.

Marchiones, de quibus in vſibus feudorum, aſſimilantùr Principi, & quæ poſſint f. eod. num. 53.

Licèt recognoſcant Marchiam in feudum ab Imperio, tamen res particulares habent quoad directum dominium. f. eod. n. 54.

Poſſunt infeudare res ſingulares, cum pacto, vt poſſint transferri in allodium. f. 34. num. 60.

Martini Laudenſ.

Martini Laudenſis intellectus adducitur. f. 431. n. 22. & fol. 432. n. 30. reprobatur.

Maſculus.

An ſicut ſoli maſculi de iure communi feudorum ſuccedunt in feudo, ſoli etiam ſuccedant in fructibus feudi. f. 202. n. 37.

Mater an poſſit relinquere adminiſtratorem in feudo filij; & quid in auo materno. fol. 92. n. 241.

Matri-

Matrimonium in Regno Neapolis poteſt ab extero contrahi ſecundum morem magnatum Regni.f.20.n.19.
Meliorationes in feudo factæ, ad quem ſpectēt & an de eis debeatur æſtimatio ſecundo genitis f.268.n.45.
Monaſterium habebit rem libellariam durāte vita monaci.f.552.n.28.

Napodanus.

Napodani doctrina, in quibus locis habeat locum quarta, declaratur, vtrum feudo reddititiæ ſit burgenſatica, & redditus feudalis.f.171.n.155.
Nepos ex filio exheredato, an ſuccedat in feudo.f.215.n.73.& f.271.n.50.
Nobilitas contrahitur per infeudationem.fol.40.n.71.

Obertus.

Obertus in cap.1.qui ſucc.feud.dar.tene. eſt ſequutus conſuetudinum Mediolanenſium & Cremonenſium dicentium vale re inueſtituram de feudo viuentis ſine conſenſu illius.fol.467.n.72.

Odoffred.

Odoffredus declaratur in articulo an feudū hæreditarium veniat in petitione hæreditatis f.207.n.54.
Odoffred.tres intellectus ad hæc iura affert. f.430.n.19.
Odoffredi tertius intellectus non approbatur. fol.432.n.32.
Odoffred.declaratur ab Auctore, reiecta Iſerniæ declaratione.f.433.n.33.
Oldrad. reprehenditur in conſil.159. in articulo quando præſumatur conceſſio in feudum, vel in allodium.f.419.n.144.

Officialis.

Officialis quis propriè dicatur.f.279.n.59.
Officiales non poſſunt conferre officia vacatura poſt tempus ſuæ adminiſtrationis.fol. 469.n.84.& 85.
Nec conſtituere Actorem ad lites mouendas poſt dictum tempus.f.468.n.83.

Officium.

In officio conceſſo à Rege pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuū, an poſſit fieri fideicommiſſum f.276.n.57.
An, & quod officium ſit de regalibus ibid.
In ſucceſſione officii pro ſe, & hæredibus ex corpore an attendatur ius commune feudorum, vel conſtitutio Regni Vt de ſucceſſionibus.f.282.n.60.
Officium an poſſit renunciari in præiudicium creditorum, quibus poteſt ſatisfieri ſuper emolumentis.f.352.n.33.
Officium non poteſt renunciari niſi in manibus ſuperioris.f.356.n.51. Quanquam renuncians, & non in eius manibus amittit poſſeſſionem.f.357.n.55.
Officium æquiparatur feudo, & beneficio.fol. eod.num.52.
Officij collatio facta per quinque, vel ſex platearum Nobilium Ciuitatis Neapolis, non tenet ſi officium eſt vocaturum tempore aliorum officialium.f.469.n.84.& 85.

Pactum.

Pactum legis commiſſoriæ quando valeat in pignoribus.f.383.n.5.
Pactum contra definitionem contractus, an valeat.f.384.n.10.
Papa ſolus poteſt concedere beneficia vacatura.f.467.n.70.

Parehs.

Parentum appellatione veniunt ſolùm deſcēdentes.fol.252.num.17.

Pares.

Parium præſentia an ſit de ſubſtantia inueſtituræ.f.441.n.79. & 80. & f.443.n. 89. & ſeq.
An idem ſit fieri coram Paribus, & coram alijs, vbi Dominus Pares non habet.f.440. num.75.
Pares tempore depoſitionis, an admittantur pro teſtibus ad probandam inueſtiturā, ſi non erant Pares tempore inueſtituræ.fol. 442.n.81.
Pares requiruntur ad probandam inueſtituram, non ad ſolemnitatem.f.443.num. 95. & ſequentibus.

Pater.

Pater an habeat vſumfructum in feudo filij, explicatur cum nouis conſiderationibus. fol.85.n.219.
Quid in feudo filij plano, & de tabula, & in fructibus à feudo ſeparatis.fol.86.n.223.
Patri an ſaltem acquiratur commoditas in feudo filij f.87.n.226.& f.92.n.244.
Pater an habeat vſumfructum in vſufructu filio legato.f.88.n.228.
Patrem non habere vſumfructum in feudo filij, an procedat ex diſpoſitione hominis, an ex diſpoſitione legis.f.91.n.235.
Pater, qui non habet vſumfructum, quando poſſit adminiſtrare, vel non.fo. eod n.238.
Pater an poſſit impedire adminiſtratorem feudi materni, relictum per matrem filio fol. eod.num.239.
Pater, qui non habet vſumfructum in feudo filij, an ſit legitimus adminiſtrator.fol.92. nu.240.

Pa-

I N D E X.

Pater an habeat commoditatem quando eſt relictus vſus, vel vſusfructus filio, finito vſu, vel vſufructu. f.93.n.246.

Pater vbi habet commoditatem in bonis aduẽtitijs filij, eſt legitimus adminiſtrator. fol. 94.num.247.

Pater quare non habeat vſumfructum in feudo filij. f.204.n.44.

Pater non poteſt prauertere ordinem ſucceſſionis. f.227.n.96.

Pater an poſſit in iure patronatus inter liberos vnum ex filiis eligere. f.227.n.98.

Patris delictum an noceat filio in ſucceſſione feudi fol.582.n.14.

Pecunia.

In pecunia an poſſit feudum conſiſtere. fol. 386.n.15.

Pecunia in feudum data, an obliget iuramentum fidelitatis. f.eod.n.16.

Pecunia ſi in feudum datur, an poſſit condici, nolente eo, qui accepit. f.eod.n.17.

Penitus quid ſignificet. f.75.n.189.

Pignus.

In pignoribus quando valeat pactum legis commiſſoriæ. f.383.n.5.

Plura.

Pluribus concurrentibus, quæ habent eandẽ rationem, ſi de vno tantum ſit mentio, in dubio dicitur fieri exemplariter, non restrictiuè. fol.450.n.127.

Poſſeſſio Poſſidere.

Poſſeſſio acquiritur per vnicum actum. f.46. num.89.

Poſſeſſio ciuilis, & naturalis reperitur in iuribus. f.47.n.94.

Poſſeſſio ciuilis duplex. f.eod.n.95.

Poſſeſſio ciuilis ſola facit cõtinuare præſcriptionem. f.eod.n.96.

Poſſeſſio ſola an ſufficiat in conſtitutione feudi. f.339.n.66.

Eadem poſſeſſio naturalis non poteſt eodem tempore eſſe penes duos in ſolidum. fol.470. num.96.

Poſſidere quis in dubio præſumitur de ſuo. f. 478.num.10.

Poſſeſſio rei vt feudalis per annum, ſciente Domino, ſufficit ad præſcriptionem, quando eſt quæſtio de inueſtitura; ſecus ſi Dominus vendicet. f.478.n.12.

Poſſeſſio naturalis feudi competit feudatario; ciuilis Domino f.479.n.13.

Poſſeſſio naturalis non ſufficit ad præſcriptionem. f.eod.n.14.

Poſſeſſio ciuilis exiſtens penès alium, an impediat præſcriptionem longi temporis tantùm, vel etiam longiſſimi. f.eod.n.16.

Poſſidens per triginta annos bona fiſco deuoluta ſiue aperta per lineã finitã vel p delictũ, ante incorporationẽ, an præſtando ſeruitium feudale, vel ſoluendo cenſum, ſit ſecurus ſi conueniatur à fiſco. f.507.n.21.

Poſſeſſio corporalis vbi non requiritur, puta in nominibus debitorum, ſufficit mandatũ, vt ſoluant fiſco. f.eod.n.23.

Poſſeſſio, lite pendente, conſeruatur ſi eſt adiuta titulo ſiue vero, ſiue à lege præſcripto. f. 535.n.81.

Poſſum.

Verbum poteſt non importat neceſſitatem. fol.65.n.156.

Prædeceſsor.

Prædeceſſoris prælati contractus an obliget ſucceſſorem. f.468.n.79.

Prædeceſſoris geſta tranſeunt ad ſucceſſorem in dignitate, actiuè, & paſſiuè. f.eod.n.80.

Prælatio.

Ius prælationis poteſt à Domino directo alteri cedi. f.327.n.33.

Prælatus.

Prælati æquiparantur baronibus in facultate infeudandi f.53.n.117.

Prælatus an poſſit infeudare ſolita pro maſculis, ita vt ſuccedant maſculi, & fœminæ. f. 73 n.185.

Prælatus an poſſit rem incultam conceſſam; melioratã deuolutam, concedere ſine ſolemnitate. f.79.n.198.

Prælatus tenetur acquirere Eccleſiæ, data opportunitate. f.80.n.200.

Prælatus ſucceſſor an teneatur ex contractu prædeceſſoris f.468 n.81.

Prælatus adminiſtrans res Eccleſiæ, non poteſt diſponere de ijs, quæ non incidunt tempore ſuæ adminiſtrationis. f.eod.n.82.

Prælatus ſucceſſor an teneatur habere ratam inueſtituram, ſi inueſtitus habuit poſſeſſionem in vita prælati prædeceſſoris inueſtiẽſis, conſentiente illo, qui feudum detinet. f. 469.n.88.90.& 95.

Prælatis quare prohibeatur conceſſio feudi vacaturi. f.470.n.92.

Prælatus feudatarius ſi delinquit, feudum, durante vita, vadit ad Dominum. fol.552. num.27.

Præpoſitus.

Præpoſitus reprehenditur circa intelligentiã Iſer. in §. huius autem generis f.404.n.85.

Præſcriptio.

Præſcriptio interrupta, iterum incoanda. fol.47.num.93.

Præ-

I N D E X.

Præſcriptio non currit contra Eccleſiam, quæ caret Prælato f.48.n.97.

Præſcriptio quadraginta annorum requiritur ad inducendum certum ſtatum in Eccleſia.f 159.n.135.

Præſcriptio quinquennalis contra fiſcum, dū vult agere de crimine poſt mortem, procedit etiam reſpectu bonorum f.366.n.83.

Præſcriptio contra patrem in feudo an noceat filiis.f.396.n 52.

Præſcriptione quomodo eſt permiſſa, aut prohibita in iure feudorum.fol.476.n.4.

Præſcriptione quomodo formetur feudum.fo. 475.num.2.

Pr ſcriptio quomodo eſt permiſſa, aut prohibita in iure feudorum f.476.n.4.

Præſcriptio feudorum in Regno quomodo procedat; & quæ iura ſint circa illam tam cōtra Regem quam inter priuatos f eod. n.5.

Præſcriptio contra feudatarium an noceat Regi.f 477.n.6 & f.493.n 65.

Præſcriptio de qua in §.ſi quis per triginta, quomodo procedat f.478 n 8.& ſeq.

Præſcriptio feudi & rei feudalis quādo oriatur, aut impediatur ex poſſeſſione; & qua poſſeſſione. Vide Poſseſſio.

Præſcriptio de qua in cap. ſi quis per triginta ſi de feud. defunct. mil. non procedit cōtra Eccleſiam.f 481.n. 23.

Præſciptio triginta, vel quadraginta annorum, procedit de iure communi feudorum contra Dominum, reuocare volentem feudi alienationem; ſic & in feudi diſſolutione, & in feudo formando.f.482.n 28.

Præſcriptio viginti annorum contra fiſcum in quærendis, an procedat in feudis, quæ deuoluuntur.f.490.n.53.

Præſcriptio non currit niſi poſt purificatam conditionem f.491.n.57.

Præſcriptio rei vt feudalis, ſi non procedit, an ſaltem noceat, & contra quem præſcribatur.f 495.n.75.

Præſcriptio eſt quatenus poſſidetur, & non vltra f.eod.n 76.

Contra præſcriptionem immemorabilem non non admittitur probatio per inſpectionem libri f.506.n.19.

Præſcriptio centum annorum, & præſcriptio inueſtituræ, non prodeſt ei, qui præter poſſeſſionem triginta annorum cum præſtatione ſeruitii vel centenariam, ad maiorem cautelam produxerit ſcripturam tituli nulli f.509.n.27.

Præſumptio.

Præſumptio tituli conſideratur, vel ex diutina præſtatione, vel ex poſſeſsione immemorabili.f.476,n.3.& f.481.n.25.

Contra præſumptionem tituli admittitur probatio.f.485.n.36.

Pretium.

Verba Aequali: pretio, de quo pretio intelligenda f.329.n.41.& ſeq.& n.50.& 63. De iuſto pretio intelligendum, fuit deciſum per S.C.f.333.n 64.

Pretium iuſtum quod ſit, & quod æquale.fol. 332.n.48. Imolæ diſtinctio refertur f.335. num.62.

Pretium iuſtum ſine mora, vel quantum verus emptor ſine fraude dederit, exigitur in emptione, vigore conſtitutionis Regni ſancimus.f.333.nu.52.

Princeps.

Principis dignitas incognita de iure communi feudorum. f.27 n.36.

Princeps, quantumcunque ſummus non poteſt contra immunitatem Eccleſiaſticam ſtatuere f 104.n.5.

Princeps obligatur ex contractu f.109.n.19.

Principis poteſtas abſoluta an detur, & quænam ſit.f.113.n.21.

De Principis poteſtate diſputare eſt crimen ſacrilegij f.113.n.23.

Princeps non poteſt ſuo arbitrio agere contra ius naturale, vel gentium, auferendo ſubditis rerum dominia, niſi ex cauſa.fol. 114. num.25.

Priuilegium.

Priuilegium conceſſum in remunerationem ſeruitiorum, non niſi ob publicam vtilitatem eſt reuocabile.f.109. n.19.& fol.110. num.21.

Priuilegium declaratur vſu, & poſſeſſione, ſi eius verba ſint dubia.f.157.n.129.

Priuilegium Principis eſt latiſſime interpretandum f 359.n.57.

Quid de priuilegio indulgentiæ cum reſtitutione bonorum, & de priuilegio immunitatis f.361.n 65.& 66.

Priuilegium Apoſtolicum, ſi de eo conſtet, validū eſt licet nō ſit ſcriptum.f.446.n.164.

Priuilegium poteſt concedi abſque ſcriptura f.eod.num.106.

Probatio.

Probatio per teſtes non admittitur vbi quæſtio eſt inter Regem, & priuatum ſuper cōceſſione regalium f. 48.n.118.

Probatio per inſpectionem libri contra præſcriptionem immemorabilem non admittitur.f.506.n.19.

Probatio negatiua per inſpectionem quinternionum in inueſtitura præſumpta in cap. ſi quis per triginta, non admittitur.fol.506. num.20.

INDEX.

Prohibitum.

Directè prohibitum, non poteſt indirectè fieri. f. 480. n. 22.

Proprietas.

Proprietate in feudata, feudatarius habet naturalem, & ciuilem poſſeſſionem fol 416. num. 124.

Prorex.

Proreges in Regno non poſſunt feuda dare fo. 117 n. 31.

Proreges ante pragmaticam delli noui capi *indiſtinctè poterant ſuper quibuſcunque alienationibus aſſenſum præſtare fol. eod. num. 32.*

Proreges poſſunt præſtare aſſenſum ad finē, vt tollatur obſtaculum prohibitionis, ſed non per viam diſpenſationis. f. 118 n. 34.

Proreges an poſſint præſtare aſſenſum. vt cōſtituatur fundum quaternatum ſecundum quid, dubitatur contra Frecc. & de Franch. f eod num. 35.

Prorex an poſſit præſtare aſſenſum ad forman dum feudum planum, & de tabula. fol. 36. num. 118.

Prorex an poſſit ſuo aſſenſu valìdare legitimationes filiorum naturalium f. 119 n. 15.

Prorex nec verè, nec præſumptiuè poteſt dare feuda. fol 119. n. 38.

Prorex in Regno non poteſt aſſentiri, vt res demanialis fiat exadditialis f. 67. n. 144.

Prorex non poteſt conferre officia vacatura poſt tempus ſua adminiſtrationis. fol. 469. num 86.

Prorogatio fit cum omnibus qualitatibus ſuis fol 483. num 33.

Proteſtatio in actibus dependentibus ex voluntate vnius, tollit conſenſum ab actu ſequenti f 64. n. 152.

Quæſtiones feudales iudicantur prius ſecundum iura feudalia Regni & in defectu ſecundum iura communia feudalia fol. 250. n. 13.

Qualiſcunque.

Verbum Qualiſcunque, *non extenditur ad perſonas inhabiles. f. 231. n. 107.*

Quandoque.

Dictio Quandoque, *ſignificat regulam eſſe in contrarium f. 550. n. 23.*

Quaſi poſſeſſio.

Quaſi poſſeſſio in iuribus non poteſt acquiri ſine ſcientia, & patientia aduerſarij. fol. 166. n. 142.

An abſente Rege ſufficiat ſcientia, & patientia Officialium f. eod. n. 143.

Quaterniones.

Quaterniones in quibus olim feuda regiſtrabantur, quaterniones dobanæ appellabantur, & conſeruabantur in Curia Siciliæ f. 133 n. 72.

Deſcripta in quaternionibus præſumuntur feudalia f. 134. n. 76. limitatur ſi non conſtet de feudo n. 77 vbi affertur deciſio.

Quicunque.

Verbum Quicunque, *non extenditur ad perſonas inhabiles f. 232. n. 107.*

Reclamatio pari paſſu ambulat cum appellatione. f. 360. n. 63.

Redimere.

Ius redimendi quoties conceditur pro iure ſuo conſeruando, ſufficit offerre iuſtum pretiū, nec reperitur quod ab emptore fuit oblatum. f. 334. n. 58. & f. 336. n. 65. & ſeq. & fol. 338. n. 70 & 72.

Facultas redimēdi feudum conceſſa agnato pro æquali pretio, ineſt ab initio naſcentis feudi. f. 337. n. 66.

Refutatio.

Refutatio an ſit contractus ab alijs diſtinctus f. 309. n. 93. & f. 311 n. 67.

Refutatio feudi, Vide feudum quoad refutationem.

Regalia ſpecie differunt à feudalibus f. 136. num. 83. Poſſunt haberi in allodium ibid.

Regia Camera ſucceſſit in locum Curiæ Siciliæ f. 132. n. 72.

Regiſtrum.

Regiſtrum Federici Imperatoris ad quæ ſe extendat. f. 168. n. 148.

An ſe extendat ad iura inutilia feudi f. 176. n. 161. & n. 164.

Regnum.

Regnum Neapolis eſt feudum, quod recognoſcitur ab Eccleſia f. 416. n. 118.

Sed eius Rex in rebus ſingularibus habet directum dominium f. ead n. 129.

Relatum.

Relatum ineſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus f. 420. n. 146.

Relatum attenditur, & non referens, licèt referens aliter diſponat. f. eod. n 147.

Releuium.

Releuia feudi quaternati ſecundùm quid, ſūt Baronis f. 149. n. 110.

Releuium debitum occaſione feudi quaternati ſecundum quid. eſt duplex, & vtrumq; debetur Baroni. f. 157. n. 153.

Remedium.

Remedium l. fin. an habeat locum in alio ſucceſſore quam vniuerſali f. 212. n. 68.

An

An habeat locum quando eſt inſtituta perſona extranea, vel non immediatus ſucceſſor in feudalibus, referuntur nouiſſima deciſiones. f. 269. n. 48.

Reſtitutio.

Reſtitutio ſimplex, vel generalis, vel ad omnia, comprehendit bona. f. 364. n. 73.

Reſtitutio, qua fit ad honores, & ad tertiam partem bonorum, non extenditur ad alia. f. eod. n. 74.

Retrouenditio.

Retrouenditione ſequuta rei vendita cum pacto de retrouendendo, extinguuntur omnia iura ſuper ipſa re poſt venditionem contracta f. 337. n. 69.

Rex.

Rex Neapolis Monarca dicitur, & exemptus eſt ab Imperio. fol. 21. n. 23.

Rex Neapolis licèt recognoſcat Regnum ab Eccleſia; tamen habet directum dominiũ in rebus ſingularibus. f. 33. n. 55.

Rex non poteſt alienare in magnam Regni diminutionem. f. eod. n. 56.

Rex poteſt ſubijcere ſuum ſubfeudatarium alteri f. 52 n. 113.

Rex poteſt infeudare, vt Comes ſi teneat Comitatum ſibi apertum f. 54. n. 120.

Rex habet intereſſe, vt ſui feudatarii vadant magis aſſociati. f. 67. n. 159.

Rex habet intentionem fundatam cum quis confitetur rem feudalem f. 72. n 179.

Rex debet prouidere nè vaſſalli veniant in paupertatem f. 84. n 215.

Rex ſolus de iure Regni poteſt infeudare. fol. 103. n. 2.

Rex dicitur adeo iuſtitia plenus, vt fateamur non poſſe contra ius reſpondere, nec contra priuatorum pacta reſcribere f. 114. n. 24.

Rex dicitur quaſi Dominus fiſcalium, & adminiſtrator ſiue maritus Reipublica. fol. 115 n 26.

Rex tyrannus à legitimo in quo differat. fol. 115. n. 27.

Rex eſt ſubditus legibus diuinis, & natura, ibid. eſt tamen ſolutus legibus poſitiuis. fol. eod. n. 28.

Rege herede inſtituto in feudo, an valeat teſtamentum ſine alio aſſenſu. f. 237. n. 119.

Rex non includitur in lege, qua prohibet commercium in feudo. f. eod. n. 130.

Rex à feudatario feudum accipiens per refutationem, an obligetur creditoribus feudataris non habentibus feudum obligatum fo. 308 n. 59. Elegans ad rem diſtinctio habetur f. 337. n. 68. & fol. 352. num. 31.

Rex non debet admittere refutationem feudi quando feudatarius habet creditores non habentes feudum obligatum f. 352. n. 32.

A Regis ſententia non datur appellatio, ſed reclamatio f. 16 . n. 6 .

Rex Neapolis recognoſcit vniuerſitatem Regni ab Eccleſia; ſed in rebus ſingularibus habet directum dominium. f. 4 6. n. 128.

Eſt monarcha & plus iuris habet in Regno quã Imperator in Imperio. fo. eod n. 130.

Vbi Regis ſcientia requiritur, officialiũ ipſius. f. 505. n. 16. & f. 485. n. 35.

Rouitus.

Dominus Scipio Rouitus commendatur. fol. 158. n. 131.

Rubrica.

Rubrica prima feudorum de his qui feud. dar. poſſ. loquitur de his in quorum eſt poteſtate conſtituere feuda: & ſic loquitur de rebus ſingularibus Marchia, & de rebus allodialibus. fol. 33. nu. 58.

Ruſticus.

Ruſticis non feudatarijs an liceat infeudare burgenſatica. f 39. n 69.

Ruſticus poteſt emere feuda, dignitates, & iuriſdictiones. f 44. n. 80.

Scientia.

Scientia Domini an requiratur in præſcriptione rei, vt feudalis. f. 484. n. 34.

Scientia officialium ſufficit in præſcriptione contra Regem. f. 485. n. 35.

Scriptura an ſit pro forma in contractu emphyteotico f. 429. n. 10.

Separatio, Separatum.

Separatio prædiorum quomodo inducatur. f. 61. n. 145.

Separatio non præſcribitur etiam ſi in vno caſtro Baro à tempore immemorabili plures Capitaneos, & plures Aerarios deputauerit f. 62. n 146.

Separatorum ſeparata debet eſſe ratio fol. 552. n. 26.

Seruitium.

Seruitij quantitas in feudo plano, & de tabula. f. 66. n. 158.

Clauſula Quæ de ſeruitio in ſeruitium, *quid operetur in priuilegijs. f. 64. n. 153. & f. 65. n. 155.*

Seruitium pro incremento feudi quando debeatur. f. 84. n. 216.

Seruitia feudi quaternati ſecundum quid, ſunt Baronis f. 149. n. 110.

Seruitium debet exhiberi vſque ad fructus feudi. f. 203. n. 43.

Seruitium in feudo an diuidatur in capita fol. 224. n. 89.

Seruitium non augetur, nec minuitur auctis, aut diminutis fructibus feudi.f.352.n.30.

Seruitium incertum in conceſſione feudi intelligitur duobus modis.f.353.n.35.

Seruitium quod veniat in Regno quando feudum eſt conceſſum ſimpliciter.f.eod.n. 36.

Seruitium certum, puta vt praſtetur omni anno, eſt contra naturam feudi.f.eod.n 37.

Seruitio feudi alterato, non mutatur ipſius natura f.354.n 38.

Seruitium non eſt de natura feudi. fol. 363. num 69.

Seruitium an veniat conceſſo feudo ſimpliciter.f.399.n.59.

Seruitium, ineſt in iuramento fidelitatis.fol. 401.n.69.

Seruitium intelligitur reſeruatum in aſſenſu.f.402 n.74.

Seruitium indeterminatum in feudo intelligitur quod ſecundum morem, & naturam feudi debetur.fol.403.n.81.

Seruitium non eſt de ſubſtantia feudi fo.399. num.62.

Ampliatur etiam in ſeruitio conſueto in Regno.f.404 n.84.

Eſt tamen ex lege feudi.f.400.n.66.

Seruitium debetur à vaſſallo quando bellum eſt iuſtum, vel ſaltem dubium.f.406. n.92. vbi quid in Regno.

Seruitium quo in loco debeat exhibere vaſſallus de iure feudorum, & de iure Regni. f.406.n 93.

Seruitium debet praſtare vaſſallus ſui expenſis vſque ad fructus feudi; ſecus in Regno. f.406.n.95.

Seruitium trium menſium, in quibus tenetur feudatarius ſeruire, à quo die currat. fol. 407.n 96.

Seruire quomodo teneatur vaſſallus in feudo plano, & de tabula.f.407.n.97.

Seruitium quomodo debeat exhiberi extra feudum, & Regnum, vbi ſitum eſt feudum, tam de iure communi feudorum, quam de iure Regni f.407.n.98.

Seruitij quantitas quando exigitur in pecunia, quomodo contribuant vaſſalli burgēſes f.408.n.99.

Seruitia, que praſtantur in pecunia, quomodo vocentur.f.eod.n.100.

Seruitium non alteratur ob alienationem feudi.fo. 408.n.102.

Seruitium perſonale an poſſit vaſſallus recuſare, & eligere ſeruitium in pecunia. fol 409.n.103.

Seruitium in pecunia an poſſit Rex exigere quando vaſſallus eſt paratus ſeruire de perſona f.eod n.104.

Seruitium quando eſt praſtandum, quomodo debeant vaſſalli ſubmoneri.f.eod.n.105.

Seruitium non praſtans feudatarius, qua pena puniatur f eod.n.106.

Seruitium ſufficit ſemel fuiſſe praſtitum cum lapſu triginta annorum, ad praſcribendū contra Regem.f.481.n.27.

Seruitus ſeruitutis eſſe nō poteſt f.85.n. 225.

Seruus.

Seruus factus liber rectè deponit de eo, quod in ſeruitute vidit f.442.n.82.

Seruus qui eſt in fuga, an, & quomodo poſſit vendi.f.468.n.74.

Signorolus.

Signorolus reprehenditur circa intellectum tex.in cap.1.de natur.ſucceſſ feud.fo.225. num.91.

Socius non poteſt intempeſtiuè renunciare ſocietati.f.351.n.29.

Solemnitas.

Solemnitas intrinſeca praſumitur, non extrinſeca.f.400.n 65.

Solemnitates verborum ſunt ſublata.fo. 434. num.38.

Solutio diuturna alicuius annua praſtationis probat contractum praceſſiſſe.f.502. num.5.

Statutum.

Statutum à Ciuite editum ad ligandos particulares non ligat ipſam Ciuitatem.f. 237. num.133.

Statum factum gratia ciuitatis, non debet cōtra Ciuitatem interpretari f.eod.n.134.

Sterile.

Sterilia feudi an poſſint locari ad redditum in pecunia.f.171 n.156. & n.157. refertur; & declaratur decifio de Franch.

Sterilia fructuoſa effecta, & ad Baronem reuerſa, an poſſint iterum concedi ſine debita ſolemnitate.f.174.n.158.

Sterilia conceſſa ab Eccleſia ad meliorandū, & ad culturam redacta, ad Eccleſiam reuerſa non poſſunt ab ipſa de nouo concedi ſine debita ſolemnitate.f.175.n.160.

Stirilitas demanialium feudi probanda eſt; & an ſufficienter probetur ſola Baronis aſſertione.f.176.n.165.166.

Stipulatio.

Stipulationis forma an ſint verba.f.429.n.9.

Subfeudatarius.

Subfeudatarius poteſt à Rege alteri ſubijci. f.52.n.113.

Sub-

I N D E X.

Subſeudatario delinquente, an feudum aperiatur Baroni, an Regio Fiſco f.580.n.10.
Quid ſi delinquat contra Regem f.581.n.12. vbi afferuntur deciſiones.
Subfeudatario in Regem delinquente, & effecto contumace, ſtatim ſequeſtratur iuriſdictio.f.582.nu.13.

Subfeudum.

Subfeuda iudicantur, ſecundum conſuetudines feudales. fol.178.nu.174.
Subfeudum an poſſit acquiri mediante pecunia.f.384.n.6.

Subfeudatio.

Subfeudatio, quæ permittitur de iure communi feudorum, reſoluitur finita vita ſubinfeudantis, etiam ſi ſubinfeudatus velit recognoſcere feudum ab agnato f.288. n.9.
Reſoluitur finito feudo, ſiue per mortem, ſiue per delictum, ſiue per refutationem f. 289. num. 14.
Subinfeudatio in fraudem legis eſt nulla. fol. 297 num.35.
Subinfeudatio permittitur de iure communi. f.301.n.47.
Limitatur in ſeptem caſibus f.302.n.99.
In Regno prohibita eſt etiam ex regulis iuris communis feudorum.fol.303 nu.50. eſt tamen licita in tribus caſibus. f.301. n.48.
Subinfeudatio an reſoluatur, reſoluto iure ſubinfeudantis. f.304. n.51.
Subinfeudatio ſi reſoluitur reſoluto iure infeudantis, an teneatur dominus, vel agnati ſtare infeudationi, ſi infeudatus offerat ſeruitium, & velit feudum ab ipſis tenere. f.305. n.52.
Subinfeudatio ſi reſoluitur reſoluto iure infeudantis, & non in beneficium filiorum, procedit quando filius non fecit inuentarium ſecundum Iſern fol.307.n.54.
Subinfeudatio excadentialium an reſoluatur deuoluta Baronia; & quid in ſubinfeudatione præſcripta f.493.n.66.

Succedere Succeſſor.

Verbum Succedat, importat titulo hæreditario f 390.n.31.
Fallit in feudis, vbi non capitur ſecundùm propriam ſignificationem; ideoque comprehendit etiam non hæredes.f.391.n.38.
Vocati ad feudum per verbum ſuccedat, an & quando veniant, vt hæredes.f.392.n.40.
Succeſſor non omnis quis dicatur.f.458.
Non tenetur habere ratam omnem inueſtituram.ibid.
Verbum Succeſſor ex ſui natura comprehendit omnem hæredem f.454.n.42.
Succeſſor in Comitatu, vel Marchia non poteſt reuocare infeudationes factas a prædeceſſoribus, quando non tendunt in magnam dignitatis læſionem.f.466.n.61.
Succeſſor Prælatus an ligetur contractu prædeceſſoris f.468.n.79.
Ad ſucceſſorem in dignitate tranſeunt actiuè, & paſſiuè geſta prædeceſſoris fol.eod. num.80.

Teſtamentum.

An in teſtamento teſtium numerus ſit de ſubſtantia probationis, vel actus, remiſſiuè. f. 429. n. 11.

Textus.

TEx. in c.1. quib. mod. feud. conſtit. poteſt. an intelligatur ſecundum tex.cap. 1.de conſuet.rect feud.f.431.n.25.
Tex. noſtrum corrigi per tex. d.cap.1.approprobat Auctor.f.433.n.35.
Tex.in cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. tene. quæ implicitè, & quæ explicitè contineat affertur.f.458.n. 14.
Tex. iſte d. cap. 1. de quibus laicis loquatur annectitur f.459. n.16.
Tex. iſte dupliciter intelligitur ſecundum Auctorem, & ſecundus intellectus, adhuc duplicem habet intelligentiam, ſecundum eundem f 459.n.22.& f 450.n.23.
Tex.noſter d.cap.1.an tantum procedat quãdo allodium eſt infeudatum f.460.n. 28.
Tex. iſte noſter non conſtituit diſcrimen in qualitate ſucceſſoris, ſed inter Prælatos, & Laicos f.461.n.32.
Tex. noſter an intelligatur in feudo hæreditario f.461.n.35.& f.463.n.50. & plura iura feudalia mentionem facientia de hæredis nomine recenſentur per Auctorem f.461.n.36.
Tex.iſte noſter, an poſſit intelligi, quando ſucceſſor eſt etiam hæres f.563. n 48.
Tex. in cap. ſi quis per triginta aſſerit inueſtituram præſumi, non tantùm ex poſſeſſione tricennali, ſed ex præſtatione ſeruitij f. 503 nu.4.
Theſaurus in feudo inuentus poſt mortem patris, pertinet ad primogenitum f.269.n. 47. vbi affertur deciſio.

Titulatus, Titulus.

Titulati in Regno Neapolis, differunt à Ducibus Italiæ.f.27.n.37.
Tituli præſumptio vide. Præſumptio.
Titulus, ſiue verus, ſiue à lege præſcriptus conſeruat poſſeſſionem lite pendente. f.535. n.81.

Titu-

Digitized by Google

I N D E X.

Titulus de his, qui feud. dar. poſs an loquatur de infeudatione feudi, vel de infeudatione burgenſaticorum f.27.n.39.

Trebelliantca, an detrahatur in feudo f.237. n. 128.

Tutor tenetur acquirere pupillo data opportunitate f.80.n.201.

V Alor veri rei quinam ſit f.332 n.51.

Valuaſor.

Valuaſoris nomen promiſcuè, quibus detur. f.26 n.34.

Valuaſores maiores, minores, & minimi, qui dicantur f.eod.n.32.33.35.

Valuaſores maiores non poſſunt infeudare, ita vt poſſit alienari in allodium. fol. 34. num.61.

Valuaſoribus minimis, an liceat infeudare burgenſatica f.39.n.69.

Valuaſores minores, ſecundum conſuetudinē Mediolanenſem poterant infeudare fol.43. num.75.

Vaſſallagium.

Vaſſallagium quanto tempore acquiratur. f.59.n.136.

Vaſſallagij iuramentum eſt ſpecies ſeruitutis f.104. n.4.

Vaſſallus.

Vaſſallos habere per infeudationem, iuriſdictio eſt f.39.n.70.

Vaſſalli demanij Regis, non poſſunt tranſire ad Caſtra Baronis f.82 n.210.

Vaſſallus an poſſit diſponere de feudo ſine aſſenſu, ſi in inueſtitura fuit dictum, Tibi, & hæredibus tuis, quibuſcunque. *f.271. n.52.*

Vaſſallus an præferatur emphyteuta pro aquali pretio quando Dominus directus vendit ſua iura dominicalia fol.321.n.14. vbi afferuntur, & conciliantur contraria deciſiones.

Vaſſalli ſi petunt admitti ad Regium demanium præferuntur emptori pro aquali pretio f.322.n.16.& ſeq.

Vaſſallus ratione feudi non punitur, niſi in feudi priuatione f 354 nu41.

Vaſſallus ligius non poteſt, inuito Domino, renunciare feudum f.356.n.47.

Vaſſalli non debent admittere aliquem, vt Dominum ſine litteris Regijs f 447.n.113.

Vaſſalli ſi in iudicio ſe grauent de ſeruitijs, & iuribus non debitis contra Barones, an lite pendente, ſint ſeruandi immunes, vel Dominus ſit conſeruandus in ſua poſſeſſione. f. 329.n.78.& ſeq. vſque ad 69.

Vaſſallorum confeſſio, aſſerentium ſe eſſe obligatos Baroni ad aliqua ſeruitia perſonalia iuxta ſolitum, eis non nocet, nec per dicta verba probatur antiquum ſolitum fo.526. numer.65.

Vaſſali agentes actione confeſſoria & dicentes ſibi competere ius paſcendi, aquandi, lignandi, ratione communionis, cum Regio aſſenſu, quem allegant, ſed non exhibent, an lite pendente, ſint manutenendi in dicta poſſeſſione f.534.n.78.

Vaſſallus non petens inueſtituram infra annum, & diem, non amittit feudum in Regno, ſed ſoluit duplicatum releuium f.580. num.9. vbi quomodo practicetur in Regia Camera.

Venditio.

In venditione fructuum, quos colonus habet venales, Dominus fundi præfertur alijs emptoribus pro aquali pretio f.326.n.28. Sic, & Dominus feudi in fructibus, quos vaſſalli vendunt f.327.n.23.

In venditione bonorum debitoris conſanguineus, & creditor præferuntur alijs, & inter creditores, creditor maioris ſummæ. fo. 328.n.38. vbi affertur deciſio.

Verbum Videtur *denotat arbitrium boni viri f.79.n.199.*

Villa.

Villa Sclanonum, & Albanenſium cenſentur feuda quaternata, ſi ſint in ſufficienti numero vaſſallorum f.137.n.85.

Vnio.

Vnio prædiorum ſeparatorum quomodo inducatur, & quomodo ſeparatio. folio 61.numero 145.

Vnio non præſcribitur etiam ſi in pluribus caſtris baro à tempore immemorabili vnum Capitaneum, & vnum Aerarium deputauerit fol.62.n.146.

Vniuerſitas.

Vniuerſitas petens admitti ad regium demanium præfertur emptori pro aquali pretio. fol.322.n.16.& ſeq.

Vniuerſitas præfertur in locatione Terræ, ſeu Caſtri, Barone locante fol.324. numero 22.

Quid ſi locatio fiat ad inſtantiam creditorum, an vniuerſitas præferatur Baroni ibid.

Vniuerſitatis confeſſio, aſſerentis ſe eſſe obligatam Baroni ad aliqua ſeruitia perſonalia iuxta ſolitum, eis non nocet, nec per dicta verba probatur antiquum ſolitum f.526.n.65.

Vni-

Digitized by Google

INDEX

Vniuerſitas agens actione confeſſoria, & dicens ſibi competere ius paſcendi, aquādi, lignādi, ratione communionis, cum Regio aſſenſu, quem allegat, ſed non exhibet, an, lite pendente, ſit manutenenda in dicta poſſeſſione. f 534 n. 78.

Voluntas facto declaratur. fol. 63. *numero* 147.

Vſusfructus.

Vſusfructus legatus alicui, & ſuis haeredibus, diuiditur inter patrem, & filium. fol. 216. *num.* 77.

Vtile.

Vtile non vitiatur per inutile in ſeparabilibus. fol. 75. *num.* 190.

FINIS.

ERRATA.

ſic corrigantur.

Fol.	colum.	erro.	corrig.
15	1	atticu'um	articulum
17	2	principal.tet	principaliter
16	1		adde in marg.num. 32.
33	2	28	58
46	2	Balb.	Bald.
49	1		adde in marg.num, 101.
57			adde in marg.num. 129.
71			adde in marg.num. 175.
76	2	vitiatut	vitiatur
77	1	affirmat	affirmatur
79	1		adde in marg.num. 196
82	2	prepterea	Propte.ea
103		capit.de Baron.	tractat de Baron.
105	2	Bartol.n.30.	& de author. Baron.
108			adde in marg nu. 15.
115	2		adde in marg.nu. 28.
135	2		adde in marg.nu. 83.
194			adde in marg.nu. 1 .
269	1	contrariam	communem
273	2	Rouiſ.	Rouit.
279	2	de iure Baronis	de author. Baron.
281	3	cum	non
302			adde in marg n. 49.
357	2	diſponeutem	diſponentem
382			adde in marg.num. 2.
494 & 495.			adde in marg.num. 71. & 72.

Hęc, & alia ſi quæ ſunt, doctus corrigat Lector.

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google